RIPA F

de

127

616.923
R47j
R

616.9

ILLVSTRIS DE PESTE TRACTATVS IVRIDICVS AC POLITICVS

IOANN. FRANCISCI RIPÆ PAPIENSIS, ICti CELEBER.

continens cùm priuilegia CONTRACTVVM VLTIM. VOLVNTAT. & IVDICIORVM,

cauſa peſtis ſpecialiter conceſſa, tum etiam Politica Luis eiuſdem remedia, tam Prophylactica, quàm Therapeutica, non ſolùm ijs, qui iuri dicundo præſunt, ſed etiam Magiſtratibus, quorum cura Reſpublicæ gubernantur, perquàm vtilis ac propè neceſſarius,

Hoc tempore periculoſiſſimo accuratè recognitus opera

IOANNIS NELDELII GLOGOVIENSIS SILESII, IN ACADEMIA LIPSICA publici Philoſophiæ Profeſſoris.

Eiuſdemque ſtudio

In fine Tractatus additus eſt Rerum & Verborum locupletiſsimus INDEX.

M. D. IIC.

LIPSIAE,
Sumtibus IACOBI APELII Bibliop.

HOMERVS Ἰλιάδ. Β.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν.

PRO LEGE ET PRO GREGE.

MAGNIFICO, NO-BILISSIMO, ET AMPLIS-SIMO SENATVI INCLYTAE, CELE-berrimæq́; Reipublicæ VVratiſlauienſis,

Εὐδαιμονεῖν.

PRodierunt in lucem ex typographijs, PATRES conſcripti Magnifici, ſuperioribus proximis menſibus præclaræ virorum eruditione præſtantium lucubrationes, tam Theologicæ, quàm Medicæ, de circumſpectâ præſeruatione à Peſte, illo Epidemio morbo pernicioſo, atque funeſto, qui non paucas Germaniæ partes hactenus miſerè afflixit, & inſtar immanis belluæ non vnum tantùm, alterumúe hominem interemit, ſed etiam totos pagos exhauſit, atq; vrbes, proh dolor! vaſtauit ac depopulatus eſt. Deſiderari adhuc videbatur de eadem contagioſa lue commentatio Iuridica ac politica, quæ non ſolùm ad ſingulorum vtilitatem, vt illæ, referretur, verùm etiam ad publicam humanarum ſocietatum felicitatem tuendam, & ad propulſandum procul à finibus Rerumpublicarum

)(morbi

morbi truculenti, planeq; feralis impetum pertineret. Itaq; cœpi diligenter perluſtrare varia Repetitionũ, Reſponſorum & Tractatuum IVRIS volumina, diuerſis temporibus à diuerſis autoribus tàm veteribus, quàm recentibus edita, ac cum poſteris communicata. At enimuerò deſiderium illud vix, & ne vix quidem ſatis expleri poſſe animaduerti, priuſquam inciderem in luculentiſsimam IOANNIS FRANCISCI RIPAE, patriâ Papienſis, Iureconſulti celeberrimi juridicam, ac verè Ciuilem de Peſte πραγματείαν, quondam ab ipſo, cùm Auenione collega eſſet, atq; in profeſsione παραστάτης præſtantiſsimi Iureconſulti D. Andreæ Alciati, ſicut ipſe quodam loco meminit, exaratam. Nam etſi de eodem argumento permultæ Iuris Quæſtiones controuerſæ in lectione occurſarent, à Doctoribus vltrò citroq; agitatæ: in recentiorum quoq; nonnullorum eruditis ſcriptis quædam de literis tractorijs ſeu dimiſſorijs, (BVLLETINA vulgò nuncupant) quarum magnus in benè conſtitutis rebuſpubl. tempore Peſtis vſus eſſe conſueuit, de Cuſtodibus item portarum, electione Medicorum, eorundemq; Salario, & alijs eiuſdem generis problemata liberali cognitione minimè indigna ex ripa noſtri gratioſi fluminis hauſta ſeſe offerrent: nullum tamen adhuc Iuris interpretem, qui, quæ de peſtifera lue ab alijs ſparſim tradita,

tradita, diſiectaq́; leguntur, aptius, diſtinctius, vberiusq́; σωματοποιήσῃ, (liceat enim mihi verbũ, quo Diuus Iuſtinianus Imperator vſus eſt in quadam conſtitutione, vſurpare) in corpus coëgerit, quàm à Ioanne Franciſco Ripa factum eſt, mihi videre contigit. Solus enim ille, niſi me animus fallit, ac primus vnico Tractatu varias ac multiplices de hac materia controuerſias, ſalutaresq́; Politijs diſputationes vno quodam quaſi faſce complexus eſt, nihilq́; prætermiſit eorum fermè omnium, quæ quidem ſpectant vel ad alendam augendamq́; pro tribunali ſedentium, & de hominum negocijs, contractibus, vltimis voluntatibus, actionibus, exceptionibusq́; iura reddentium Prudentiam δικαστικὴν, vel etiam ad excitandam, aut ſaltem quoquo modo firmandam βουλευτικὴν, ſeu Senatoriam φρόνησιν eius Magiſtratus, qui in Curijs animo pro dignitate, ſalute ac neceſsitatib. ciuitatis periculoſis Peſtilitatis tempeſtatibus excubat, & identidem Homeri, parentis omnium virtutum ex Iuſtiniani Principis Romani ſententia, Epos aureum, vt Patrem patriæ decet, ſecum ingeminat:

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Huc accedit & illud, quòd, cùm alij pleriq; Doctores maiore ex parte in explicando iure priuato ſoleant occupari: idem autor potiſsimam Iuris etiam il-

iam illius publici, quod poſterioribus tribus libris Iuſtinianæi Codicis continetur, doctrinam in eodem Tractatu plurimùm illuſtrauerit, & ad communitatum ciuilium vtilitatem ita præclarè in lucem ac Solem produxerit, vt vel hoc vnico nomine lectu digniſsimus eſſe videatur. Atq; hæ rationes inter cæteras non minoris fortè momenti, me ante ſpatium circiter ſemeſtre non parùm impulerunt, vt ingruente paſsim peſtis contagio, eodemq; in locis quibuſdam ſubinde gliſcente, de vtiliſsimi Tractatus Ripæi, qui in Germania, quantum mihi quidem conſtat, nunquam integer typis excuſus fuit, editione horis ſubſeciuis nonnihil curæ cogitationisq; ſuſciperem. Et cùm hunc quantulumcunq; conatum meum, non aucupio alicuius gloriolę, ſed boni publici cauſâ duntaxat mihi propoſitum, viris excellentibus probari ſentirem, accedente hortatu amicorum aggreſſus ſum Operis illius recognitionem, diligenterq; ſingula textuum momenta cum fontibus, vnde fluxerunt, contuli, capita legum ferè vbiq; numeris notaui, vt lectorem magno quandoque percontandi tædio ſubleuarem, nec quicquam laboris ſubterfugi, vt Tractatus, quoad fieri poſſet, à mendis, quib. ſcatebat innumerabilibus, in publicum emanaret. Sed de hoc, quicquid eſt, aliorum candidè & integrè exiſtimantium iudicium eſto.

Vos

Vos autem, Patres conſcripti, præ cæteris delegi, quibus hunc Ripę Tractatum, recens in Germania apud nos Lipſiæ prodeuntem, dedicarem, non ſolùm propter Communionem eiuſdem patriæ dulciſsimæ Sileſiæ, cuius, vt quondam Athenæ fuerunt Græciæ, ſecundùm Demoſthenem, Sic laudatiſsima Reſpublica veſtra eſt ψυχὴ, καὶ ἥλιος, καὶ ὀφθαλμὸς, anima, Sol, & Oculus perſpicaciſsimus: Sed etiam quòd certò mihi perſuaderem, Vos poſt flagrantem veræ Religionis curam maximi facere ſtudia literarum, atq; inprimis artem æqui & boni non aliter ac Templum Iuſtitiæ ſuſpicere atq; admirari præ omnibus aliarum Rerumpublicarum Magiſtratib. Nec deniq; ignorarem, in veſtra laudatiſsimâ Republicâ viuum, expreſſum & illuſtre extare, quod alij poſsint ac debeant imitari, exemplũ diſputationum omnium, quæ à Ripâ de Politicis remedijs Prophylacticis ac Therapeuticis ſapienter & luculentè ſunt nobis propoſitæ. Quæ cuncta tantùm vobis autoritatis iamdudum conciliarunt, vt omnes Sileſiæ, quæ Atticam regionem duplo ſuperare putatur, ciuitates, iam in vos, virtutum omniũ clariſsima lumina, ornamenta pacis, bellorumq; præſidia, oculos conuertant, & cum admiratione intueantur. Excipite ergo, Patres cõſcripti Ampliſſimi, hilari fronte, hunc Ripæ fœtum, primùm Aue-

nione

ſione natum, nunc Lipſiæ renatū, & depoſitis exuuijs, noua quaſi typographica veſte amictum, meq; Veſtræ Magnificentiæ & Amplitudinis obſeruantiſsimum pro ſingulari & incredibili humanitate ac manſuetudine, qua cumulatè affluitis, cuiuſq; fama omnes terrarū oras pũagatur, fauore ac patrocinio complectimini. Ego viciſsim ab immortali Deo, perenni bonorum omniū, vberrimoq; fonte, precabor ardentib. votis, vt in grauiſsimis deliberationibus conſilia veſtra dirigat ad illuſtrandam diuini nominis gloriam, incrementum reipublicæ, & totius Communitatis ſalutem ac felicitatem ſtabilem ac ſempiternam, Vosq; omnes ac ſingulos cum Ornatiſsima ciuium veſtrorum moderatiſsimorū coronâ ab omni malorū genere clementiſsimè tueatur, atq; inprimis hoc tempore quàm longiſsimè à finibus veſtris arceat contagia Peſtis, quæ quauis incurſione barbarica non eſt inferior, ac fortaſsè ſuperior, cùm data Dauidi regio Prophetæ ex tribus exitialibus malis vnum eligendi optione, Peſtis triduana hoſtili perſecutioni trium menſium, & fami ſeptem annorū in ſacris literis æquiparetur. Valete & incolumes florentesq; viuite lectiſs. benigniſsimiq; Patriæ patres. Lipſiæ, prid. Ka. Sept. An. cIↃ IↃ XCVIII.

Veſtræ Magnif. & Amplitud.
deditiſſimus obſeruantiſſimusq;

Ioannes Neldelius, in Academia Lipſica publicus Profeſſor.

ÆQVO CANDIDO-
QVE LECTORI,
IOAN. NELDEL. S.

QVAM fructuoſa ſit, Ornatiſsime Lector, non ſolùm iudiciariæ, pro tribunaliq́; ſedenti, verùm etiam Senatoriæ PRVDENTIÆ in curijs excubanti pro Republica, Celeberrimi Iureconſulti IOANNIS FRANCISCI RIPÆ de Peſte commentatio, malim te pellegendo fortè, experiundoq́; cognoſcere, quàm cõquiſitis vndiq; verborum floſculis atq; pigmentis oſtendere. Neq; enim, ſecundùm vetus verbum, opus eſt hedera vino, quod naturæ bonitate ſeu odoris, coloris, ſaporisq́; ſuauitate commendatur. Quamobrem & de ipſo opere, & de labore quantulocunq;, quem exhauſi in recognoſcendo, edendoq́; magni huius Iureconſulti TRACTATV, tantiſper ſuſpẽdito iudicium, donec haud oſcitanter, nec ἐπιπολαίως illum peruolutaris. Cognoſces enim ipſe, nullam eſſe potiorem iuris priuati, publiciq́; partem (quorũ illud ad ſingulorum commoditatem principaliter refertur, hoc verò definit τὰ μέγιστα, vt in

a Rheto-

Rhetoricis vocat Ariſtoteles, de quibus in publicis conſultationibus, ad tuendum ſtatum ſocietatis ciuilis capi ſolet conſiliũ) quam præclarus autor in hoc ſuo pulchro, quemadmodum appellat eum peritiſsimus Aſſeſſor Senatus Pedemontani, ANTONINVS TESSAVRVS *deciſione* 180. *de Peſte Tractatu non attigerit. Inuenies* ἀμφισβητήσεις, *ſeu controuerſias de Contractibus, de Vltimis voluntatibus, de Iudicijs, de varijs delictis, vt Dardanariorum, eorum, qui ſepulchræ violant, qui ſepulturam defuncti ſui debitoris impediunt, & id genus aliorum quamplurimorum. Occurrent tibi pulcherrimæ quæſtiones, ex publico Iure hauſtæ de Theſaurarijs, & annonariæ rationi præfectis, de cuſtodia portarũ, de Noſocomiorum fabrica, de Medicorũ electione, &c. Quid multis moror? ipſe* γίνωσκε, καὶ ἀνάγνωσκε. *Vt autem ante lectionem tibi, ſi præſertim grauiorum occupationum mole diſtento non vacat ſtatim librum ipſum lectitare, ea, quæ copioſè diſputata ſunt ab autore, vel conniuentibus oculis intuenti ſint in promtu: Volui illa* κατὰ μίαν ὄψιν

ἄγειν,

ἄγειν, & præmittere, hanc ex præludijs & octo capitibus, quibus tota hæc doctrina fuit ab autore comprehenſa, decerptam ὑποτύπωσιν; ſecutus aureum theorema Principis Philoſophorum Ariſtotelis, quod extat lib. 1. Ethico. ad Nicom. cap. 7. eoq́; lubentiùs, cùm id non ſolùm à multis præſtantibus Iuris interpretibus, vt ipſe noſti, commendetur, ſed etiam ab Imperatore IVSTINIANO in Inſtit. ad vnguem exprimatur. Δεῖ (inquit Philoſophus) πρῶτον ὑποτυπῶσαι, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι. Quam tibi tenuem illam quidem, at non, vti confido, planè infrugiferam futuram gratificandi voluntatem meam, vt es totus candidus, & æquus, ſic in meliorem partem interpretare. De maleuola, & in ſugillandis honeſtis aliorum conatibus, malè feriata hominum fece, plerumq; futili, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Benè vale Lector candide, atq; à præclariſſimo autore ſcriptis, pro tuo arbitrio commodè vtere fruere.

ΥΠΟΤΥ΄ΠΩΣΙΣ EORVM OMNIVM, QVAE ET IN PRAELVDIIS, & in ſubiectis Tractatus de Peſte capitibus luculentè declarantur.

DISTRIBVIT autor totam hanc πραγματείαν in tres partes, Quarum prima eſt προθεωρία, tàm euidentioris, quàm diſtinctioris doctrinæ gratia neceſſaria, ipſe præludia vocat. ALTERA, quæ προνόμια, h.e. priuilegia ſeu ſingularia iura, cauſa peſtis conceſſa, proponit, rurſus eſt tripertita, & prioribus tribus capitibus comprehenditur. Primum caput enumerat Priuilegia CONTRACTVVM, Secundum, VLTIMARVM VOLVNTATVM, Tertium, IVDICIORVM. TERTIA pars verſatur in exponendis remedijs, quæ ſunt contraria cauſis peſtis, in Protheoria recitatis, ad eaſdemq; aut auertendas, aut extirpandas valent. Sunt autem illa REMEDIA non Medica, quæ Politicus & Iureconſultus relinquit artem Medicam ſedulò tractantibus περιοδευταῖς, vt à Modeſtino nominantur, Sed politica & Iuridica, potiſſimùm ad publicam ſocietatum ciuilium vtilitatem & ſalutem accommodata. Et cùm duûm ſint generum hæc ipſa remedia, ſicut & Medicorum; QVAEDAM προφυλακτικὰ, quæ præſeruant, ac tuentur ciuitates à metu peſtiferæ luis, prudenter auertentia cauſas illius procreatrices, QVAEDAM θεραπευτικὰ, quæ ad curandam πολιτικῶς peſtem, & ad liberandam à tàm immani beſtia, vt Galenus quodam loco nominat, Rempûblicam collineant: idcircò tertia Pars διχοτομίαν recipit, atq; in priore quidem eius parte accuratè tractantur Remedia προφυλακτικὰ duobus integris capitibus, QVARTO & QVINTO: in poſteriore autem θεραπευτικὰ ſequentibus tribus capitibus, SEXTO, Septimo, & Octauo, quod poſtremum fortè cuipiam videri poſſit alienum à munere Viri Politici, & ad Theologicas exer.i-

exercitationes pertinere. Sed ſi idem diligenter, & adhibita in conſilium ratione, offi.ium viri Ciuilis examinet, eam vt opinionem conceptam abijciat neceſſe eſt. Eſt enim Politicus etiam ex Ariſtotelis ſententia, τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων, atq; in id vnicè omnes ſuas curas ac cogitationes figit ac locat, vt Ciuitates ſint felices, atq; omni bonorum genere, non ſolùm externorum & corporis, ſed etiam animi circumfluant. Qua de re lubet inſignem locum Philoſophi, ex naturæ tantùm lumine præclarè ratiocinantis, ſubiungere, qui extat ſub finem lib. Sexti Ethicorum ad Nicom. ἀλλὰ μὴν ὀυδὲ κυρία γέ ἐστι τῆς σοφίας, ὀυδὲ βελτίονος μορίου, ὥσπερ ὀυδὲ τῆς ὑγιείας, ἡ ἰατρική. Οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ. ἀλλ' ὁρᾷ, ὅπως γένηται. ἐκείνης μὲν οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ. ἔτι, ὅμοιον κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν, ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει. *h.e. At neq; in ſapientiam dominatur prudentia, neq; animi particulæ melioris habitus eſt, quemadmodum nec medicina bonæ valetudinis principatum habet. Non enim ea vtitur, ſed vt exiſtat & adſit, operam dat. Illius igitur cauſa præcipit atq; imperat, non illi. Præterea ſub prudentiæ imperio ſapientiam eſſe, dicere, ſimile eſt, vt ſi quis dicat, Scientiam ciuilem Dijs imperare, quia omnia inſtituat & præcipiat, quæ ſunt in ciuitate. Ac noſtri Iureconſulti Ius publicum non ſolùm in magiſtratibus, ſed etiam in ſacris, & in ſacerdotibus aiunt conſiſtere. Et notiſſimum eſt nobis Chriſtianis pios magiſtratus, vtriuſq; Tabulæ Præceptorum diuinorum, adeoq; totius veritatis diuinitùs patefactæ, acerrimos cuſtodes, ac defenſores eſſe debere. Vtinam autem præſtanti huic Iureconſulto Ripæ contigiſſet ea frui doctrinæ cœleſtis incorruptæ tam illuſtri* LVCE, *in qua nos hoc tempore, ſingulari Dei munere, verſamur: non pauca, ſine dubio, commenta ſuperſtitionis, & humanarum traditionum fermenta, quæ poſtremo capiti videntur admixta penitùs abiecifſet, &*

 ſet, &

ſet, & de eo argumento toto ſanctiùs, ex puriſsimis ISRAELIS *fontibus diſputaſſet.*

ὑποτύπωσις Præludiorum.

In Protheoria principaliter definit autor PESTEM, *μήτε ἀκριβῶς, μήτε ἀσαφῶς, & cauſas recenſet efficientes ac procreantes eandem, non illas quidem* συνεκτικὰς *continentes ſeu coniunctas, cùm vnius morbi, & cuiuſlibet alterius effectus vna tantùm ſit cauſa ſimpliciter proxima, ad cuius affirmationem effectus affirmatio, & ad negationem negatio ſequitur: Sed maiorem partem remotas ac* προκαταρκτικὰς, *quas ante Galenum* προφάσεις *fuit appellare ſolitus Eraſiſtratus, vt ſunt, aër, aqua, terra, cibus, potus,* ἐπιτηδεύματα, *& alia generis eiuſdem. Harum enim conſideratio tantùm, non etiam Coniunctarum conuenit viro Politico, vt ijs ſublatis peſtis quoq; procreationem impediat, aut eandem iam ortam à Corpore totius Reipublicæ quàm longiſsimè propellat. Eſt enim hæc cauſarum earum conditio, vt effectus quidem impediatur ijs è medio ſublatis, poſitis autem non ſtatim ſequatur, niſi cauſæ adſint internæ, atq; inter haſce coniuncta ac ſimpliciter proxima, vt in Philoſophia ſolet accuratiùs diſputari. Ordo cauſarum diligenter obſeruandus eſt, quia ſerie eadem ſingulis cauſis profligandis, in cap. 4. & ſequentib. ad calcem vſq; tractatus, idonea remedia applicabuntur.*

CAVSÆ igitur remotæ Peſtis à Ripa numerantur octo, non quòd non plures ſint, ſed quia eas potiſſimùm Politici conſiderent.

1. *Aëris intemperies.*
2. *Aqua putrida ſeu corrupta. Huic multitudinẽ ranarũ adijcit Ripa, ſed ea ſignũ potius eſt cauſæ futuræ peſtis, quàm*

cauſa

cauſa procreans, nec ſtudio Politici quantumuis induſtrÿ poteſt auerti. Eandem Philoſophus φορὰν μικρῶν βατραχίων τῶν φρυνώδων *appellat, & ſignificare teſtatur plerumq;* ἐνιαυτὸν ἔπομβρον καὶ ὑγρὸν, *Probl. ſect. 1. probl. 22. Sicut & Sole multum vaporis de terra excitante, fieri plerumq; docet* ἔτος λοιμῶδες, *propterea, quòd tunc neceſſe ſit, ſignificari annum pluuioſum, & terram madeſcere.*

3. Fœtor, omnes immunditiæ, colluuies, & putredo, vel in viſceribus terræ, vel in eius ſuperficie procreata.

4. Non ſolùm triſtis imaginatio, cum metu coniuncta: ſed etiam quodlibet nimium corporis ἐπιτήδευμα *ſeu exercitium delectationis cauſa adhibitum.*

5. Immoderatus coitus.

6. Alterna vbertas annonæ, & penuria, ſeu fames.

7. Societas & conuerſatio cum peſte infectis. Hanc in præludijs omiſſam, poſteà collocat in remediorum expoſitione.

8. Hominum ſcelera, & Magia, Dei permiſſu, imperans Diabolus, vt hominum ſocietati noceant.

ὑποτύπωσις Capitis primi.

Viginti tria ſunt priuilegia CONTRACTVVM *peſtis cauſa, quæ Ripa ordine declarat:*

1. Peſtis excuſat à mora. Quæſtiones pulcherrimas & vtiles, quæ circa vnumquodq; priuilegium in contrarias partes diſputantur, huic ὑποτυπώσει *noluì inſerere, ſed ſtudio Lectoris induſtriæq; relinquere, ne* σύνοψις *priuilegiorum interturbaretur.*

2. Peſtis excuſat à periurio. num. 6.

3. Peſtis excuſat à pœna. num. 11.

4. Præſtat colono iuſtam cauſam recedendi à cultura agrorum, & inquilino à domo conducta, num. 17. vbi multas

mouet

mouet autor quæſtiones in praxi ſcitu neceſſarias, quando debeat fieri remiſsio penſionis inquilino, item de profeſſoribus, qui tempore peſtis non legunt, an ipſis perſolui debeat integrum ſalarium, & quomodo?

5. Peſtis excuſat à Reſidentia, num. 136. vbi inter alia dubitatur, an Rector, qui curam habet animarum, nullo conſtituto vicario, poſsit fugere à loco beneficij peſtifero?

6. Peſtis excuſat à curſu præſcriptionis, & ſic à negligentia, num. 151.

7. Excuſat peſtis vaſallum, qui à Domino non petijt inueſtituram intra annum, à priuatione feudi. num. 153.

8. Valet Electio Pralati, & quilibet actus factus alibi, quàm in loco ſolito & neceſſario, ſi ibidem non ſit tutum habitare propter peſtem, num. 154.

9. Fugitiui propter peſtem, ſi non habent, quò ſe recipiant, poſſunt diuerti in Eccleſiam, maximè campeſtrem, & ibidem conuiuari, quòd aliàs de iure facere non poſſent, num. 156.

10. Peſtis excuſat facientem Arengam, ſeu propoſitionem in conſil. pro collecta imponenda à pœna ſtatuti, prohibentis ſimiles arengas ſub certa pœna, num. 157.

11. Peſtis excuſat à datijs & gabellis, fugientes propter peſtem, num. 158.

12. Epidemia defendit fugientes à Repræſalijs, num. 163.

13. Peſtis tuetur contractum aliàs nullum, propter omiſſam ſolennitatem à ſtatuto requiſitam, num. 165.

14. Propter Epidemiam inter animalia bruta graſſantem, excuſatur paſtor ab interitu pecudum, cæterorumq; animalium, num. 167.

15. Peſte vigente in ciuitate Romana, poteſt Rex Romanorum coronari extra vrbem, &c. num. 169.

16. Donatio, facta tempore peſtis, in dubio cenſetur donatio mor-

tio mortis cauſa, & non inter viuos, etiamſi nulla ſit facta mentio mortis, num. 171.

17. Decima de animalibus non debetur parochiano loci, ad quem dominus animalium ſe contulit propter peſtem, etiam non de ijs, quæ ibi nata fuerunt, num. 180.

18. Natus extra ciuitatem tempore peſtis, fingitur natus in ciuitate, à qua mater diſceſſerat propter peſtem, num. 181.

19. Si quis propter peſtem non auſit accedere ad adipiſcendam poſſeſſionem rei ſuæ, vel beneficij ſibi collati, poterit aſcendere pinnaculum, vel montem, vnde videre poſſit rem illam, & per aſpectum poſſeſſionem apprehendere, num. 185.

20. Licèt regulariter quarta canonica debeatur parochiæ, in qua corpora aſſumuntur, tamen, ſi quis moriatur in loco, ad quem diuertit propter peſtem, quarta non debetur parochiæ, in qua diſceſſit, ſed parochiæ, à qua aufugit propter peſtem, num. 198.

21. Licèt Gabellarij, qui ex conductione gabellarum notabile lucrum fuerunt conſecuti, finita conductione teneantur ſub ijſdem legibus, & conuentionibus eaſdem reconducere, ſi tanti non poſſint alteri locari: tamen, ſi finita conductione ſubeſſet periculum peſtis vel belli, non tenentur reconducere, num. 199.

22. Licèt de iure nemo debeat baptizari, niſi in Eccleſia, in qua ſacri fontes ſpecialiter deputati ſunt, tamen tempore peſtis poteſt ſacrũ baptiſma in domo priuata conferri, nu. 200.

23. Licèt maritus ab vxore leproſa non poſſit diſcedere, tamen non tenetur habitare cum vxore peſte infecta, modò ipſi de omnibus neceſſarijs proſpiciat, num. 201.

ὑποτύπωσις Capitis ſecundi.

Priuilegia vltimarum Voluntatum Septem Quæſtionum

 enuclea-

enucleatione continentur. I. *An teſtamentum, factum tempore peſtis, cum minore numero ſeptem teſtium, qui de iure communi requiruntur, valeat? Hæc quæſtio vna eſt ex maximè arduis, quæ, vt ex Iulio Claro refert Teſſaurus, ſuprà dicta deciſ. egeret deciſione Imperiali. Atq; hîc rectè vſurpare quiſpiam poſſet: Quot capita, tot ſenſus. Et rurſus: Itur in antiquam ſyluam. Et: Longæ ambages. Ripæ ſententiam, valere nimirum cum quinq; Teſtibus eiuſmodi teſtamentum, idem Teſſaurus amplexus eſt, & cum illa ſemper tranſiuiſſe in facti contingentia Senatum Pedemontanum ſcribit. Inter recentiſsimos ſcriptores, Andreas Fachin. lib. 5. Controuerſ. Iuris. cap. 92. & ante ipſum, Ruinus in conſiliÿs, putat, non valere, autoritate textus, in l. caſus maioris ac noui contingentis. 8. C. de Teſtam. vbi vide. Sed hæc controuerſia in Electoratu Saxoniæ penitus ſublata eſt per peculiarem conſtitutionem Auguſti Septemuiri legendis Imp. Rom. laudatiſsimæ recordationis, quæ extat in parte conſtitutionum tertia, numero QVARTA, & duos, treſúe teſtes in Teſtamento, quod peſtis tempore conditur, admittit. At dubitatur de terris Imperiÿ, an ſimiliter in illis eiuſmodi Teſtamentum valeat? Quidni? Imperialis enim ſententia vim legis obtinet, vt expreſſè traditur ab Imp. Iuſtin. in l. vltima. C. de Legib. & Conſtit. Princip. vbi hæc maior fundata eſt: Inquit enim Diuus Imp. Si imperialis maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit, & partibus cominus conſtitutis, ſententiam dixerit: omnes omninò iudices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant, hanc eſſe legem, non ſolùm illi cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus. Quid enim maius, quid ſanctius imperiali eſt maieſtate? &c. Atqui id, quod in iudicio Cameræ Imperialis, ipſum imperatorem, niſi fortè fallor, repræſentantis, fuerit pronunciatū, obtinet autoritatem imperialis ſententiæ, Cur igitur non etiam vim*

commu-

communis legis cuiuſdam id quod in iudicio illius Auguſtæ Cameræ pronunciatum eſt, obtineret? Ita autem iudicatum fuiſſe ab Imperiali Camera, teſtatur Mynſingerus centur. 1. obſeruationum, obſer. 96. in cauſa Ioannis Gulichij, anno 1540. Calend. Iulij. Et anteà in ſimili cauſa, anno 1532. pariter pro tali teſtamento obtentam ibidem fuiſſe ſententiam ſcribit. Andreas etiam Gail. in pract. obſer. lib. 2. obſer. 118. num. 18. eandem ſententiam amplecti Cameram Auguſtam dicit, quanquam Teſſaurus, loco præcitato, eò non poſsit adduci, vt id credat. Hæc ὡς ἐν παρόδῳ libuit hic adijcere. Sequitur Quæſtio.

2. An mulier, tempore peſtis, poſsit eſſe teſtis in teſtamento? num. 18.

3. An ſtatutum, diſponens, Teſtamentum mulieris, conditum abſq; præſentia duorum proximiorum, non valere, locum habeat etiam in Teſtamento mulieris, facto peſtis tempore? num. 25.

4. Quid, Si teſtator, qui condidit Teſtamentum peſtis tempore coram quinq; teſtibus, vel abſq; præſentia proximiorum ſuperſtes maneat, & euadat periculum peſtis, an teſtamentum huiuſmodi rumpatur, ac fiat irritum? num. 28.

5. An tempore peſtis valeat Teſtamentum, etiamſi teſtes non fuerint à Teſtatore rogati? num. 24.

6. Teſtator legauit Titio fundum, ſi aderit tempore mortis ipſius Teſtatoris, & cadauer ad ſepulturam aſſociauerit: Moritur teſtator, abſente Titio, quæritur, an legatum Titio debeatur? num. 43.

7. An tempore peſtis valeat Donatio cauſa mortis, facta coram duobus teſtibus, quæ aliàs coram quinq; fieri ſolet?

ὑπόταγμα huius quæſtionis eſt, An ſi ſtatutum velit, quòd in Teſtamento ſufficiant quinq; teſtes, videatur velle, quòd in

 Codicil-

Codicillis ſufficiant tres? Meminit huius Teſſaur. d. dec. num. 3. vbi vide, quid ex ipſius poſt Ripam, qui relinquit cogitandum, ſeu amplius deliberandum cenſet, ſententia dicendum ſit.

ὑποτύπωσις Capitis tertij.

Vndecim IVDICIORVM priuilegia, ſeu iura ſingularia, peſtis cauſa, Ripa ſubijcit ſuperioribus duobus capitibus.

1. Citatus ad peſte infectum locum, excuſatur à contumacia, ſi non compareat, num. 1. vbi multas notabiles ἀπορίας ſeu dubitationes reperies, num. aliquot ſeqq.

2. Facit peſtis, vt dormiat inſtantia, quamdiu peſtis vigilat, num. 35.

3. Peſtis impedit curſum FATALIVM, quæ anteà currere non inceperant, num. 37.

4. Legatus, cui commiſſa fuerat cauſa decidenda, & cognoſcenda in certo loco, poterit propter peſtem, omiſſa FORMA MANDATI, alibi de illa cognoſcere, & definire, num. 38.

5. Iudex fugitiuus ob peſtem, poteſt ius dicere in aliena diœceſi, & alieno territorio, in quo moram trahit, num. 39. vbi limitationes tamen reperies, & dubitationes. Sunt enim pleræq; enunciationes huiuſmodi, τῷ ὑπάρχειν, vt loquuntur Philoſophi.

6. Licèt de iure ciuili ſit gradatim appellandum, tamen ſi IVDEX, ad quem gradatim deuoluitur appellatio, eſſet in loco peſtilente, poſſet appellari ad alium, omiſſo medio, num. 42.

7. Licèt Iudex Ciuiliũ cauſarum, non poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus, nec è contrario, IVDEX Criminalium de cauſis ciuilibus: tamen tempore peſtis, in abſentiam & fugam alterius, alter qui remanſit, poterit de cauſis, ad abſentis iuriſdictionem ſpectantibus, cognoſcere, num. 43.

8. Licèt

8. *Licèt regulariter Teſtes ante litem conteſtatam examinari non debeant, tamen ſi ſint in loco contagioſo, recipi poſſunt ante litem conteſtatam, num. 44.*

9. *Etſi clericus non poſsit perhibere Teſtimonium, nec in Teſtem recipi coram Iudice ſeculari, ſine licentia ſui ſuperioris, tamen fallit in clerico infirmo, qui morbo infectus eſt peſtifero, num. 45.*

10. *Licèt Laicus tractare ſpiritualia non poſsit; tamen poteſt abſoluere excommunicatū, in articulo mortis conſtitutum, num. 46. vbi vide, quis dicatur in articulo mortis conſtitutus.*

11. *Etſi ſententia ferenda ſit à Iudice ordinario, ſedente pro tribunali in loco maiorum, teneaturq́; Iudex in loco publico & ſolito ius dicere, tamen tempore peſtis poterit ius dicere ad feneſtram domus ſuæ, vel alicuius turris, litigantibus in via publica, vel in curia domus ipſius ſtantibus, num. 52.*

FINIS ὑποτυπώσεως Priuilegiorum.

Sequitur ὑποτύπωσις αἰτιῶν ὑγιεινῶν, cauſarum ſalubrium, ſeu Remediorum prophylacticorum, Politicorum, ac Iuridicorum, CAVSAS PESTIS auertentium, & cap. 4. propoſitorum.

Vnum hîc obſeruandum eſt καθολικὸν θεώρημα, Remota cauſa morbi, remoueri effectum, Remoueri autem cauſam morbi per Salubres cauſas, quæ morbos inducentibus ſunt contraria.

PRIMA CAVSA PESTIS, *in præludijs dicebatur eſſe Aëris intemperies, ſeu infectio, ſeu quodlibet μίασμα, inquinamentum. Hanc cauſam auertet, cupiens à peſte præſeruari, qui locum domicilij ſaluberrimum ſibi delegerit, num. 2.*

 qualis

qualis eſſe ſolet, ſecundùm Vitruuium, excelſus, non nebuloſus, regiones cœli ſpectans, neq; æſtuoſus, neq; frigidus, cui nulla noceat paluſtris vicinitas, num. 5.

SECVNDA CAVSA erat AQVA PVTRIDA, Hæc auertitur, ſi is, qui vult declinare Peſtem, conſtituat ſibi domicilium in loco, vbi eſt aquarum ſalubritas, & vbertas, num. 6. vbi copioſè diſſeritur num. ſeqq de euidentibus ſignis, quorum adminiculo tàm ſalubritas, quàm inſalubritas aquarum diſcerni poßit. Et cùm permagni interſit Reipub. in ciuitate ſalubres & optimas aquas eſſe, eius rei gratia plurima ſingularia iura conſtituit Veneranda legum maieſtas. Autor noſter recenſet Nouem.

1. Sancitum eſt, vt ὑδροφύλακες, ſeu aquarum cuſtodes, fauore publicæ vtilitatis, omnium onerum perſonalium immunitate perfruantur, num. 21.

2. Conceſſa fuit immunitas prædiorum ijs, per quorum fines aqua ad vſum publicum percurrit, ab omnibus oneribus extraordinarijs, & ſuperindictionibus, quæ pro illis prædijs imponuntur, num. 22.

3. Statutum eſt, vt liceat traducere aquam per priuatos agros, dominis inuitis, num. 23.

4. Interdictum fuit Dominis prædiorum, per quæ aqua publica commeat, ne plantent arbores prope aquæductum, nec natas, vel renatas teneant, ibid. ratio, num. 25.

5. Deciſum fuit, vt is, qui ex publico aquæductu ad ſuum fundum aquam diuerterit, ſine licentia principis, vel eius, ad quem ſpectat, fundum amittat, & is fiſco acquiratur, nu. 26. vbi de interdicto, Ne quid in flu. pub. rip. &c. & de actione cuilibet de populo conceſſa.

6. Priuilegiũ extrahendi aquã ex publico aquæductu, fauore publico reſtringitur ad aquã ſupfluã & ſupabundantẽ, nu. 28.

7. Cùm

7. *Cùm aquarum malignitas quandoq; inficiat ciuitatem, conſtitutũ eſt, vt, qui Reipub. curam gerunt, prohibeant, ne in publicum aquæductum, ad quem, pro incolarum vſu, neceſſariò acceditur, quis res immundas proijciat, ne mulieres in eo pannos, cæteraq; ſordida lauent, aut quis porcos, equos, mulas immittat, &c. num. 31. vbi de legibus pœnalibus, & actionibus competentibus aduerſus eos, qui vel publicam aquam ſpurcauerint, aut priuatum puteum, vel fontem alterius deturpauerint.*

8. *Pro fontibus conſtruendis, & aqua in promtu habenda ad vſum publicum, poſſunt Decuriones collectam imponere, num. 36.*

9. *Priuilegium immunitatis ab omni munere, non eximit priuilegiatum ab oneribus, quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus purgandis, aut reficiendis, num. 43. vbi quæritur, quis riuos teneatur reficere, & aquæductum purgare, num. ſeqq.*

TERTIA CAVSA Peſtis erat fætor, contra hanc Primum remedium *Prophylacticum, vt locus ab omni fœtore & putredine mundus, & nitidus conſeruetur, eſt vſus cloacarum, vbi multas inuenies quæſtiones, 1. de cloacarum ſtructura. 2. de refectione & purgatione. 3. de interdicto, tàm prohibitorio quàm reſtitutorio, quo prouiſum eſt, ne quid immittatur in publicas cloacas, quo vſus earum impediatur, deteriorue fiat, & ſi quid factum immiſſumue ſit, reſtituatur, quibus detur iſtud interdictum? 4. quis in cauſis cloacarum competens Iudex? 5. quo tempore liceat aperire cloacas & purgare? 6. an cuilibet liceat facere priuatam cloacam in proprio fundo, quæ in vicinorum ædes veniat? an liceat in publicam cloacam priuatam immittere? 7. an reficienti vel purganti cloacam obſtet operis noui nunciatio? 8. an facienti*

nouam cloacam poßit nunciari nouum opus? &c.

SECVNDVM REMEDIVM prophylacticum proditum ad mundandam vrbem, ac liberandam ab omni inquinamento, eſt INTERDICTVM NE QVID in loco publ. quod competit contra illos, qui in viam publicam immittunt immunditias, ſtercora proijciunt aut morticinia, num. 75. vbi multa notabilia & ad publicum decorem, & munditiam apta traduntur, de habente ſterquilinium domi ſuæ, cuius putredo noceat vicino: de lauatura ollarum & ſcutellarum, quæ ex aquariolo ſeu ſecario in viam publicam immittitur, de fimo ſeu lætamine, quod tenetur in via publica, de paleis, in via publica poſitis, vt marceſcant, de exercentibus fœtentes artes: de tenentibus porcos in ciuitate, aliudúe animal fœtidum.

TERTIVM REMEDIVM eſt INTERDICTVM DE VIA PVBLICA reficienda, per quod prouiſum eſt, vt vnuſquiſq; poßit aperire, reficere & purgare viam publicam, num. 9. & ſi non ſint, qui reficiant purgentq́;, poteſt Iudex compellere habitatores loci, captis *pignoribus, & mulcta indicta, vt vnuſquiſq; viam iuxta domum ſuam reficiat & purget, num. 93.*

QVARTVM REMEDIVM prophylacticum eſt edictum à Prætore propoſitum, contra deijcientes & proijcientes res immundas in viam publicam, num. 96.

QVINTVM REMEDIVM prophylacticum, Ad remouendum fœtorem, ex cadaueribus prouenientem, à maioribus inuenta ſunt ſepulchra, non defunctorum cauſa, ſed viuentiũ gratia inſtituta, num. 98. vbi de pœna, à Diuo Adriano ſtatuta, in eos, q in ciuitate ſepulchrũ faciunt, etiam magiſtratibus id fieri patientibus, imminente, mentio fit, & ſancitum eſſe oſtenditur, ne in via publica monumentũ extruatur.

Circa

Circa hoc remedium multa mouentur quæſtiones vtiles

1. An creditores poßint petere, vt ſibi ſatisfiat, antequam defunctus ſepulturæ tradatur, ſeu petere cadauer loco debiti? num. 101.

2. An liceat creditoribus ſaltem ab hæredibus petere, vt poſt traditum ſepulturæ cadauer, immediatè ſibi ſatisfaciant? num. 103.

3. An liceat Parochiali ſacerdoti impedire ſepulturam, donec lectus ſepulti ipſi perſoluatur, vt mos eſt in quibuſdam partibus? Et generatim, an pro terra cœmeteriata & ſepulturæ ſit accipiendũ quid, etiam à ſponte dantibus? Hanc quæſtionem etiam repetiit Eberh. Speckhan cent. 1. quæſt. 6.

4. Qua pœna puniatur, qui per vim funus rapuerit, aut impedierit, quò minus ſepeliatur? num. 114.

5. Qua pœna puniendi ſint, qui ſepulchra aperiunt, vt cadauera ſpolient? num. 115.

6. An per ſuperiorem poßit aliquis compelli ad ſubeundum officium ſepeliendi, Si nemo reperiatur, qui ſponte illud velit exercere? num. 116.

7. Et an vilis & abiecta perſona tempore peſtis cogi poßit ad ſepeliendos mortuos? num. 129. vbi plura inuenies priuilegia ſepulturæ, fauore publico conceſſa, cuiuſmodi ſunt, quòd prætor cuilibet tribuit liberam ſepeliendi facultatem, & ad conſequendas funeris impenſas dedit actionem, quæ FVNERARIA dicitur, & in pluribus eſt priuilegiata, vt traditur num. 132. & ſeqq. vbi etiam inuenies, quòd cùm propter fœtorem non recipiat dilationem ſepultura, interdicta ſit appellatio ad fines, ne cadauer ſepeliatur, interpoſita, qua ratione quoq; attenta, non videtur habere locum noui operis nunciatio, contra facientem ſepulturam pro ſepeliendo cadauere, num. 138.

ἀποσάγματα præcedentium quæſtionum ac diſputationum ſunt:

1. An cadauera ſuſpenſorum, & qua de cauſa ſepeliri interdum permittantur? Eandem quæſtionem repetijt ac diſputauit Eberhard. Speckhan cent. 1. quæſt. Iur. quæſt. 9.

2. An corpora damnatorum tradi de iure poſſint chirurgis, pro facienda Anatomia? num. 142. Duas huiuſmodi quæſtiones repetijt Eberh. Speckhan cent. 1. quæſt. 7. & 8.

SEXTVM REMEDIVM Prophylacticum tertiæ cauſæ Peſtis oppoſitum, Si, cùm omnia malè olentia ſint apta nata ad procreandam peſtem, Præfectus vrbis, ſeu Iudex victualium, vt à quibuſdam appellatur, ad hoc deputatus, ſollicitè prouiderit, ne vendantur putridæ carnes, piſces corrupti, & huiuſmodi fœtentia, vbi ratio quoq; exponitur, num. 146.

SEPTIMVM REMEDIVM Prophylacticum eidem cauſæ πολέμιον eſt, ſi diligenter animaduertant magiſtratus, ne AROMATARII ſeu Pharmacopolæ vendant QVID pro QVO, vt communiter facere ſolent, cum maximo Reipub. detrimento, ſicut ibidem exponitur, num. 147. Et qua pœna falſi aromatarij & pharmacopolæ ſint plectendi? Et an eandem mereantur caſtigationem, qui ex antiquis ſpeciebus medicamenta conficiunt?

QVARTA CAVSA PESTIS erat TRISTIS IMAGINATIO, quæ ſubmouebitur, ſi omnem triſtitiæ occaſionem fugerimus, honeſtam lætitiam, quæ floridam ætatem facit, amplexi fuerimus, omnem mali ſuſpicionem, & de peſte cogitationem, mortiſq; timorem abiecerimus. Ad melancholicas autem cogitationes abigendas, iocus & ludus neceſſaria eſſe videntur. Sed colluctationes, haſtiludia choreas, pilæ ludos, & eiuſmodi exercitia quibus corpus fatigatur, non conuenit exercere tempore peſtis.

QVIN-

QVINTA PESTIS CAVSA IMMODERA-TVS ſtatuebatur coitus. Hæc remouebitur, ſi ſceleſtos Lenones peſtiferasq; lenas, & omnes caſtitatis vaſtatores extra vrbem eiecerint, & meritis pœnis Iudices caſtigauerint. Et ſi contagioſus morbus impendeat, non ſolũ lenones & meretrices, ſed etiam MENDICANTES VALIDOS debent, qui curam Reip. gerunt, ab vrbe ſecludere. vbi de iiſdem mendicantibus notabilia quædam reperies.

SEXTA CAVSA erat alterna vbertas & penuria. Hæc remouebitur, ſi decuriones, ſeu vrbis præfecti ſtatum Reipub. & ANNONARIAM rationem firmauerint. Firmabunt autem, ſi tria obſeruare curauerint.

1. MODVM VBERTATIS parandæ.
2. NORMAM vbertatis conſeruandæ.
3. Ordinem erogandæ publicæ annonæ.

DE MODO parandæ VBERTATIS diſſerit autor vsq; ad finem Capitis QVARTI, traditq; haud contemnenda Politica προβλήματα, quæ ad ſenatoriam prudentiam ſpectant, deliberantem publicè de rebus MAXIMIS ad florentem Reipub. ſtatum efficiendum tuendumq; pertinentibus. Sunt autem EÆ numero QVINQVE potiſſimùm. Suſcipitur enim conſultatio publica, vt teſtis eſt Ariſtoteles lib. 1. Rhetor. aut περὶ πόρων, de vectigalibus, ſeu parandis pecuniis, quæ ſunt rerum gerendarum Nerui, aut περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, De bello ac pace, aut περὶ φυλακῆς τῆς χώρας, de cuſtodia regionis, aut περὶ τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐξαγομένων, de iis, quæ importantur & exportantur, quibus tota ANNONARIA Ratio, de qua agitur hoc loco, continetur, aut deniq; περὶ νομοθεσίας, de latione legum, in quibus poſita eſt ἡ σωτηρία τῆς πόλεως, ſalus ciuitatis. Sequitur ipſa Politicorum προβλημάτων περιοχή.

1. Vberrima & affluentiſſima Ciuitas eſſe poteſt tàm ex

publica, quàm priuata Annona, quarum hæc ex priuatis, illa verò ex publicis prædijs percipitur, aut publica pecunia comparatur, num. 181

2. Si Reſpublica neq; prædia poſſideat, neq; ærarium habeat, & vrgeat inedia, poterit fieri collecta, à cuius nemo, quantumcunq; priuilegiatus, excuſatur collatione, ſecundùm ratam patrimonij. vbi ratio περιεκλέσματος *huius exponitur.*

3. Tempore neceſſitatis diuites ac pecunioſi cogi poſſunt, dare mutuam Reipub. pecuniam gratis, & expectare reſtitutionem, donec fiat collecta, ex qua ipſis ſatisfieri poſſit, nu. 185.

4. Si in prouincia ſit ſterilitas, poterunt præfecti annonæ eligere vnum vel plures ſolertes ac peritos viros, qui pro frumento comparando ſe conferant, ad alienas prouincias, ijſdemq; ſine iuſſu principis ſalarium conſtituere.

5. Si apud ciues locupletes ſit ſufficiens annonæ quantitas, quam vel vendere differant, vel cariore pretio, quàm par ſit, diſtrahere contendant, & propterea ciuitas nolit collectam imponere, primùm omnium prouidendum eſt, vt eorum quilibet ſingulis diebus, ſecundùm ratam facultatum & recollectorum bladorum, mittere in forum certam annonæ menſuram, eamq; vendere cogatur, id quod publico fauore receptum eſt, contra regulam: Nemo inuitus cogitur rem ſuam vendere.

6. Deinde non ſolùm ciues, qui annona affluunt, ſed etiam Comitatenſes, ad deferendam annonam, & victualia in ciuitatem arctari poſſunt, num. 190. Inter quos tamen viciniores primò grauandi ſunt.

7. Si comitatenſes non poſſint ſatis ſuccurrere neceſſitatibus ciuitatis, etiam vicini alterius prouinciæ poſſunt à ſuo ſuperiore cogi deferre annonam ad ciuitatem egentem. Sed hîc lubet conſilium Ariſtotelis aſſcribere, ex loco ſuperiùs adducto: ἔτι δὲ περὶ τροφῆς, πόση δαπάνη ἱκανὴ τῇ πόλει, καὶ ποία ἡ αὐτόθι τε

γιγνο-

γιγνομένη, καὶ εἰσαγώγιμος, καὶ ὧν δεῖ ἐξαγωγῆς δέοιτο, ἢ ὧν εἰσαγωγῆς, ἵνα πρὸς τούτους καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαὶ γίνωνται. πρὸς δύο γὰρ φυλάττειν ἀναγκαῖον ἀνεγκλήτους τοὺς πολίτας, πρός τε τοὺς κρείττους, καὶ πρὸς τοὺς εἰς ταῦτα χρησίμους. εἰς δὲ ἀσφάλειαν μὲν πάντα ταῦτα ἀναγκαῖον δύνασθαι θεωρεῖν. hoc eſt, De annona videndum eſt, quanta, qualisq; ciuitati ſufficere poßit, & cuius generis ſit ea, quæ & ibi naſcitur, & quæ aliunde importatur, & quæ ſint res eæ, quas exportare, & quas importare oporteat, vt conuentiones & pactiones cum ijs fiant, quibus cum opus eſt, Duo ſunt enim hominum genera, quos obſeruare neceſſe eſt, ne à ciuibus offendantur, nempe qui potentiores ſunt, & qui rebus ad victum neceſſarijs ſuppeditandis vtiles eſſe poſſunt. Atq; hæc omnia ſubtiliter videndi facultatem habeat, oportet, qui de ciuitatis ſecuritate conſulturus eſt.

8. Vt exteri, & comitatenſes proniores ſint ad importanda victualia in ciuitatem, præmiolis propoſitis allici inuitariq; poterunt.

9. Prouidebunt ſalutares Magiſtratus, ne deferentes annonam, & cætera ad victum neceſſaria, vllam vim ab incolis patiantur, neq; repreſſal. capiantur, nec ratione delicti vel contractus tunc conueniantur, neq; gabellis portorijs, vllaúe impoſitione moleſtentur. vbi de ſtatuto quodam Papienſium mentio fit. ἐπιτάγματος loco huic παρεμβλήματι ſubijciuntur duæ vtiles admodum Dubitationes. Prior: Num præfecti annonæ poßint taxare pretium frumenti, vini, carnium, aliorumq; victualium, vendendorum per ciues & exteros? num. 195. adhibito diſtinctionis temperamento, deciditur quæſtio, vbi habes de anni tempore, quo fieri debet taxatio pretij victualiũ, de pœna tàm eorum, qui pluris vendiderint victualia, quàm taxatum ſit, quàm illorũ, qui ementes in menſura fraudauerint, ſi præſertim per ſtatutum pœna non ſit definita. Altera

tera dubitatio. Vtrum macellarius & piſtor, poſſint fugitiuis propter peſtem, cariore pretio vendere carnes & panes, quàm habitatoribus loci, cum quibus de pretio conuentum fuerat? Huius dubitationis à Ripa πολιτικῶς admodum nodus diſſoluitur, num. 200. & ſeq.

10. Προβλήμα *eſt, Diligenter animaduertent præfecti annonæ, ne Dardanarij, ſeu ementes omnem annonam, quam inueniunt in prouincia, eo conſilio, vt ſoli poſtea pretio, quo velint, eam vendere poſſint, impuniti tranſeant, vbi de Dardanariorum, & eorum, qui monopolium faciunt, aut quoquo modo id agunt, vt annona carior fiat, aut etiam dolo impediunt deferentes annonam in ciuitatem, varijs pœnis quoq; tractatur, num. 202. cum duob. ſeqq.*

11. Prouidebunt etiam, ne fructus pendentes per Incantatores & magos, arte damnata vaſtentur. Prouidebunt autem, ſi procurauerint tales capite truncari, vt merentur.

12. Laudatiſſimi magiſtratus, qui cupiunt ciuitatem vbertate fructuũ habere cumulatam, exactiſſimè prouidebunt, ne agrorum cultura deſeratur, inprimiſq; curabunt, vt opera ruſtica tempeſtiuè fiant, vnde etiam in fauorem agricolarum & ruſticorum plurima ſtatuit νομοθετικὴ *prudentia. 1. De pœnis eorum, qui agricolas à ruſticanis operibus diſtrahunt, aut ad vllum obſequium deuocant, num. 208. 2. De dantibus mutuum frumentum, hordea, & ſimilia ruſtico, qui non poſſunt vſurarum nomine, vltra octauam modij partem ab eo iure exigere. 3. De bobus, aratris, & cæteris inſtrumentis, quæ non poſſunt, etiam pro executione rei iudicatæ, pignorari, nu. 221. nec ex conuentione pignori tradi, nu. 222. 4. De grauiſſima pœna violenter capientium, inuadentiũ, aut auferentium inſtrumenta agrorum. num. 223. 5. De ſecuritate ruſticorum villis inſidentium, & agros colentium. 6. De*

ruſticis,

ruſticis, qui portant pullos, oua, frumentum, & ſimilia, in ciuitatem, ſi illicò non reperiunt emtorem, cogendis, vt ad opera ruſtica reuertantur. 7. De iure, ruſticis, ſi litis cauſa vel agant, vel conueniantur, coram ciuitatum iudicibus, ſummariè & velociter dicendo. 8. De ruſticis, qui incolunt vrbes tempore meßiũ, cogendis, rura petere, & blada ſecare. 9. De multis alijs RVSTICITATIS *ac* RVSTICORŨ *priuilegijs, vt ex. g. quòd illa, ruſticum excuſet à vera contumacia, à dolo præſumto: quòd ruſtico non currat tempus præfinitum, ad agnoſcendam bonorum poſſeßionem: quòd præſumatur ignorare Ius, cuius ignorantia ipſi non noceat, & id genus alijs, à num. 208. vſq; ad num. 244. vbi declaratur per aliquot regulas, quomodo intelligendum ſit, Iuris ignorantiâ excuſari ruſticos & ſimiles, & inde vſq; ad num. 251.*

13. Προβούλευμα, *Vt vberior ſit ſtatus publicus, ſumma ope nitentur vigilantes & induſtrij magiſtratus, vt ſint* νόμων φύλακες, *& quæ conſtituta ſunt, exequantur ac promoueant cùm alia iura, tùm etiam hoc, vt propria autoritate liceat cuilibet occupare deſertos agros, & ad culturam eoſdem reducere, ſiue ſint vicini, ſiue non, ſiue omninò habiti pro derelicto, ſiue ſimpliciter deſerti ſint à domino. Quòd ſi dominus deſertum fundum rurſus habere velit, reſtitutis expenſis, intra biennium audiatur: at poſt biennium omninò excludatur. Atq; ſic habemus hypotheſin, ſeu ſpeciem facti, ſeu vt vulgò nominant,* CASVM, *in quo, fauore culturæ, res immobilis præſcribitur duorum annorum curriculo, cum mala fide, & ſine titulo, contra communes præſcriptionis regulas.* ζητήματα *huius diſputationis ſunt:*

1. An ſuſcipiens colonum alterius abſq; domini voluntate, teneatur ad omnia damna & intereſſe, & ad omnia debita per colonum domino, à quo inuito receßit?

2. An

2. *An emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat ad hæredes extraneos, & quo caſu? &c.*

De priuilegijs Ruſticorum, poſt Ripæ Notationes, in hoc Tractatu integram quoq; πραγματείαν collegit RENATVS CHOPPINVS *Andegauus, I.C. & in ſuprema Pariſienſi curia Aduocatus. Atq; hæc περὶ κτήσεως, ſeu de acquirenda parandaq; ANNONA.* *Sequitur*

Ὑποτύπωσις Capitis quinti,

In quo de reliquis duabus ANNONARIÆ RATIONIS *partibus, h.e.* CONSERVANDA VBERTATE, ET EROGATIONE ANNONÆ COLLECTÆ, *non minùs πολιτικῶς agitur, atq; hactenus de acquiſitione conſultatum fuit.* *Etenim*

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Totum CAPVT QVINTVM *in tres partes eſt diſtributum, in quarum prima, de remedijs ad conſeruandam* VBERTATEM *accommodatis, vſq; ad num. 139. in altera verò de Erogatione annonæ, vſq; ad num. 172. pertractatur. In tertia, de Salubribus* CAVSIS *diſſeritur, quarum adiumento Septima cauſa Peſtis προκαταρκτικὴ ſubmoueatur, cuius expreſſè in prælud ijs tamen Ripa non meminerat, vt ſuprà quoq; monuimus.*

Politicæ ὑποθέσεις primæ partis.

1. *Optimi magiſtratus, qui conſeruare voluerint* VBERTATEM, *primùm omnium idoneos ſuſceptores, qui annonam, & pecuniam frumentariam ſuſcipiant & cuſtodiant, eligent, hoc eſt, nobiles, prudentes, fideles, bonæ conſcientiæ, & optimæ integritatis, ac inprimis peritos.*

2. *De ipſorum muneris partibus diligentem accuratamq;*

cogita-

cogitationem ſuſcipient. 1. *Vt in principio officij iurent, ſe omni dolo ac fraude remota, iniunctam ſibi ſolicitudinem eſſe peracturos.* 2. *Vt librum annonæ ſuſceptæ, & pecuniæ frumentariæ conficiant, & decurionibus tradant, à quibus reponatur in archiuo publico, vt, cùm opus fuerit, cognoſci poſſit quantitas annonæ, reiq́ue frumentariæ.* 3. *Vt in eundem nihil ſcribere omittant, niſi in duplum Reipub. teneri velint.* 4. *Vt cuilibet, annonam vel pecuniam frumentariam deferenti, apocham de ſumma recepta conficiant, vbi de plena fide eiuſmodi apochæ contra ſuſceptorem quoq; agitur, num.* 9. 5. *Vt dent operam, ne ſua negligentia aliquid de publica annona pereat.* 6. *Ne de publica annona quicquam in ſuos vſus conuertant, niſi bonorum publicationis & deportationis pœna plecti velint.*

ἐπιτάγματα *huius diſputationis:* 1. *An lucrum quæſitum à ſuſceptoribus ſeu theſaurarijs, ex pecunia frumentaria, aut ipſo etiam frumento, communitati applicandum ſit?* 2. *An piſtoribus theſaurarij mutuam poſſint dare pecuniam frumentariam, cùm in alios vſus non ſit conuertenda?*
7. *Vt ipſorum officium tantum ſit annale, & vltra annum ipſis non prorogetur, niſi conſuetudo ciuitatis, vel autoritas ordinis decurionum ipſos, per biennium, in officio permanere compellat.* 8. *Vt nunquam ſuſceptores, finito officio, ad idẽ aſſumantur, niſi priùs reddiderint adminiſtrationis ſuæ rationem.* 9. *Vt in ratione reddenda edoceant, quibus nominatim tradiderint: cauſam traditionis: & diem.*

3. *Pro mala adminiſtratione, & reliquorum præſtatione, ex ordine primùm conuenient ſuſceptorem, mox eius fideiuſſorem, demùm in ſubſidium nominatorem, vbi oſtenditur, ſuſceptorem vel theſaurarium, qui fraudem commiſiſſe in officio conuictus fuerit, nõ poſſe eligi ad quæcunq; alia officia, nu.* 28.

4. *Prouidebunt etiam, vt ſuſceptores annonæ non reponant in horreis publicis aliquid frumenti priuati.*

5. *Cogent debitores Reipub. ex cauſa frumentaria præciſè ſoluere, nec ſinent exceptionem compenſationis opponere. vbi ratio huius νεθεσίας exponitur. Nec permittent, vt debitores ex cauſa frumentaria habeant dilationem quatuor menſium, quæ iudicatis à iure conceditur. Sed illicò cogent præciſè ſoluere, &c. vbi ratio, num. 30. Imò etiam contra debitores debitorum, fauore vbertatis conſeruandæ, exactio fieri poteſt. vbi quoq; oſtenditur, ad quantas vſuras, cùm debitor ex cauſa frumentaria poſt moram, tùm etiam ſuſceptor, ſi pecuniam frument. in ſuos vſus conuertiſſet, olim conueniri potuerit: Et quòd bona debitoris ex cauſa frumentaria ſint Reipub. tacitè hypothecata, etſi aliàs regulariter ciuitas non habeat tacitam hypothecam in bonis debitorum ſuorum, ac multò magis bona ſuſceptoris ſint tacitè obnoxia Reipub. cùm alioquin bona adminiſtratorum, regulariter ſint tacitè hypothecata, vbi etiam, quomodo bona debitorum capi & diſtrahi poſſint, inuenies.*

6. *Et cùm naturalis ratio dictitet, vt benè meriti de Rep. præmijs ornentur, dabunt operam Magiſtratus, vt ſuſceptores ac theſaurarij laudabiliter officio perfuncti, immunitatem à perſonalibus muneribus conſequantur, num. 39. vbi autor Andream Alciatum ſuum collegam nominat.*

7. *Præfecti annonæ, pro conſeruanda Vbertate, poſſunt, quoties expedire videbitur, Diſcuſſorem conſtituere, atq; mittere, qui prouinciam viſitet, diſcutiat, & diligenter inquirat Quantitatem Annonæ, abſq; vllo tamen damno ſubditorum, & ſingulorum capita numerumq; deſcribat, vt ſciant, tantúmne annona ſit in prouincia, quantum ſingulorum neceſſitatibus ſufficiat? an verò Neceſſitas vrgeat, prauidendi aduerſus ingruentem inediam, qua nihil durius, nihil populo perni-*

perniciosius, vt & apud Homerũ Eurylochus monet Ὀδυσσ. Μ.

> Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
> Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν.
> Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,
> At periiſſe fame, res vna miſerrima longè eſt.

8. Ex facta deſcriptione vbi cognouerint, non plus annonæ in prouincia eſſe, quàm ſit vſibus prouincialium neceſſarium, poterunt Edictum proponere, aut ſtatuto cauere, NE QVIS EXTRA prouinciam annonam, ſub certa pœna, quæ conuenire iis videbitur, deferat. At quia ſuper eiuſmodi Edicto ſiue ſtatuto ſæpè exiſtunt variæ ἀπορίαι ſeu dubitationes, idcircò Ripa vberioris & illuſtrioris doctrinæ gratia ſubiicit analyſin QVÆSTIONVM OCTODECIM, qua ὑποθεσίας de conſeruatione VBERTATIS terminat.

1. Si ſtatutum puniat exportantem frumentum, an etiam intelligatur punire exportantes farinam? num. 43. & ſeqq. vbi, re in vtramque partem diſputata, concluditur ex mente ſtatuentium, extendi ſtatutum debere etiam ad farinam, & panes.

2. Stante prædicto ſtatuto, an liceat exportare legumina? num. 53.

3. An per idem ſtatutum, quod punit exportantes frumentum, prohibita ſit ἐξαγωγὴ ſeu exportatio hordei, ſpeltæ & auenæ?

4. An ſtatutum, prohibens exportari victualia, intelligatur etiam prohibere exportationem fœni, auenæ, hordei & ſimilium, quæ ad victum equorum deputata ſunt?

5. An ſtatutum, puniens exportantem vinum, habeat locum in exportante vuas. vbi nonnulla reperies ἐπιζητούμενα, de exportante vinum aqua dilutum, cereuiſiam, zythum aromatitium, item acetum, &c. num. 61. & 62. & 63.

6. An exportans phialam, guſtus cauſa, incidat in dicti ſtatuti pœnam?

7. An repertus in via cum frumento vel vino, exportari prohibito, incidat in pœnam ſtatuti? vbi quæſtio diſtinctioris analyſeos cauſa in duo capita diuiditur, & diſputatur à num. 71. vſq; 101. vbi etiam doctrina Rhetorum, de locis faciendæ coniecturæ, pulcherrimè illuſtratur.

8. Si idem non reperiatur in via, ſed reperiatur occultaſſe frumentum in aliquo loco extra ciuitatem, puta in ſuburbijs vel in campis, an aliqua pœna teneatur?

9. Quæſtio, Si ſtatutum dicat, Inuentum exportare frumentum eſſe puniendum, & probetur per teſtes, aliquem exportaſſe, vtrum is ita conuictus in pœnam ſtatuti incidat? Latiſſimè diſputatur, num. 103. & ſeqq.

10. Stante prædicto ſtatuto, Q. An agricolæ forenſes poſſint ſuam partem frumenti, quam recollegerunt in territorio, exportare in ſuum domicilium?

11. Q. Quid iuris, ſi ciuis vſus ſui cauſa frumentum extrahat? num. 109.

12. Q. An exportans frumentum ex alieno territorio, illûc aduectum, incidat in pœnam dicti ſtatuti? num. 114.

13. Q. An tale ſtatutum liget forenſes? num. 119.

14. Q. An liget perſonas Eccleſiaſticas, exportantes vel exportari facientes annonam ſuam? Diſtinctionis adhibito temperamento, ſoluitur quæſt.

15. Q. An iſtud ſtatutum liget colonos Eccleſiarū? nu. 124.

16. Q. Si ſtatutum prohibeat exportari frumentum, ſub pœna confiſcationis ipſius frumenti, an etiam ſaccus, in quo frumentum exportabatur, in confiſcatione comprehendatur? num. 130.

17. Q. Si ſtatutum prohibeat exportationem, ſub pœna confi-

confiſcationis plauſtrorum & animalium, quibus exportatur, an in confiſcatione comprehendantur etiam animalia & plauſtra commodata exportanti? num. 132.

18. Si duo ſucceſſiuè ijsdem vſi animalibus, & ſuper eodem plauſtro exportarunt frumentum, Q. an vterq; perdere debeat plauſtrum cum animalibus, ità, vt vnus quidem ad æſtimatione teneatur, alter verò ad præſtationem plauſtri & animaliũ?

ἀπόσπασμα huius quæſtionis eſt. Si vna & eadem perſona cum plauſtro & animalibus ſæpiùs exportauerit frumentum. Q. Vtrum toties incidat in pœnam, quoties contrauenit? num. 138.

Hactenus DE REMEDIIS SEXTÆ CAVSÆ PESTIS OPPOSITIS *&* AD VBEREM ANNONAM PARANDAM *& conſeruandam vtilibus. Sequitur nunc ὑποτύπωσις Politicæ Oeconomiæ,* DE EROGATIONE *eiuſdem* ANNONÆ PVBLICÆ*, quæ tribus potiſſimùm Quæſtionibus abſoluitur.*

1. *A* QVIBVS *eroganda ſit annona?*
2. *Qualiter?*
3. QVIBVS*?*

Q. Prima περιγραφὴ, Eroganda eſt ab officialibus, ad id ſpecialiter deputatis, qui ACTVARII *poſſunt nominari. Hi eodem modo & ordine eligendi ſunt quo ſuſceptores & cuſtodes annonæ, ideoq; in officij principio idem etiam præſtabunt iuramentum, & vlterius ſe propria manu, & non per alium quicquam erogaturos. num. 140. Adhibenda autem cautio, ne quis in dignitate conſtitutus, ad hoc officium deligatur, & ratio ibi, num. 141.*

Q. Secunda περιγραφὴ continens aliquot οἰκονομικὰ παραγγέλματα.

1. Prudenter erogatores officium ſuum exercebunt, ſi nihil de no-

de nouis fructibus attingant, priuſquam veterem erogauerint annonam, quod de frumento, non etiam de vino veteri intelligendum eſt, & quomodo? num. 143.

2. *Animaduertent fructuum qualitatem, qui, ſi diu conſeruari non poſſint, quamprimum vel diſtrahendi ſunt, vel erogandi, num. 144.*

3. *Si frumentum vetus vel nouum adeò ſit corruptum, vt per ſe, ſine querela vendi vel erogari licitè nequeat, licebit Actuarijs, illud corruptum cum frumento bono miſcere, vt velata corruptio Rempubl. à damno tueatur. iuxta l. 1. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. ibid. num. 145. oſtenditur, quando ſine peccato mixtio huiuſmodi fieri poſſit.*

4. *Vtilius & ſalubrius eſt in pane cocto potius, quàm in frumento erogationem facere, ne, ſi detur frumentum pauperibus, illud diſpergant, & in alios vſus conuertant.*

Q. Tertia περιγραφὴ ſeu delineatio, in qua maximè elucet imago diſtributiuæ IVSTITIÆ, *ſecundùm Analogiam Geometricam.*

1. *Publica annona per* ACTVARIOS *illis eroganda eſt, quibus erogari debere mandauerunt* DECVRiones, *ſeu annonæ præfecti, num. 151.*

2. *In diſtribuenda annona, vel pane cocto, tempore peſtis, inter pauperes, hunc ordinem ſeruabunt Actuarij, vt primùm inquirant, quot, & quales ſint in ciuitate pauperes, & ſi facultates ſuppetant, pium erit omnibus ſubuenire, num. 152.*

3. *Pauperum nomina, & ſingulorum habitationes, in vno libro deſcribent, & cuilibet aſſignabunt vnum vel duos panes* QVOTIDIE, *ſecundùm vires redituum ciuitatis*

4. *Curabunt ijdem vnum, vel duos panes per hominem ad eiuſmodi διακονίαν peculiariter delectum, ad habitationes pauperum deferri, ne contagioſi pauperes, eleemoſynæ petendæ gratia,*

gratia per vrbem vagari cogantur, & ita vagantes inficiant quoq; alios.

5. Si redituum tenuitas obſtet, quò minùs poſſit omnibus ſubueniri, deſcribent tantùm Pauperes originarios, forenſibus eiectis, num. 153.

6. Si cunctis Originarijs & incolis nequeat Reſpub. opem ferre, tunc infirmis & inualidis priùs eſt ſubueniendum, & data paritate magis, 1. Dignis pauperibus Actuarij ſubuenient, nimirùm ijs, quorum magis probitas & integritas perſpecta eſt. Cenſet autor, more inſtitutoq; Pontificio, magis eſſe ſuccurrendum monialibus, quàm religioſis viris, duas ob cauſas, vtra ſit magis analytica, iudicabit Lector, veræ religionis amans. 2. Magis nobilibus pauperibus, quàm ruſticis. 3. Senioribus potiùs, quàm iuuenibus.

7. Si non ſit ordinatum, quibus in ſpecie ſit erogatio facienda, non culpabuntur Actuarij, qui ſuos conſanguineos, (cæteris tamen paribus) alijs antepoſuerint, num. 161. vbi multa de Prælatis, & Pontificibus Romanis, qui ſuos conſanguineos ditant, inuenies. Sed quid ad nos?

8. Modus erogationis erit optimus, ſi ad tria reſpexerit Erogator. 1. Ad honeſtum. 2 ad neceſſarium. 3. & ad debitum, cùm aſsignare prælationis regulam in ſingulis ſit ἀδύνατον, *quia ſingulares conditiones, quæ conſiderandæ ſunt, dinumerari facilè non poſſunt. Edocebit itaq; Actuariũ Ratio & prudentiæ conſilium.* χαλεπόν, *inquit in ſimili, peripateticæ Philoſophiæ anteſignanus* μάλισ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον τοῦ μέσου τυγχάνειν. οὐ γὰρ ῥάδιον διορίσαι καὶ πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον *&c. ipſe noſti Lector ornatiſsime.*

Ἐπισάγματα *præcedentium diſputationum ſunt: 1. Qua ratione indemnitati Reipubl. conſuli poſsit, ſi contingat in maxima annonæ vilitate, vt frumentum ob vetuſtatem expediat*

diſtra-

diſtrahere, nec ſit, qui velit emere? 2. An princeps iure agat, qui mercatur ſal, & cogit ſubditos, id emere pro numero capitum? num. 177.

9. & vltimò debent erogatores villicationis ſuæ reddere rationem ſoli, & abſq; vllo calculatore, & quod notandum eſt, ſi erogauerint annonam pauperibus, tenentur intra triginta dies erogationem probare, per publicum inſtrumentum, & apochas ſingulorum demonſtrare.

ὑποτύπωσις Tertiæ partis cap. V.

SEPTIMAM CAVSAM PESTIS προκαταρκτικὴν ſtatuit autor ὁμιλίαν congreſſum, ſocietatem ſeu conuerſationem cum peſte infectis. Hæc facilè ſubmouebitur, ſi contagioſi, & de peſte ſuſpecti, eorumq; bona arceantur ab ingreſſu loci, qui ipſis denegari poteſt. Erit itaq; huius cauſæ Remedium prophylacticum, diligens & accurata Φυλακονομία, cuſtodum ordinatio, ſeu conſtitutio, circa quam tres potiſſimùm Q. declarat Ripa. 1. Ad quos ſpectet Cuſtodum electio? 2. Quibus onus cuſtodiæ poſſit imponi? 3. Quale debeat eſſe officium eorum, qui ad cuſtodiam portarum ſunt deputati? Circa vnamquamq; harum principalium Quæſtionum multa tractantur ἐπιζητούμενα, ſeu quæſtiones acceſſoriæ.

ὑποτύπωσις eorum, quæ ad primam Quæſtionem pertinent.

Quæritur primò, Vtrum Electio cuſtodum ſpectet ad ordinem Decurionum, an ad Dominum loci?

1. Quæſtione in vtramq; partem agitata, concluditur, pertinere ad Decuriones Electionem, ad Dominum loci confirmationem, quo nolente confirmare, nihilominus exercere Cuſtodes

ſtodes poterunt, quæ nudæ ſunt cuſtodiæ, niſi notorius contra perſonam ipſorum defectus opponeretur.

2. Cuſtodes dicentur ſufficientes & idonei, ſi ſint diſcreti: induſtrij: & fideles. Hæ namq; tres requiruntur in illis conditiones, num. 194.

3. Debent Electi cuſtodes in manibus domini confirmantis iurare, ſe circa portarum cuſtodiam, pro virili, omnem diligentiam & ſolicitudinem adhibituros, præſtando iuramentum fidelitatis, de exercendo legaliter ac fideliter officio ſuo. ἐπιζητέμενον. *Si Decuriones elegerint ſcienter inhabiles, an pro ea vice ſaltem ius eligendi deuoluatur ad Dominum loci, num. 197. Deciditur, quòd non, cùm nulla lex ſit, quæ talem pœnam imponat, præſertim, ſi aliqui ex ordine Decurionum electioni non conſenſiſſent. & ibid. cautio traditur, ne præiudicium aliquod exiſtat ex Electione Decurionibus.*

4. Si communitas vel negligat, vel nolit cuſtodes deputare, à Domino loci compelli poterunt Syndici & conſiliarij, non ſolùm per pœnas & mulctas, & captis pignoribus, ſed etiam per ſeueram comminationem, quæ eis denuncietur, futurum, vt ſi intra certum tempus non eligant cuſtodes, ipſe deputet ac conſtituat.

ἐπιζητέμενον. *1. An Dominus loci, cuſtodibus ab ordine Decurionum electis, non ſatis fidens, alios poſſit adiungere? Deciditur affirmatiuè, & additur decidendi ratio. modò ſine dolo, ac fraude ſeu mala proæreſi id faciat. 2. Si appoſiti ſint alij cuſtodes à Domino, an Decuriones ſuos reuocare poſſint inuito Domino? num. 208.*

Ὑποτύπωσις eorum, quibus Secunda Q. principalis explicatur.

Vtrum Dominus, an ſubditi teneantur Cuſtodibus ſatisfacere?

 1. Subdi-

1. Subditi, pro quorum ſalute laborant Cuſtodes, tenentur iiſdem ſatiſfacere.

2. Clerici, Doctores, Licentiati, Decuriones & ſimiles, quibus ratione dignitatis à perſonalibus muneribus conceſſa eſt immunitas, tempore peſtis excuſantur ab onere perſonali cuſtodiendi portas.

3. Excuſantur etiam à cuſtodia ſenes, annos 55. nati, ſicut & ab aliis oneribus perſonalibus, & fœminæ, & valetudinarii.

4. Quorum omnium exemtio & excuſatio ceſſare debet, ſi, propter maximam finitimorum contagionem, tantum periculi impendeat, vt abſq; auxilio exemtorum, locus facilè cuſtodiri non poſsit. Tunc enim, quod dicitur, Vocat labor vltimus *omnes, num. 224. Atq; hæc de munere perſonali.*

De munere patrimoniali duæ ſubiiciuntur quæſtiones. Vna eſt, Vtrum is, qui immunis eſt ab onere perſonali, teneatur contribuere ad ſalaria Cuſtodum pro rata? Hanc quæſtionem in vtramq; partem autor diſputat, & tandem, adhibito diſtinctionis moderamine, decidit. Altera eſt, Num ad alias collectas, quæ imponuntur ob peſtem, ii teneantur, qui habent generalem immunitatem ab omnibus muneribus? Re in vtramque partem diſceptata, concludit autor, ad collectas, quæ ob peſtem imponuntur, etiam teneri habentes generalem exemtionem ab oneribus perſonalibus, realibus & mixtis, etiam in forma, quam docet Bartol. in l. is qui. ff. de iure immunitatis. Sed hæc enunciatio, vt aliæ pleraq; τ̃ ὑπάρχων, cum mica ſalis accipienda eſt. vide num. 235. & 236.

ὑποτύπωσις Tertiæ Quæſtionis.

De officio Cuſtodum, quale id eſſe debeat? vbi variæ quæſtiones proponuntur & examinantur.

1. An poſsint cuſtodes tempore peſtis, ad portas deputati, quoſ-

quoſcunq; arcere ab ingreſſu? vbi tres facti ſpecies, ſeu caſus conſiderantur & definiuntur. Eandem quæſtionem repetijt nuper in cent. Quæſt. ſuarum, Eberhard. Speckhan. quæſt. 11. Multa notatu digna reperies apud Ripam ἐπιζητούμενα.

Circa ſecundam hypotheſin dubitatur; 1. Num etiam domino loci, quem conſtat eſſe peſte infectum, poßint cuſtodes denegare introitum? num. 248. vbi de iuramento fidelitatis ἀντιπελάργῳ ſeu reciproco, eiusq; forma agitur. Exiſtimat ἐπιεικῶς Ripa re in vtramq; partē examinata, ſubditos non poſſe Dominum ſuum infectum ex toto expellere, ſed obligatos eſſe ad iuuandum Dominum ſuum periclitantem, ſi propria ſalute integra id fieri poßit, num. 255. 2. An peregrini ſeu forenſes, à loco infecto fugientes, ſi petant, vt ſibi liceat caſulas in alterius territorio ſtruere, audiendi ſint? Hoc ἐπιζητούμενον humaniter admodum & politicè decidit autor, adhibito diſtinctionis temperamento, quod interdum Homines, humanitatis immemores ac penè agreſtes, parùm conſiderant.

Circa tertiam hypotheſin obſeruandi ſunt duo modi, quibus cognoſci poßit, an peregrini ſeu iter facientes ſani ſint, nec de peſte ſuſpecti. Vnus fit per iuramentum purgationis, ſed valdè incertus ac lubricus, quia ſecundùm verſiculum,

Iuppiter omnipotens periuria ridet euntis.

Alter certior, & vſu magis probatus, per ſcripturam, quæ literarum dimiſſoriarum, & Tractatoriarum, vt vocat autor, ac potius Tractoriarum nomenclatione continetur, vt legendum eſſe confirmat Iacob. Cuiacius, ex Latinis pariter ac Græcis quibuſdam ſcriptoribus, ſub tit. C. de Tractorijs ac ſtatiuis lib. 12. quanquam, vt cuipiam videri poßit, hæc appellatio tralata eſt ad hanc ſcripturam ſignificandam. Eandem ſcripturam Bulletinum vocat Ripa, & multas de Bulletino quæſtiones examinat. 1. A quo impetrandæ ſint à viatoribus

 Tracto-

Tractoriæ? num. 269. nimirùm ab officiali, ad hoc ipſum ſpecialiter deputato, cui diſcedens denunciare debet diſceſſum, & iter, quod facturus eſt, & locum, ad quem proficiſci cogitat.

2. Qualis ſit, & eſſe debeat tenor ac forma Tractoriarum, num. 270. & ſeqq. vbi accuratiſſimè formam definit autor Bulletini, ne facilè viatores decipere poſſint deputatos portarum cuſtodes, in quibus non leuis cautio ac circumſpectio, ſed prudens & accurata requiritur, ideoq́ videant laudati Magiſtratus, quos, & quales ad hoc officium cuſtodiæ deputent. Ipſis enim ἐπιτετράφαται οἱ λαοὶ; nec cuiquam magis conuenit, Reipubl. ſalutem tueri, quàm Magiſtratui, arg. l. Nam ſalutem. ff. de offic. præf. vigilum.

3. Si inter cuſtodes & viatores oriatur diſcordia, ſuper veritate Tractoriarum, Q. Quis competens ſit Iudex huius controuerſiæ futurus? num. 287.

4. Si Iudex pronunciet, eiuſmodi Tractorias eſſe legitimas, quæ tamen ſint ſuppoſititiæ, Q. an remedium Apppellationis locum habeat? nu. 288.

5. Si Magiſtratus mandet cuſtodibus ſub grauiſſima pœna, ne quem ſuſpectum intromittant, & veniat ſuſpectus offerens Tractorias, & recipiatur, Q. an Iudex poſſit punire cuſtodes? Hanc quæſtionem ſe vidiſſe in facto, tradit Autor, & litigantium actionem, exceptionem, replicationem, &c. ſubijcit, num. 290. & ſeqq.

6. Q. Qua pœna ſint afficiendi cuſtodes, qui accepta pecunia contra ordines ingredi patiuntur viatores, ſine Tractorijs, aut cum Tractorijs quidem, at nothis ac ſuppoſititijs, ſi præſertim, ex eorum intromiſſione locus peſtilens efficiatur? Autor patriæ proditoribus, ac inimicam gentem intromittentibus, deprædandi atq́ occidendi cauſa, comparat, qui viui comburi ſoleant, num. 295.

7. Num

7. Num cuſtodes impunè ferre debeant, ſi quis ſine bulletino, ſeu Tractorijs clanculum irrepat, dum ipſi inter ſe confabulantur, aut muſcas captant, aut, vt apud nos Germanos ſæpè fit, inter ſe Dionyſia agitant, ac compotationibus indulgent.

8. An excuſationem mereantur Cuſtodes, ſi quis ſine Tractorijs vi, ipſis inuitis, intrauerit? num. 299.

9. An valeat ſtatutum, quo cauetur, ne quis audeat ſub pœna exire locum, ſine licentia deputatorum, vel ſine Bulletino, ſeu tractorijs? num. 300.

10. Si edicto caueatur tempore peſtis, ne quis peregrinum in vrbe, aut ſuburbijs receptet ſub certa pœna, Q. An, ſi quis receptet peregrinum extra vrbem, aut ſuburbia, in aliquo ſuo prædio, incidat in pœnam edicto comprehenſam, num. 303.

Finis ὑποτυπώσεως trium partium, in quas Caput Quintum ſuprà fuit diſtributum.

Sequitur
ὑποτύπωσις Capitis ſexti,

De remedijs prophylacticis, quæ cauſis Inſalubribus, ac Peſtem procreantibus auertendis aptæ ſunt, hactenus QVARTO *&* QVINTO *capite diſputatum eſt. Nunc ſubijcit* AVTOR *remedia aliquot Therapeutica, eaq; etiam non medica, ſed Politica. Hoc capite Tria potiſſimum explicantur.*

Primum remedium Therapeuticum *erit, ſi Peſte infecti transferantur extra vrbem ſeu locum, in quo degunt, vbi firmatur, poſſe eos ex ciuitate expelli. Circa hoc remedium multa occurrunt Quæſtiones atq; ἀπορίαι.*

1. An infecti, ſi malint in domo propria includi, poſſint etiam inuiti expelli? Sed hic ſuadet Ripa, vt plura Magiſtratus Politicus conſideret, ne ἐπὶ τὰ ὀλίγα ἀποβλέψας grauiter hallucinetur.

 2. Num

2. *Num eo caſu, quo Magiſter ſanitatis vult ex domo trahere tàm ſuſpectos de peſte, quàm eâdem lue infectos, poſsit omnes ad eundem locum transferre, aut in eadem Camera collocare? negatè deciditur.*

3. *An ſimul collocari poſsint maſculi cum fœminis? Non, niſi ſint tales fœminæ, de quibus naturale fœdus nihil ſiniſtri nos ſuſpicari permittat, num. 9.*

4. *Si ciuitas non habeat tam amplum Noſocomium, in quo includi poſsint infecti ſeorſim à ſuſpectis, aut fœminæ ſeparatim à maſculis, quid tunc agendum ſit, prudenter monet Ripa à num. 10. vſq; ad num. 15.*

5. *An audiendi ſint infecti, aut ſuſpecti, qui malint ad aliquod prædium transferri ruſticum, quàm ad Noſocomium? Hanc quæſtionem ἁπλῶς definit autor. Quæ ſequuntur in huius Remedij illuſtratione, pertinent ad molitionem ſtructuramq; Hoſpitalium ſeu Noſocomiorum amplorum, eorundemq; reditus, ex quibus pauperes & morbidi ſuſtentari poſsint.*

Atq; hîc exponit Ripa ſua προβλήματα. 1. eſt, quemlibet pro rata patrimonij, nullo priuilegio obſtante, ad conſtructionem eiuſmodi publici operis conferre debere, propter ſingulorum vtilitatem, & vrbis, præſertim ſplendidioris decorem, num. 17.

2. *Salutarius eſſe iudicat collectas, angarias & parangarias ſuſtinere, quàm Diram peſtem perpeti, vbi grauiter inuehitur Ripa in auaros, & eos, qui publicos* REDITVS *deuorant, quos furibus deteriores eſſe probat.*

3. *πρόβλημα, conſulit. in terris Pontificijs ſupplicandum eſſe Papæ, vt dignetur concedere fabricæ eiuſmodi Hoſpitalis fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in Archiepiſcopatu ſaltem ſemiſſes, vbi plura etiam de Papâ inferioribus, qui poſsint pro arbitrio fructus beneficiorum vacantium in ſua*

in ſua diœceſi donare, propter aliquam neceſsitatem fabricæ.

4. παράδειγμα fieri poſſet ſtatutum, quo vigeſima vel quinquageſima legatorum & hæreditatum iubeatur conſerri ad hanc fabricam, non obſtante eo, quod L. Papia, quæ vigeſimam hæreditatum fiſco deferebat, tanquam iniqua à Iuſtin. ſublata ſit, & ibidem rationes ſtatuti, & nonnullæ Declarationes ſubÿciuntur à num. 25. vſq; ad num. 36.

5. παράδειγμα, Poſſet etiam ciuitas ſtatuere, vt hoſpitalis fabricæ deferretur quinquageſima dotium mulierum, quæ nupſerint extra territorium.

6. Sunt & alÿ τρόποι ſeu modi acquirendæ pecuniæ ad eiuſmodi fabricam, vt ſi ſtatuatur, quemlibet artificem in principio, quo artem exercere cœperit, teneri aureum ſoluere fabricæ, & quemlibet certum quid ſoluere debere pro gradu Doctoratus: & quicunq; velint eſſe de numero Hoſpitalariorum, eos perſoluere oportere X. flor. vbi priuilegia eorundem recenſentur. 1. Quòd immunes ſint à perſonalibus muneribus, & ſecundùm nonnullos ÿſdem, quibus ipſa Hoſpitalia & clerici, gaudeant priuilegÿs. 2. Quòd poßint conſtituere collegium, & Rectorem ac Syndicum eligere, num. 42.

7. παράδειγμα, Conſulit Ripa etiam vſurarÿs, & omnibus alÿs, qui volunt ſuas exonerare conſcientias pro incertis malè ablatis, aut aliàs elargiri ad pias cauſas aliquid, vt huic potius fabricæ & pro alimentis pauperum, quàm eccleſiæ, ad conſtruendas capellas & celebrandas miſſas erogent, propterea quòd ſatis Auri, ac potius veneni habeat Eccleſia Pontificia. vbi & per εἰδωλοποιΐαν inducuntur MANES FVNDATORVM ECCLESIÆ, *& graphicè per πρὸ ὀμμάτων ποίησιν depingitur Luxus* PRÆLATORUM, *illius bonis abutentium, & è contrario à fundatoribus deſcendentium egeſtas ac miſeria. deniq; per συναθροισμὸν amplificantur fructus legatorũ, in vſus pauperum relictorum.*

Secun-

Secundum remedium Therapeuticum *præcedenti proximum eſt, vt poſt eiectionem infectorum, illicò domus eorum purgentur, & contagioſa bona mobilia, quæ aqua mundari nequeunt, vt ſunt pelles, lecti, & his ſimilia, comburi mandentur. Circa hoc Remedium quæritur, 1. An Magiſter ſanitatis poſſit inuitis Dominis bona contagioſa atq; infecta comburere? nu. 46. Reſp. quòd non, niſi ſpecialiter ipſi conceſſa ſit facultas. Hinc 2. Q. An ciuitas poſſit ordinare, aut ſtatuere, vt infectorum bona mobilia comburantur? Deciditur affirmatè, ac reſpondetur ad rationes dubitandi. 3. Q. An communitas teneatur dominis ad precium bonorum combuſtorum pro expurganda domo peſtis tempore? Deciditur negatè, & reſpondetur ad rationes dubitandi. Eandem ex Ripa quæſtionem repetiit Speckhan Cent. 1. quæſt. 12.*

Tertium remedium Therapeuticum *eſt Loci mutatio, & fuga ad remotiſſima loca. Vnde vulgò dicitur, Peſtem citò & longè fugiendam eſſe.*

Ὑποτύπωσις Capitis ſeptimi,

In quo Quartum remedium Therapeuticum *explicatur, quod eſt, QVÆRERE MEDICVM corporis, cuius cura & auxilio ſummoueatur, & expugnetur hæc infirmitas.* Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Circa hoc QVARTVM Remedium tria potiſſimum conſiderantur. 1. Numerus & qualitas Medicorum, quot & quales Medici, & à quibus ſint eligendi. 2. Pœnæ, quibus ſint afficiendi, ſi in officio ſuo deliquerint. 3. Salaria.

Ὑποτύπωσις primæ conſiderationis.

1. Medici ſunt à Decurionum ordine eligendi, niſi fortè eorum electio vel ex conſuetudine quadam, vel reſcripto Principis ad alterum pertineat.

2. Maximæ ciuitates, vt Metropolitanæ DECEM de iure habere Medicos poſſunt; Maiores, quæ cognitionem cauſarum habent tàm ciuilium, quàm criminalium SEPTEM. Minores verò, quæ nullam habent cauſarum cognitionem, ſed ad ſuperiorem præſidem recurrunt, QVINQVE. Hoc numero plures cum ſalario publico, & immunitate non poſſunt Decuriones in ciuitate retinere. Sine Salario publico tot poſſunt eſſe medici in ciuitate, quot in ea habitare voluerint.

Hîc Q. 1. quis dicatur Medicus? 2. An requiratur aliquem Doctoris gradum eſſe aſſecutum, vt dicatur Medicus?

3. Qui Medicos eligunt, animaduertere debent Primò ad ætatem & experientiam. τῶν ἐμπείρων, καὶ πρεσβυτέρων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι δεῖ προσέχειν οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων. διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχὰς, ſecundùm Philoſophum lib. 6. Ethicor. ad Nicomach. Conſulit tamen Ripa, vt cum ſenibus & exercitatis Medicis coniungantur iuuenes, vbi rationes etiam explicantur, nu. 18. & ſeqq. Secundò ad artis Medicæ cognitionem ſolidam, quæ perſpicitur inde, ſi morborum cauſas ſciat exprimere, & vt res in pauca conferatur, ſi tria norit: Præterita, vnde morbus quilibet originem traxerit: Præſentia, in quo ſtatu & gradu ſit morbus: Futura, vtrùm ſanabilis ſit, an lethalis? deinde ſi opportuno tempore norit exhibere medicamenta: & nouis morbis poſſit noua præparare remedia. Tertiò ad diligentiam, quæ præter experientiam, & artis ſcientiam, ſeu λόγον καὶ ἐμπειρίαν, duo Medicinæ σκέλη in morborũ curatione neceſſaria eſt. Cernitur autẽ Medici diligentia in his potiſſimum, ſi non ſolùm bonam medicinã præparet, Lege & ordine artis ſuæ, ſed etiam diligenter aduertat, ne Pharmacopola vel immiſceat QVID pro QVO, vel Medicinam conficiat ex corruptis ac vetuſtiſſimis ſpeciebus, quæ magis officere ſolent, quàm prodeſſe.

Debet enim Medicus præſens adeſſe Pharmacopæio, quando medicinam conficit, vt in multis laudatiſſimis Rebuſpubl. obſeruatur, propter publicam ciuitatis, & ſingulorum vtilitatem ac ſalutem. Deniq; in eo quoq; ſpectatur Medici induſtria, ſi videns infirmum periculosè cum morbo conflictari, non diſcedat ab eius latere. Secùs non tenetur ad perſonalem infirmi cuſtodiam, ſed ſatis eſt, ſi ſemel, vel bis in die ipſum inuiſat, & regimen ac diætam præſcribat.

4. Electores præcipuè debent aduertere ad mores Medici, vbi grauiter hortatur Auenionenſes autor exemplo Vlpiani, alloquentis decuriones, ne ſe ſuosq; liberos perfidis Iudæis Medicis committant, & ibi ratio declaratur num. 53. & ſeqq. neq; etiam perfidum Chriſtianum in medicum aſſumant, nu. 58. & ſeq. Hæc pleraq; ex Ripa diligenter & accuratè repetijt Eberh. Speckhan Cent. 1. qu. 13. Quales Medici ab ægrotis ſint eligendi? & quæſt. 14. An Chriſtianus ægrotus ſe medico Iudæo curandum committere debeat? Probati mores ac virtutes Medicorum ſunt, ſi ſint pij, qui prius moneant & inducant languentes ad implorandum auxilium Chriſti, quàm medicamenta exhibeant: Manſueti: Sobrij: Pudici, ne in curatione formoſæ mulieris verbo aut actu impudicos ſe oſtendant, neúe M O R B O R V M C A V S A S *per candida brachia quærant.*

Finis ὑποτυπώσεως primæ conſiderationis.

ὑποτύπωσις ſecundæ σκέψεως, ſeu partis, in qua de pœnis agitur, & analyſis inſtituitur ſequentium Quæſtionum, quarum caput hæc eſt,

Quando mors infirmi medico ſit imputanda, & qua pœna ſit afficiendus, ſi eius culpa moriatur ægrotus? Vt reſolua-

tur hæc Quæſtio, autor commentatur §. *ſicut L. illicitas, 6. ff. de officio præſidis. Verba* §. *ſunt:* Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet. Prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis, in periculo hominis, innoxium eſſe non debet. *Vt vis ac ſententia d.* §. *fiat illuſtrior, format Quæſtiones.*

1. Num excuſetur Medicus à caſu mortis infirmi, quem curauit? Excuſatur quatuor conditionibus concurrentibus. 1. Si officium medicandi ipſi congruit. 2. Si ſecundùm leges artis medicinam ægroto propinauit. 3. Si omnem, quam debuit, diligentiam adhibuit. 4. Si ægrotum informauit de omnibus, quæ morbo ſunt contraria, num. 64. & ſeq.

2. Qua pœna afficiendus ſit Medicus, ex cuius imperitia mortuus eſt ægrotus? Alij exiſtimant, eum eſſe extra ordinem puniendum, num 66. alij teneri ipſum aiunt pœna homiciaij, ſeu L. Corneliæ de Sicarijs. Autor prioris partis ſententiam amplectitur, & confirmat, diluẽs rationes poſterioris partis, ſed ita tamen, vt eam limitet, Niſi ſtatuto caueretur, vt, qui homicidium quocunq; modo commiſerit, capite truncetur. Tunc enim etiam is, qui per latam culpam illud commiſerit, decapitari poterit. Quòd ſi per dolum ægroto contraria medicamenta exhibuerit Medicus, ex quibus is mortuus ſit, reus mortis eſt, & vt homicida afficiendus pœna L. Cornel. de Sicar. num. 74. Eandem Q. repetijt Speckhan Centur. 1. quæſt. 24.

3. Num in dubio præſumatur infirmus culpa Medici mortuus? R. pro Medico faciendam eſſe præſumtionem, num. 75.

4. Vtrum Medicus, cuius negligentia mortuus eſt ægrotus, pœna homicidij teneatur? Autor diſtinguit inter gradus negligentiæ. Quædam enim leuis eſt, quædam planè diſſoluta,

quæ accedit ad malitiam, ex qua ſi medicus deſerat curam ægroti, pœna legis Cornel. teneri ipſum exiſtimat, num. 77. vbi quoq; duobus probari modis poſſe oſtendit, Medicum inſidiatum fuiſſe vitæ infirmi. 1. Si ſcienter adulterina præbuerit medicamenta. 2. Si temporibus opportunis infirmum curare neglexerit. In foro autem conſcientiæ, ſeu poli, certum eſſe ait, Medicum, qui negligit mederi ægrotis in periculo conſtitutis, teneri non aliter, ac ſi ipſos occidiſſet.

ἐπίσαγμα huius quæſtionis eſt, Num medicus iſto caſu teneatur hæredibus defuncti ad damna, intereſſe & expenſas? Reſpondet autor adhibito diſtinctionis temperamento. Vnde etiam elicitur πόρισμα, Medicum magis videri peccare, ſi propter eius negligentiam moriatur ægrotus, quàm ſi propter imperitiam, quia illa hac minùs eſt ἀνεγκλητος, minusq; excuſari poteſt, niſi fortè imperitia planè eſſet ſupina, num. 80.

5. Qua pœna ſit medicus caſtigandus, qui protrahit curã, aut ex leui infirmitate facit magnam, vt eò plus pecuniæ ab ægroto extorqueat? Arbitrio iudicis. Vide eandem Quæſt. apud Speckh. nu. 29. ἐπιζητέμενον. 1. Num eo caſu teneatur extortas pecunias ægroto reſtituere? Affirmatè deciditur, reſtituendum eſſe omne quod vltra debitum acceptum eſt, non ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam ciuili, vbi de formatione libelli contra medicum ex Speculat. 2. An promiſſio, facta medico per infirmum, ſit obligatoria? Negatur num. 86.

6. Vtrum medicus cogi poſſit, vt inuitus medeatur? Affirmatè deciditur, vbi vide rationem decidendi, num. 90. ἐπιζητέμενον 1. Vtrum Medicus, ſi de ſalute infirmi deſperetur, mederi teneatur? Affirmatiua pars deciditur. 2. Vtrum idem teneatur mederi gratis, an ita demum, ſi condignum Salarium præſtetur? Eandem quæſtionem repetijt Eberh. Speckhan Cent. 1. Quæſt. 33. Pro poſteriore parte deciditur, num. 94. & ſeqq.

ſeqq. 3. ἐπιζητέμενον, *Vtrum Medicus, cui nota eſt cura & infirmitas abſq; reuolutione librorum, teneatur gratis curare? Negatè deciditur, & decidendi ratio affertur, num.* 98. 4. ἐπιζητέμενον, *An pauperibus ſaltem Medicus teneatur gratis mederi? Affirmatiua pars communiter concluditur, adeoq; vera eſſe pronunciatur, vt iudex poſſit medicum cogere interdicendo officium medicandi, vel aliàs mulctando, num.* 100. *vbi nonnulla de medico publicè ſalariato, qui maiorem habet curam diuitum, quàm pauperum, num. ſeq.* 5. ἐπιζητέμενον, *An medicus mederi teneatur infirmo nolenti ſeu inuito? Eandem quæſt. repetijt Speckhan Cent.* 1. *Q.* 32. 6. ἐπιζητέμενον, *Vtrum Medicus dubitans profuturáne ſit, an obfutura medicina, eam exhibere infirmo debeat? Negatiuè deciditur, & ibi ratio decidendi additur, num.* 104. 7. ἐπιζητέμενον, *An contra medicum oriatur iudicium, quòd inſidiatus fuerit vitæ defuncti, ſi intra annum luctus contraxerit cum eius vidua matrimonium? num.* 105. *Hæc de pœnis Medicorum, ſi in officio delinquant.*

Sequitur ὑποτύπωσις tertiæ partis ſeu conſiderationis De Præmijs ſeu honorarijs eorundem.

Quæritur

1. *An æquiparandi ſint Medici obſtetricibus, vt cenſuit Speculator. Refutatur Speculatoris opinio, qui exiſtimat, medicum non eſſe maioris autoritatis, quàm obſtetricem, ideoq; etiam non plus illi perſoluendum eſſe mercedis, quàm huic, adhibito temperamento diſtinctionis inter medicos ſeruos & liberos, item inter medicos, qui vnius tantùm partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur, & eos qui omnium morborum cauſas, & remedia norunt. num.* 108. *Tales Medici æquiparantur profeſſoribus liberalium artium, maximè quoad*

ſalaria, & eadem gaudent immunitate, qua legum Doctores, num. 109.

2. Quæritur, Vtrum medicus ſalariatus de publico, poßit ab infirmis aliquid exigere? Negatur. nu. 112. ἐπιζητούμενον *1. An poßit recipere à ſponte dantibus? In vtramq; partem diſputatur, & pro aiente parte deciditur, & rationes decidendi afferuntur vſq; ad num. 119. 2. Vtrum medicus ſalariatus de publico, & prohibitus aliquid recipere, poßit ea, quæ à ſanis offeruntur, acceptare? Conſiderare iubet autor, qua ex cauſa ſani offerant. num. 120. vſque ad num. 123.*

3. Quæritur, Vtrum, ſi medicus conductus à communitate, certo annuo ſalario, ad tres annos, finito conductionis tempore perſeuerauit in curando ægrotos, cenſeatur renouata locatio, & conductio, ita, vt ipſi contra communitatem competat actio, an verò teneatur agere contra eos, quos curauit? Non obſtantibus rationibus Socini, negatiuam partem veriorem eſſe cenſet autor, quod ad communitatem attinet, niſi medicus probet, Magiſtratum, qui habet poteſtatem reconducendi, ſciuiſſe, quòd curarit, vt prius, & paſſum fuiſſe. atq; hoc modo fortè ex æquitate opinionem Socini defendi poſſe, num. 124.

4. Q. Quando medico non ſalariato de publico, quo caſu ipſi merces debetur ab infirmo, exoluendum ſit Salarium, in principióne iuxta prouerbium: Accipe dum dolet, medio? an fine? Eandem quæſtionem repetiit Eberh. Speckhan Cent. 1. quæſt. 26.

5. Q. An medico forenſi, cui conſtitutum fuit certum ſalarium diurnum, etiam debeatur ſalarium pro itinere? num. 129. Eandem Quæſtionem repetiit Speckhan Centur. 1. Quæſt. 25. ἐπιζητούμενον. *1. An medicus horis veſpertinis iter ingrediens conſequi debeat ſalarium pro integro die?*

die? Inter contrarias D D. opiniones æquiorem putat autor partem negantem. 2. Si occurrat dies feriata in honorem Dei, an pro ea quoq; medicus ſalarium petere poßit? num. 131. vſq; ad nu. 134. 3. ἐπιζητέμενον. Vtrum medicus, qui pro locorum diſtantia, cum per triduum in itinere commorari debuiſſet, felici vſus diplomate, iter confecit vno die, petere poßit ſalarium vnius, an trium dierum? Eandem quæſtionem etiam repetijt accuratè Speckhan Centur. 1. quæſt. 28. 4. ἐπιζητέμενον. Vtrum medicus, ſi in itinere incidat ipſe in morbum, conſequi debeat tantum ſalarij, quantum ad reuerſionem ſit neceſſarium? affirmatur, nu. 135. 5. ἐπιζητέμενον, Vtrum medico competat actio aduerſus infirmum, ad precium obtinendum, ſi equus ab ipſo conductus in itinere eidem à latronibus eripiatur? num. 136. 6. ἐπιζητέμενον. Vtrum medicus, ſi recepit ſalarium pro curanda podagra alicuius, ante recuperatam ſanitatem defuncti, vel occiſi, teneatur ſalarium reſtituere? num. 137.

6. Quæritur, Vtrum medicus, qui vel cum infirmo conuenit de mercede post liberationem præſtandâ, vel cum Rep. contraxit, vt curaret ægrotos peſtis tempore, & liberati in priſtinum morbum recidant, pro eodem ſalario illos curare debeat? Soluitur quæſtio pulcherrimis adhibitis diſtinctionibus vſq; ad num. 154. Eandem repetijt Eb. Speckh. in Cent. Q. 31. ἐπιζητέμενον. Quando dicatur vel incontinenti, vel ex interuallo, infirmitatem redijſſe? num. 145. Concluditur hoc caput Politicum, continens Ιατρονομίας, ſeu certas Leges de Numero, qualitate, Electione, pœnis, ac præmijs ſeu honorarijs Medicorum, non dicam vtiliſsima, ſed propè Neceſſaria commonefactione, ac conſilio Ripæ valdè ſalutari futuro, graſſante Peſte, Ciuitatibus, ſi Magiſtratus Politicus illud ſequatur, nec vllis parcat ſumtibus, cum præſertim modus oſtendatur eaſdẽ repe-

repetendi ac recuperandi. Audiamus ergò προβούλευμα.

Conſtituendum eſt Salarium Medicis pro numero eorum, quos curant, ſoluendumq́; maius & amplius pro ijs, qui liberantur à peſte, quàm pro ijs, qui lue hac pereunt & extinguuntur. Hoc conſilium ſecuti ſunt Auraicenſes teſte Ripa, qui celerrimè liberati fuerunt ab hac publica calamitate, & maximum numerum ciuium peſte infectorum hac ratione conſeruarunt. Ratio προβουλεύματος additur, quæ ex ipſo requiri poteſt autore. Si cogat Rempublicam ſoluta medicis repetendi neceſsitas, habet actionem negociorum geſtorum aduerſus eos, qui ſunt liberati, non planè tamen pauperes, qui iuuandi ſunt, non penitus opprimendi.

Τέλος ὑποτυπώσεως Capitis penultimi ſeu ſeptimi.

ὑποτύπωσις Capitis vltimi.

In hoc capite Quintum remedium Therapeuticum proponitur, *& OCTAVÆ CAVSÆ PESTIS ſalutariter opponitur. Octaua peſtis cauſa ſtatuebatur in hominum flagitijs ac ſceleribus, quibus Ira DEI Iuſtiſsimi VINDICIS laceſsitur, atq; inflammatur. Hæc non aliter remoueri poteſt, quàm ſi ab IRATO DEO, peccatorum VLtore acerrimo, ad eiuſdem immenſam bonitatem, clementiam infinitam, & ἄῤῥητον ἔλεος, h. e. inexplicabilem miſericordiam confugiant miſeri PECCATORES, per ſeriam CONVERſionem & Pænitudinem veram, in qua non ſolùm dolor ingens concipitur ob ſcelera perpetrata, ſed etiam mens perculſa metu flammarum diuini furoris vltricium rurſus erigitur per fidem in vnicum noſtrum Aſylum σωτήριον, quod eſt IESVS CHRISTVS crucifixus pro nobis, & mortuus, ac reſuſcitatus propter iuſtitiam credentiũ,*

in eoq́;

in eoq́; SOLO ſuæ ſalutis anchoram collocantium. Hæc Sola & vnica medela eſt ſcelerum. ò terq́; quaterq́; beati, & ab omni labe peſtis immunes, quibus in SERVatorem verè credentibus condonata ſunt ſcelera, in eiuſdemq́; ſanctiſſimorum vulnerum latebris intimis, atq; receſſu abſcondita flagitia Non enim dubium eſt, quin tempore peſtis, & in toto vitæ curriculo pacata, & ab omni formidine vacua perfruituri ſint conſcientia, & non ſolùm quicquid aduerſi loco δοκιμασίας diuinitus acciderit, æquiſſimo laturi animo, ſed etiam in id vnicè incubituri, vt vitæ integritas, ac probitas, amor flagrantiſſimus in Deum omnium bonorum Oceanum, & ad proximum iuuandum ac promouendum, inclinata ſeriò voluntas ac propenſio viuaci hoc vnico modo FIDEI vel ipſius etiam Mundi Victrici reſpondeat. Hoc ipſum enim proprium πάθος eſt, quod veræ ac viuidæ Fidei per ſe ineſt ſecundo modo, ac neceſſario indiſſolubiliq́; nexu cohæret. Quæ procul omni dubio concors eſt orthodoxorum à Cimmerijs tenebris ac caligine de dubitationum fluctibus, & neſcio quibus ſatisfactionibus Pontificiorum abhorrens ſententia, vt in præfatione ὑποτυπώσεως breuiter attigi. Huius igitur Quinti remedij inquiſitio confectioq́; non ex autore Ripa, neq; ex turbidis Pontificiarum traditionum lacunis, neq; ex naturali lumine rationis, quod pleræq; gentes ſecutæ calamitoſa peſtis tempeſtate ad Deũ, non ſine ingenti tamen fluctuatione cordis, confugiendum eſſe putauerunt, Sed ex nitidiſſima doctrinæ cœleſtis ſcaturigine haurienda eſt, veram Diuini numinis naturam ſeu eſſentiam, ac immutabilem voluntatem nobis multò certius vllis ſtatuis Mercurialibus demonſtrantis. Inde & quæ origo Peſtis, cognoſcetur, & quæ eidem medicina ſit adhibenda diſcetur. Quandocunq; enim inſignem vindictam Deus multitudinis peccantis olim decreuiſſet exequi, tria plerunq; terribilia flagellorum

genera antè comminatus eſt, Peſtem, gladium & famem. Teſtis eſt vates Ezechiel capite ſexto, vbi hoc ad ſe Oraculum inſtinctu diuino afflatuq; concitatum fuiſſe fuſum affirmat: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic, HEV, ad omnes abominationes malorum domus Iſraël, quia gladio, fame & peſte ruituri ſunt. Qui longè eſt, peſte morietur, qui autem propè, gladio corruet. Et qui relictus fuerit, & obſeſſus, fame morietur. *Et rurſus capite ſeptimo:* Gladius foris, peſtis & fames intrinſecus. Qui in agro eſt gladio morietur: qui in ciuitate ſunt, peſtilentia & fame deuorabuntur. *Sed & idem Propheta, eidemq; ὁμόφωνος tota ſacra ſcriptura verum remedium diuinitus patefactum recenſet: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, ſanctiſſimè aſſeuerat IEHOVA, ſed vt conuertatur, & viuat: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, vt alia innumerabilia dicta ſilentio prætercam, quæ omnium aliarum gentium remedijs, ad placandam Numinis iram excogitatis, vt fuerunt ludi Scenici, lectiſternia, libri Sibyllini conſulti, & Coluber Epidauri, & lapis Aeſculapij, & humanæ iuuenum victimæ, de quibus hiſtoriæ paſſim meminerunt, & inde eadem collegit remedia Petrus Gregorius IC. in ſyntagmate Iuris, lib. 31. cap. 21. & Horatius Augenius Medicus in ſuo de vera ratione, qua quisq; peſtis tempore ſeſe præſeruare poſſit, Tractatu primùm italicè conſcripto, & nunc in latinum ſermonem ſtudio D. D. Iacobi Lebtzelteri Philoſophi & Medici affinis mei chariſſimi conuerſo, cap. 2. libri primi. Prætermiſſis itaq; gentium ritibus, inſtitutis ad leniendam Numinis iram, peſtis tempore, plerisq; etiam ſilentio præteritis, quæ Ripa capite vltimo tradidit ex Pontificiorum dogmatis, tantùm παρέργως excipiam quæſtionum quarundam, quarum fortè cognitio non planè infructuoſa, aut ſaltem haud illiberalis eſſe videatur.*

Q. I. Virum

Q. 1. Vtrum delinquens ratione ſui delicti ſortiatur forum pœnitentiale in parochia, in qua deliquit, quemadmodum ſortitur forum iudiciale? Negatur, num. 47.

Q. 2. Num quis confiteri poßit peccata per interpoſitam perſonam, aut ſcripturam? Negatur num. 87. & ſeq. Mutus tamen per ſcripturam, vel nutu confiteri poteſt.

Q. 3. An quis ignorans idioma poßit confiteri per interpretem? Ex ſcholaſticis Theologis negat autor, cùm poßit per ſigna confiteri, vt mutus.

Q. 4. An delicta nota confeſſario, quis confiteri debeat? Affirmatur, quia delicta illa non ſunt nota confeſſario, vt Deo & iudici, niſi in loco pœnitentiali ea quis confiteatur,

Q. 5. Vtrum confeſſarius debeat aut poßit confeßionem reuelare? Negatur num. 99. vbi etiam de pœna reuelantis agitur ſecundùm Ius Canonicum.

Q. 6. Vtrum confeſſarius, ſi in teſtem producatur, poßit delicta, quæ quis confeſſus eſt, reuelare? Negatiuè deciditur, & ibi ratio decidendi ſubijcitur.

Q. 7. An cogi poßit confeſſarius ab Epiſcopo teſtificari ſuper his, quæ audiuit in confeßione? Negatur numero 102.

8. Vtrum confeſſarius teneatur obedire Papæ in terris Pontificijs imperanti, vt reuelet confeßionem alicuius? Negatur, cùm maior ſit ipſo Papa confeſſarius, quod ad hanc quidem ſpeciem attinet, num. 103.

9. Vtrum teſtimonium Sacerdotis, ſeu confeſſarij in teſtem producti, ſi reuelet alicuius confeßionem, fidem faciat? Negatè deciditur. Quia non audiuit confeßionem, vt homo, qui cogi poteſt ad perhibendum teſtimonium, Sed vt Deus. num. 104. Quibus caſibus fallat deciſio, infrà traditur, num. 107.

 & num.

& nu. 108. & quibuſdam ſeqq. Eandem quæſtionem tractauit Ioſephus Maſcard. vol. 1. de prob. concluſ. 377.

10. Num eius, qui poſt parietem ſtans, aut caſu fortuito tranſiens audiuit confitentem Sacerdoti, teſtimonium probet aliquid contra confitentem? ſtricto iure probat. Sed honeſtum exiſtimat eſſe autor valdè ἐπιεικῶς, ut eiuſmodi teſti non credatur, ne detur occaſio ſacerdotibus improbis ſupponendi ſeu ſubornandi teſtes poſt parietē, qui audiant, & poſtea reuelent.

11. Dubitatur de ſententia Bartoli, cenſentis Sacerdotem, quia eſt perſona publica, poſſe ſtipulari pro abſente reſtitutionem uſurarum, eamq́ ſtipulationem prodeſſe abſenti cui fuerunt uſuræ extortæ. nu. 106. Pro Bartoli ſententia deciditur.

12. Vtrum credendum ſit dicto Sacerdotis, atteſtantis, ſe habuiſſe licentiam reuelandi, ſi illa negaretur? nu. 109. Ex ſententia Lapi dextrè explicata, & moderamine quodam diſtinctionis adhibito deciditur quæſtio.

13. Num Sacerdos poſſit reuelare crimen, quod quis in confeſſione indicauit ſe commiſſurum eſſe? ex. g. ſi confiteatur ſe interfecturum eſſe Titium, nu. 115. Contrariæ recitantur Canoniſt. opiniones, ubi vide. Eandem aut ſaltem ſimilē Quæſtionem diſputauit Didac. Couarruu. Tom. 1. ſecundæ part. c. 8. §. 11. num. 10.

Hæ ſunt inſigniores quæſtiones, quas in explicatione Quinti Remedij tractauit autor, circa MEDICVM *animæ, cuius opera inſtrumentaria præſentiaq́ ad excitandam vim & efficacitatem illius Remedij Therapeutici plurimum neceſſaria eſt. Quapropter ea, quæ de Numero, Qualitate & electione Medicorum corporis c. 7. dicta ſunt: in conſequentiam ad Medicos animæ trahi poſſunt, & tantò quidem maiore cura, quantò præſtantior eſt immortalis animæ ſalus, corporis huius mortalis & caduci ſanitate.*

Finis ὑποτυπώσεως.

PRo felici coronide QVINTI REMEDII *Therapeutici ritè vſurpati peſtis tempore longè efficaciſsimi, cùm aliquid ſpatij eſſet adhuc reliquum, libuit duos Regij Prophetæ Dauidis Pſalmos, latinis verſibus eleganter expreſſos à Georgio Buchanano, ſubijcere, quòd ijs ad conſolandos omnes, qui vel muneris neceſsitate, vel quacunq; fortunæ iniquitate in locis, vbi Peſtis viget, morari coguntur, nihil præſtantius aut potentius eſſe videatur.*

Pſalm. XCI.

SI protegendam præſidio Dei
Credas ſalutem, rem, ſobolem, domum
Inſana cùm ſors intonabit,
Si Domini fugias ſub vmbram,
Securus omnem fer violentiam
Sortiſq; mortiſq;, & tetricas minas
Contemne, ſecurus tumultum
Deſpicias creperi duelli:
E fraude cœca te DEVS eximet,
Frangetq; caſſes inſidiantium.
Nec ſæuiens latè venenum
Lethiferæ patiêre peſtis.
Expandet alas te ſuper, & ſuis
Pennis fouebit rebus in aſperis:
Certusq; promiſſæ ſalutis
Sub clypei latitabis vmbra.
Noctis per atræ cœca ſilentia
Non expaueſces cœca pericula:
Non luce graſſantem timebis
Perniciem, nec aperta bella:
Interq; ſtrages mille cadauerum
Dextra ſiniſtra, mille cadauerum
Periculorum exors propinquam
Incolumis fugies ruinam.

 Pœnam

Pœnam luentes interea malos
Lætus videbis : præſidio Dei
Securus armorum & tumultus,
Ceu validis tegerere muris.
Nec te, nec ædes vis propius tuas
Aut damna tangent. Nam Deus angelos
Cuſtodiæ tuæ ſalutis
Præficiet, vigileſq; ad omnes
Motus, viarum qui referent moras,
Qui per ſalebras te manibus ferant.
Ne ſaucietur pes recuſſus
Obicibus ſcopulorum acutis.
Securus atras inter & aſpides
Deges, ferarum & pignora tigridum,
Tutuſque calcabis dracones,
Et Libycæ catulos leænæ.
Obſeruat, inquit, mens vnicè, &
Honore nomen proſequitur meum :
Laborioſis hunc viciſſim
Incolumem eripiam periclis.
Præſens vocanti ſubſidium feram,
Et imminenti rebus in aſperis
Fato eximam : exemptoq; honorum
Eximium decus arrogabo.
Faxo virenti robore tranſigat
Seræ ſenectæ tempora ſuauiter :
Meoſque monſtrabo beare
Qua ſoleam ratione amicos.

Pſalm. CXXXIX.

MOmenta vitæ nulla te latent meæ,
Rector benigne cœlitum.
Seu ſedeo, ſiue ſurgo, ſeu quid cogito,
Tu cuncta præſens aſpicis.
Lux ſine curam, ſeu quietem nox tulit,
Curam & quietem temperas :

Nec

Nec te minutæ voculæ fugit ſonus,
Quem lingua temere fuderit.
Et os, & humeros, totiusq; corporis
Sic arte mira fabricam
Finxiſti, acumen nullum vt humani ingeni
Ratione poſsit aſſequi.
Quónam ergo vultum fugero tuum? quibus
Clauſus latebris occular?
Petámne cœlum? præſtò es hîc. ad inferos
Demergar? illinc non abes.
Aurora curru me volucri vt deferat
Ad occidentis limitem?
Hîc deprehendes me, nec hîc enim tutus tuæ
Vitabo fulmen dexteræ.
Incauta mens ſi fortè ſecum cogitet,
Nox me tenebris occulet,
Obſcura tenebris noſtra nox luce eſt tibi
Meridiana clarior.
Tibi nec tenebræ ſunt tenebræ, nec tuæ
Nox vlla prouidentiæ eſt.
Arcana mentis tu tenes, qui pectoris
Arcana fabricatus es.
Qui me parentis ventre conditum, cutis
Tenello amictu inuolueras.
Compago mira corporis noſtri, tuæ
Miraculum eſt ſolertiæ.
Stupenda cuius opera nec noſtra aſſequi,
Sed nec negare mens poteſt.
Nam nulla noſtri tam minuta eſt corporis
Pars, vt tuam ſcientiam
Fugiat: nec vlla clauſtra pectoris latent
Te conditorem pectoris.
Maſſæ recentis rudia adhuc primordia,
Rudisque maſſæ ſemina
Ceu ſcripta haberes, corporisq; lineas,
Motum, ſtatumque noueras.

Et mem-

Et membra nondum cùm forent, quid adderent
Dies ſciebas ſinguli.
Hæc mente tacita cogitanti mihi, ſtupor
Torporque ſenſus alligat.
Animus labaſcit, cùm tuæ miracula
Perpendo mecum dexteræ.
Citiùs inibo numerum, arenæ in littore
Quot voluat æſtus corpora:
Quamuis ocellis peruigil nunquam meis
Dulcem ſoporem indulſero.
O quando perdes impios, rerum parens
O quando ſanguinarios
A me repelles, qui ſceleſti nomini
Et numini illudunt tuo.
Te quiſquis odit, non ego odi? non tuis
Hoſtes habebam pro hoſtibus?
Odi profectò: nec tuis ex hoſtibus
Amicus eſt quiſquam mihi.
Reuolue mentis intimos ſinus Deus,
Latebrasq; noſtri pectoris.
Si non amorem videris tui, neque
Animum obſequi non impigrum,
Si par ſceleſtis ſcelere ſum, vitæ probæ
Duc in perennem me viam.

F I N I S.

IOAN-

IOANNIS FRANCISCI RIPÆ A' SANCTO NAZARIO IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI

Iuridicus de Peste tractatus.

SVMMARIVM PRAELVDIORVM.

1. *AEquiuoca rectè definiri non poſſunt.*
2. *Morbus ſeu infirmitas quotuplex ſit.*
3. *Infirmitas corporis, carnis, & animæ, quomodo definiatur.*
4. *Morbus ob id morbus dicitur, quòd mortis cauſam afferat.*
5. *Morborum genera quot ſint. Et morbum iuxta locorum diuerſitatem, diuerſa ſortiri nomina.*
6. *Morbus & vitium quomodo inter ſe differant.*
7. *Peſtis appellatione quid veniat.*
8. *Peſtifera ſeu contagioſa loca ſine cauſa iuſta habitantes peccare cenſentur, uti Deum tentantes.*
9. *Peſtis flagellum maius ac horribilius eſt, quàm belli.*
 Et ibi, an & quando valeat argumentum de bello ad peſtem.
10. *Peſtem cauſantia quæ & quot ſint. & num. ſeqq. uſque ad finem capituli.*
13. *Ranarum copia maximam utplurimùm peſtem adfert.*
15. *Imaginatio facit caſum.*
21. *Peccatorum cauſa multoties aduerſa nobis infliguntur.*
22. *Dæmones interdum nutu Dei mortalibus peſtem, & multa id genus mala immittunt.*
23. *Magi à nonnullis creduntur, Dæmonibus, ut morbos mortalibus inferant, imperare.*

PROCEDAM HOC ORDINE. Primùm peſtis præludia, dehinc peſtis priuilegia, à quibus omnipotens Deus ſua nos velit pietate liberare: demum peſtis juridica remedia compendioſè

pendioſè explicabo, pompoſa iurium & ſimilitudinũ ſuperfluitate doctis odioſa, & cunctis oneroſa, penitus ſemota.

Venio ad primum, & quæro quid ſit morbus. Iſta dictio plura ſignificat, ideò non poteſt rectè definiri, quia no-
1 men † æquiuocũ in ſuo genere non tutam ſuſcipit definitio-
2 nem, *ſecund. Pan. in rub. extra de iudi.* † Significat enim tam animæ quàm corporis languores. *c. cũ infirmitas. 13. de pœnit. & remiſ. no. Arch. in c. pia, de excep. lib. 6.* Nam alia eſt infir-
3 mitas corporis, alia carnis, alia animi. † Infirmitas corporis eſt febris, & ſimilia. Carnis verò eſt concupiſcentia. Animi autem eſt ignorantia & obliuio. *16. q. 1. in ſumma.* Si ergo quæratur, quid ſit morbus animæ, reſpondebo ſalua definitione Theologorum, Morbus animæ eſt labes animam mortificans, & uſum eius faciens deteriorem, vt probatur in *c. unum orarium. §. aliàs ea demum ſignific. diſt. 25.* verba huius definitionis aliter non declaro, quia non attinet ad rem noſtram. Si verò quæratur, quid ſit morbus corporis? reſpondebo cum Sabino, Morbus corporis eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui uſum eius ad id faciat deteriorem, cuius cauſa natura nobis ſanitatem eius corporis dedit, *vt refert Vlpia. l. 1. §. ſed ſciendum. ff. De ædil. edict.*

4 Secundò quæro, vnde dicatur morbus? † reſpondeo ex eo morbum nominari, quòd inde naſcatur mors, *ſecundum Archid. in c. legitima. de appell. li. 6.*

5 Tertiò quæro, quot ſint morborum genera? † Reſpond. cum Satyrico, Tot ſunt, quorum ſi nomina quæras, promptius expediam, quot amauerit Hippe mœchos. Plura autem referuntur *ſub tit. ff. de ædil. edic. extra de cle. ægro. & c. corporis vitia.* Quatenus tamen ad propoſitum noſtrum attinet, duo ſunt morbi principalia genera. Vnum enim eſt perſonale, quia perſonã non egreditur: alterũ in rem, quia & res & loca inficit, & de ſubiecto in ſubiectum pertranſit, & hunc alij peſtem ſiue peſtilentiam, alij epidemiam, alij, ut Auenionenſes, bozulam nominant, & hic morbus omnes alios magnitudine ſuperat. *c. ſicut ſimoniaca. extra de Simo.* Eſt tamen ſciendum, quòd aliud eſt morbus, aliud corporis

vitium

6 vitium. † Nam morbus eſt imbecillitas corporis tempora-lis. Vitium verò eſt perpetuum corporis impedimentum. *l. inter ſtuprū. 101. §. verum. ff. De verb. ſignif.* Et morbus corporis debilitatē tantùm, vitium verò etiam animi & intellectus defectum reſpicit. *l. ob quæ vitia. 4. ff. de adi. edict. & not. gl. in l. 1. in ver. dixiſſe. ff eo. tit.*

7 Quartò quæro quid ſit peſtis? Reſpondeo, peſtis eſt † morbus contagioſus à nutrimentorun, vel aëris procedens infectione. Quòd ſit morbus, patet ex præmiſsis: quòd ſit contagioſus, notum eſt in tantum, quod prudenter dicit Pan.
8 *in c. cum dilecti. col. 5. num. 16. de dol. & contu.* † quòd Deum nititur tentare, qui in loco contagioſo contendit habitare. Quòd procedat ab infectione aëris, & nutrimentorum, patebit ex dicendis in ſeq. quæſt. Vel poteſt ſic deſcribi: Peſtis eſt bellū Dei, cui humanæ vires nequeunt reſiſtere. Quòd ſit bellum Dei, volunt *Bartol. & ſcrib. in l. naturaliter. 12. col. fin. ff. De vſucapionib. Anton. de Butr. Panor. & Feli. in c. ex tranſmiſſa 10. de præſcript. Butr. & Imo. in c. cum non liceat. 12. eod.*
9 *titu.* † Et maiorem eſſe cauſam epidemiæ quàm belli humani, dixit *Bald. in l. cum nouiſſimi. §. immò. col. fi. C. de præſc. 30. vel 40. an.* Et quòd maior ſit hoſtilitas Dei quàm hominum, *voluit Corn. conſil. 128. videtur primo aſpectu. col. 2. lib. 2.* & propterea DD. concludunt, valere argumentum de bello ad peſtem, *prout arguit Bart. in d. l. naturaliter. & in l. 1. ff. De bono. poſſ. ex teſt. mili. Alex conſil. 30. Ponderatis. col. 2. lib. 5. Pan conſi. 3. q. 18. lib. 2. & conſi. 18. col. fi. eod libr. & ita arguit text. Baſilienſis concil. 52. in §. locum. ſub rubr. de auctoritate generalium conciliorum.* Quod verum eſt ſubſiſtente rationis identitate, aliàs non tenet argumentum, *ſecundū Alex. in l. fin. col. 2. C. de teſtam.*

10 Quintò quæro, vnde cauſatur peſtis? † Iſta eſt quæſtio Phyſica, Iureconſulto non conueniens, dico tamen, quæ in
11 jure noſtro, comperio. † Procedit, ut dixi, ab aëris intemperie. *c. quorundam. 40. diſtin l. 2. § penul. ff. Si quis caut. gloſſ.*
12 *in cle. ne in agro. § fina. in verb. rationabili. de ſtat. mon.* † Secundò cauſatur ex aqua putrida ſeu corrupta, *ſecundū Apia.*

13 *Alex. lib. 5. de bell. ciui.* † vel ex multitudine ranarum & gar-
ratarum, *ſecund. eund. Ap.* referentem hac de cauſa maxi-
mam peſtem fuiſſe in Illyria. *& idem retulit Io. Firma. in tract.*
14 *de gabel. q. 24. ſecundæ partis.* † Tertiò ab immundicijs & à
colluuie perſæpe originem trahit: cœlum enim peſtilens,
inquit Iureconſ. minantur immundiciæ cloacarum. *l. 1. §.
1. ff. De cloacis.* Nec non ab omni fœtore generatur. *l. 2. §.
idem ait. ff. ne quid in loc. pub.* Putredo enim in viſceribus ter-
ræ ex corporibus defunctorum & animalium venenoſorum
cauſata, vapores generat inficientes aquas, & terræ naſcen-
tia. *L. 2. ff. De via & itin. pub.* Idem facit putredo exiſtens in
ſuperficie terræ, quam generant corpora ſuſpenſa, malè ſe-
pulta, cœmiteria, cloacæ, aquæ ſtagnoſæ repletæ juncis, pa-
ludoſæ, & in quibus linum ſpalatum & his ſimilia madefiunt:
vel in quibus coria purgantur, & omnia denique malè olen-
tia, ſunt apta hunc morbum producere. *l. ædiles. §. fin. ff. De
via pub. & ſi quid in fin.* Quartò, quandoque ſuboritur ex tri-
ſti imaginatione concomitata timore. nam ſpiritus triſtis
15 conturbat viſcera, † & caſum facit imaginatio. *c. 1. 6. diſtin.*
16 † Quintò ex immoderato coitu aliquando ſumit initium, *ut
17 in auth. de leno. circa medium. ibi, peſtiferos lenones.* † Similiter
ex ſuperfluo exercitio quandoque procreatur. Nam qui ni-
miùm emungit, elicit ſanguinem. *c. denique. 4. diſtinct.*
18. 19 † vnde cauendum eſt, ne quid nimis, † quia omne nimium
vertitur in vitiũ, *ſecund. gl. in auth. vt determinatus ſit numerus
clericorum. in pri.* & melius eſt pauca agere quàm multis
periculoſè intereſſe. *in auth. de Tabel. circa medium.* Sextò huic
morbo cauſam præſtat vbertas, quæ ſequitur immediatè
20 poſt penuriam. † Nihil enim horribilius, & populo perni-
cioſius ipſa inedia. *c. 2. de obſeru. ieiu.* Septima cauſa, & o-
mnium maxima, à qua morbus iſte prouenit, eſt ſocietas
hominum & dæmonum ex peccatis contracta, quæ admo-
dum eſt peſtifera. *c. illud autem. in fi. 26. q. 2.* eſt enim non mi-
21 nùs verum quàm vulgatum prouerbium, † quòd propter
peccata veniunt aduerſa. *c. Nabuchodonoſor. 23. qu. 4.* & ci-
uitates cum habitatoribus propter hominũ ſcelera diſperdit
Deus,

22 Deus, *in auth. ut non luxur. contra naturam. §. 1.* † Accipiunt enim dæmones propter noſtra demerita poteſtatem à Deo, & morbos immittere, & ipſum aërem vitiando morboſum reddere, habitaque poteſtate nocendi, quæ facturi ſunt
23 prædicant. *c. ſciendum. 26. qu. 4.* † Sunt qui etiã affirmant, magos accitis dæmonibus imperare, ut morbos incutiant, & homines interimant. Vnde Lucanus ait, Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni Incantata perit. Refert Auguſtinus de ciuitate Dei, *tranſumptiuè in c. nec mirum 26. q. 5.*

De priuilegijs contractuum cauſa peſtis Cap. I.

SVMMARIVM.

1. *Peſtis an & quando excuſet à mora. Et ibi, quòd omnis iuſta cauſa metus excuſet à mora.*
2. *Peſtis ſi in loco ſolutionis faciendæ vigeat, an & quando poßit compelli debitor ut ſoluat alibi.*
3. *Bannitus à loco ſolutionis faciendæ an poßit cogere debitorem alibi ſoluere.*
4. *Creditor an cogere poßit ad intereſſe debitorem qui metu peſtis non ſoluit, loco & tempore inter ipſos deſtinatis.*
5. *Debitor an & quando agere poßit pro intereſſe contra creditorem, qui tempore peſtis vel aliam ob cauſam iuſtam ipſum compulit alibi ſoluere, quàm inter ſe contractum fuerat.*
6. *Peſtis an & quando excuſet à periurio.*
7. *Debitor, qui tempore contractus iurauit ſoluere tali loco, etiamſi ibi tempore ſolutionis faciendæ vigeret peſtis, an excuſetur à periurio, ſi ibidem dicto tempore diſtulit ſoluere propter metũ peſtis.*
8. *Iurans temerè licèt à iuramento veniat quandoq; abſoluendus, plecti tamen debet propter temeritatem.*
9. *Vacationes quare in curia Romana potius fiant menſe Auguſto quàm alio tempore.*
10. *Iurans ſe continuè ſtetiſſe in ciuitate an incurrat periuriũ, ſi propter peſtem ibidem vigentem abſens fuerit certo tempore, animo tamen eò reuertendi ceſſante peſte.*

11. *Peſtis an & quando excuſet à pœna.*
12. *Emphyteuta, qui peſtis metu non ſoluit penſionem in loco contractus, an excuſetur à pœna propter moram commiſſa.*
13. *Peſtis ſi vigeat in loco, vbi fieri ſolent bulleta, an & quando excuſet à pœna ſtatuti punientis mercatores tranſeuntes cum mercibus, vel euntes ad molendum ſine dictis bulletis.*
14. *Obligatus ad aliquid faciendum ſub pœna, & illud non faciens, non cenſetur immunis à dicta pœna, ſi omnem diligentiam non adhibuit, ut illud facere poſſet.*
15. *Gabellam ignorans ſolui in loco, per quem tranſit, & non ſoluens, non excuſatur à culpa.*
16. *Gabellarij an & quando teneantur monere tranſeuntes ut ſoluant gabellam.*
17. *Peſtis an & quando excuſet colonum recedentem ab agrorũ cultura.*
18. *Peſtis metu an & quando poſſit inquilinus recedere à domo conducta, ita ut ceſſante peſte non teneatur ſtare amplius contractui.*
19. *Contractum deſerere nemini licet; niſi propter exceptiones, ſi quæ in ipſo exprimantur.*
20. *Inquilinus impeditus uti frui propter caſum fortuitum, an teneatur ſoluere locatori pro rata temporis, quo impeditus fuit, an pro rata temporis, quo non eſt uſus.*
21. *Inquilinus, cui propter ducendam vxorem, vel aliam ob cauſam, maiore opus eſt domo, an migrare poſſit à domo conducta, & recedere à contractu.*
22. *Locator an & quando teneatur remittere penſionem inquilino impedito uti frui propter peſtem. Et ibi, an dictus inquilinus poſſit repetere à locatore quod prius ſoluerat, pro rata temporis quo uti frui non potuit.*
23. *Inquilino, qui non denunciauit locatori velle recedere à re conducta propter peſtem, an & quando facienda veniat remiſſio pro rata temporis, quo non potuit uti frui.*
24. *Inquilino impedito uti frui per menſem propter peſtem, an facienda ſit remiſſio pro dicto menſe quo viguit ipſa peſtis.*
25. *Damnum quando dici poſſit modicum.*
26. *Inquilino recedenti à re conducta propter iuſtam periculi ſuſpicionem debetur remiſſio, licet etiam nullũ ſubſit euidens periculum.*
27. *Inquilino, qui ſcholaſticorum in contubernio tenendorum vel hoſpitandorum aduenarum gratia, magnam conduxit domum, an facienda ſit remiſſio, ſi adueniente peſte receſſerint ſcholares,*

hoſpi-

hoſpitesq́; non aduenerint, ipſe tamen continuè domum ipſam inhabitauerit. num. 31. 32. & 36.

28. Conductori impedito exercere artem ſuam in domo conducta an debeatur remiſſio.

29. Locator, qui domum ſuam locauit uſurario manifeſto, an veniat puniendus. Et an ſub prætextu, quòd artem exerceat prohibitam, poterit ipſum expellere è domo conducta.

30. Locator, qui meretricibus domum locauit, an eas expellere poterit ſub prætextu, quòd ibidem meretricantur.

33. Conductori hoſpitij an fieri debeat remiſſio, ſi contingat ipſum vel aliquem de ſua familia mori peſte, propter quod clauditur hoſpitium, ciuitate tamen ſana permanente. Et ibidem, quid de furnarijs, quibus ſimilis caſus contingit.

34. Conductori blaſphematori, uſurario vel Sodomitæ, in cuius domo tantùm peſtis irrepſit, an facienda ſit remiſſio.

35. Conductori ſolito non ſoluere decimas, an ſuperueniente ſterilitate fieri debeat remiſſio.

36. Conductori domus, hoſpitij, gabellæ vel ſimilium, an & quibus caſibus deneganda remiſſio adueniente peſte. num. 38. 40. 41. & 45.

37. Conducenti gabellas in ciuitate limitropha, quæ quotidiè ſolita eſt pati hoſtiles incurſus, propter quos non ſoluitur gabella, an debeatur remiſſio.

39. Caſus neminem excuſat, vbi caſum culpa præceſſit.

42. Miles, qui belli tempore ſuſcepit cuſtodiam caſtri, tenetur ad damnū, etiamſi caſtrum ablatum eidem fuerit per vim.

43. Conductori agrorum in confinibus inimicorum exiſtentium non debetur remiſſio, licet ſtipendiarij fructus deprædati fuerint.

44. Conductori, qui belli tempore conduxit prædia, non debetur remiſſio propter bellum.

46. Emptor omnium redituum & prouentuum percipiendorum ex datijs & gabellis alicuius ciuitatis per decem annos, an petere poterit remiſſionem ſibi fieri, ſi contingat ipſum parum vel nihil percepiſſe de dictis datijs vel gabellis vno anno ratione peſtis. num. 65.

47. Contractus talis præſumitur, qualem verborū proprietas demonſtrat.

48. Precij mentio in dubio emptionem arguit. nu. 55.

49. Precium annuum vel menſtruum, conſtitutum pro fructibus, arguit locationem. nu. 54. 55. 56. & 66.

50. Con-

50. *Contractus innominatus regulatur ſecundùm naturam contractus nominati.*

51. *Emtio & locatio an & quando eiſdem iuris regulis conſiſtant.*

52. *Emtori ſuperficiei an debeatur penſionis remiſsio propter ſuperficiei ipſius ruinam.*

53. *Locationis contractui quare admittatur remiſsio, non autem emtionis & venditionis.*

57. *Contractus natura potius eſt aduertenda quàm verba.*

58. *Verbum,* emptio, *interdum pro conductione ponitur.*

59. Precium *aliquando pro mercede exponitur.*

60. *Verba,* ſi qui percipientur, ſcilicet fructus, *in contractu locationis poſita, conditionem & ſpem locatam eſſe ſignificant.*

61. *Datium ſiue pedagium emens cenſetur emiſſe fructuum percipiendorum commoditatem.*

62. *Locationis natura an & quando requirat fieri remiſsionem impedito vtifrui fortuna vel caſu.*

63. *Datium aliquando exponitur pro reditibus, qui ex datio percipiuntur, aliquando pro ipſo actu perceptionis.*

64. *Precium unicum conſtitutum pro toto tempore in contractu nominato, an arguat locationem vel conductionem, ſi ſolutio dicti precij ſit æqualiter diuiſa per tempora. Et quid? ſi ſit conſtitutum vnicum precium ſemel vel æqualiter ſoluendum, ita ut dicatur venditio, & contingat propter peſtem, tertiam partem redituum deperire, an fieri debeat remiſsio conductori, an precij excomputatio emptori.*

67. *Conductor, ſi ſpecialiter & expreſſè in ſe ſuſcipiat peſtis periculum, an teneatur ad penſionem pro tempore, quo durat ipſa peſtis. Et quid? ſi generaliter in ſe ſuſcepit periculum cuiuslibet caſus. Et ibidem, quid? ſi ſuo periculo.*

68. *Caſus fortuitus quis dicatur. Et quando dicatur inſolitus, & non prauiſus. n. 99. & 101.*

71. *Periculi appellatione an veniat peſtis.*

72. *Periculum & caſus fortuitus quomodo differant.*

73. *Conductor datiorum an teneatur de caſu fortuito propter ſuperuenientem peſtem vel aliam ob cauſam, ſi datia conduxit ſuo periculo. Et ibi, an ſuſcipiens in ſe omne periculum, cenſeatur ſuſcepiſſe periculum caſus fortuiti. & nu: 74. 75. & 76. vbi quid ſignificet reſigum, reſchium, raſcha & ſpinela. Et quid? ſi ſuſcepit omne periculum cum iuramento. & nu. 82.*

77. Con-

77. *Conductor ſuſcipiens in ſe vnum caſum fortuitum ſpecificè.* adiecta clauſula generali, *& omne aliud periculum, an cenſeatur ſuſcepiſſe etiam caſus peſtis.*
78. *Caſus quis dicatur ſimilis, & quis maior caſu expreſſo.*
79. *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicantur ſimilia.*
80. *Periculum in ſe ſuſcipiens in genere, ſi aliàs tenebatur de culpa leuiſſima, iſto caſu tenebitur etiam de caſu fortuito. Et an idem dicetur ſi caſus fortuitus contingat culpa aduerſarij.*
83. *Iuramentum an & quando habeat vim ſpecialis & expreſſi conſenſus*
84. *Iuramentum non ampliat diſpoſitionem vltra conſenſum.*
85. *Caſus ſeu fortuna triſtis & aduerſa non ſolet venire in conſideratione.*
86. *Fortuna etiam capi ſolet in malam partem.*
87. *Periculum aduerſi caſus an & quando ſpectet ad conductorem, locatorem, emptorem vel venditorem. & nu. ſeq.*
88. *Conductori, qui propter inimicitias locatoris paſſus eſt damnum, debet à locatore tale damnum reſarciri. & nu 89.*
90. *Iniuriam paſſus non tantùm actionem habet contra iniuriantem, ſed etiam contra eum, occaſione cuius paſſus eſt iniuriam*
91. *Captiuus, qui relaxatus fuit ad pecuniam afferendam pro ſe & concaptiuis ſuis redimendis, ſi non reuertatur, & concaptiui pro eo ſoluerint, habent aduerſus ipſum negociorũ geſtorum actionem.*
92. *Captus pro repræſalijs propter factum communis, habet ius repetendi expenſas ab ipſo communi.*
93. *Fideiuſſor, qui per violentiam ſuperiorum coactus eſt ſoluere indebitum occaſione principalis, habet actionem contra ipſum principalem.*
94. *Debitor, qui propter iniuriam creditoris coactus eſt alteri ſoluere, conſequitur liberationem ope exceptionis.*
95. *Gabellam vendens, cenſetur datiarijs promittere nihil ſe facturum, propter quod impediatur gabellæ exactio.*
96. *Conductor vel emptor, qui ſuſceperunt in ſe periculum, an teneantur de caſu occurſo, quem locator & venditor poterant amouere, & non amouerunt.*
97. *Conductor qui ſuſcepit in ſe caſum, aduerſamq́; fortunam, an teneatur de caſu inſolito.*
98. *Emens frumentum ad credentiam pretio quo valuerit Menſe Maij, tenetur ad ſummam immoderatam propter euentum cariſtiæ inſolitæ.*

101. *Iurans non contrauenire laudo ratione alicuius læſionis, non præſumitur intellexiſſe de enormiſſima læſione.*
102. *Caſus fortuitus rariſſimè euenire dicitur, qui in centum annorum ſpacio non niſi ſemel eueniat.*
103. *Tempus longiſſimum, dicitur tempus quadraginta annorum.*
104. *Iudicis arbitrio an relinquendum ſit, quod dicatur tempus longiſſimum. & nu. 105.*
106. *Francorum regis potentia omnibus anteponenda.*
107. *Iudicis arbitrio relinquendum eſt, vbi lex dicit agendum eſſe veriſimilitudinariter.*
108. *Conductor, qui ſuſcepit in ſe omnem caſum fortuitum, tam præuiſum & cogitatum, quàm non præuiſum & non cogitatum, an teneatur etiam de caſu inſolito.*
109. *Tranſactio tracta ad incogitata, an cenſeatur etiam tracta ad non præuiſa.*
110. *Conductor vel aliàs contrahens, ad quem eò, quia in ſe ſuſceperat aduerſam triſtemq́; fortunam, ſpectat periculum caſus fortuiti, an teneatur de caſu inſolito.*
111. *Doctori conducto ad legendum, qui propter peſtem deſtitit legere, an debeatur integrum ſalarium, an pro rata temporis quo legit. & nu. 123. 124. 127.*
112. *Labor & tempus diuidi poſſunt.*
113. *Miles interceptus ab hoſtibus, an percipere debeat ſalarium pro tempore captiuitatis.*
114. *Vectori, qui caſu fortuito impeditus, nequiuit nauigare, an debeatur integra merces totius nauigationis.*
115. *Doctor vel aduocatus, qui operas ſuas locarunt, ſi pendente anno locationis moriantur, an hæredes eorum percipient ſalarium totius anni.*
116. *Doctorum & aduocatorum ſalaria rectius honoraria dicuntur.*
117. *Doctores & aduocati non dicuntur operas locare, cùm inter eos non contingat vel dicatur operarum locatio, ſed potius honoris conſequutio.*
118. *Salarium architecto vel pictori promiſſum pro ædificanda vel pingenda domo, an ipſis debeatur integrum, ſi propter peſtim aufugerunt opere imperfecto.*
119. *Doctori ſe abſentanti tempore lecturæ, non debetur ſalarium, ſi id fecit abſque ſuperioris licentia.*
120. *Doctores cenſentur legere tẽpore, quo vacant, de licentia ſuperioris.*

122. Aucnio-

122. *Auenionenſis patria amœna admodum eſt & ſaluberrima, nec propter aëris temperiem, ſed propter malum regimen creditur peſte vexari.*
125. *Argumentum de tempore ad rem eſt validiſſimum.*
126. *Argumentum de toto ad partem valet.*
128. *Doctor, qui durante peſte potuit eodem vel maiori precio alibi legere, & noluit, an debeat conſequi ſalarium à primo ſtipulatore.*
129. *Creditorem ſuum nemo mutare cogitur.*
130. *Acquirere nemo cogitur ad utilitatem creditoris.*
131. *Stipulator vel præſes aut alius quiſpiam, cui doctores non poſſunt cauſa peſtis operas præſtare, an & quando poſſit alteri operas illas locare.*
132. *Tempus, quo dubitatur, an vigeat peſtis, accedere debet tempori peſtifero. Et quid de tempore quo dubitatur de bello, an accedere debeat tempori belli. & num. 133.*
134. *Belli ſuſpicio an haberi debeat pro bello.*
135. *Caſus mali ſuſpicio ſeu metus calamitatem affert non modicam.*
136. *Peſtis cauſa an & quando liceat à beneficio recedere. & nu. 138.*
137. *Prælatus, qui tutè in loco beneficij morari non poteſt, an illud renunciare poteſt.*
139. *Superioris licentia ſi negatur inferiori iuſta ex cauſſa competens, quid agere debet ipſe inferior, ne impediatur ei receſſus licitus. Et an ſemper requiratur, ut petatur licentia & obtineatur. & num. 140.*
141. *Periculum vbi eſt in mora, licitum eſt in opere procedere, ſpreta nunciatione. Et ibi, an liceat contrauenire proprio iuramento, vbi periculum eſt in mora ante habilitationem.*
142. *Superioris vel alterius conſenſus ad aliquem actum neceſſarius, an ex neceſſitatis cauſſa poſſit omitti.*
143. *Conſiliarij non poſſunt à loco diſcedere ſine licentia ſuperioris.*
144. *Beneficij ſui fructus an percipere debeat reſidentiam facere impedimento iuſto impeditus. Et ibi, quid de diſtributionibus quotidianis, an & quando eas percipere debeat, ſic impeditus. & nu. 145. & 146.*
147. *Rector animarum curam habens, an peſtis tempore poſſit à beneficij loco aufugere nullo conſtituto vicario.*
148. *Dominus an & quando teneatur ſubditos ſuos tueri & defendere ab inferentibus eis bellum.*
149. *Miles armatæ militiæ, ſi tempore pacis militiã deſerat, venit gradu*

deponendus. Et idem dicendum de milite cœleſtis militiæ, tempore pacis curam ſibi creditam deſerente. & nu. 150.

151. *Peſtis an & quando excuſet à præſcriptionis curſu. & nu. 152.*

152. *Præſcriptio non currit agere non valenti.*

153. *Vaſallum, qui intra annum non petijt inueſtituram à domino, excuſat peſtis à finali priuatione.*

154. *Peſtis excuſat electionem Prælati, & quemlibet actum alibi geſtum, quàm in loco ſolito & neceſſario, ſi ibidem vigebat ipſa peſtis.*

155. *Canonici tempore peſtis reſidentes, an & quando poßint recipere Canonicum in poſſeßionem, & ei dare ſtallum in choro, licèt non faciant maiorem partem, & abſentes non citauerint.*

156. *Peſtis excuſat fugitiuos propter peſtem, qui non habentes quò declinent, poſſunt hoſpitari in Eccleſia, maximè campeſtri, & ibidem conuiuari, quod alias de iure non poſſent.*

157. *Peſtis priuilegium eſt ijs, qui prohibiti à ſtatuto facere arengas ſeu propoſitiones pro collectis fiendis, eam facere poſſunt peſte ipſa vigente.*

158. *Gabellam an ſoluere teneantur fugientes propter peſtem, pro rebus quas exportant à loco contagioſo.*

159. *Statutum diſponens, quòd pro animalibus, quæ intromittuntur in territorium, debeat ſolui certum datium, an comprehendat animalia timore latronum in idem territorium introducta.*

160. *Gabellam an ſoluere teneantur, qui propter incurſum hoſtium vel piratarum in alienum territorium fugientes eò res ſuas importarunt vel inde exportarunt.*

161. *Gabellam ſoluere non tenentur, qui coacti ſunt propter ſiccitatem ad alienum molendinum venire ad molendum.*

162. *Statutum puniens introducentes ſues per talem portam, an comprehendat introducentem porcos per eandem portam metu latronum.*

163. *Repræſaliæ an & quando exerceri poßint in fugientes à ſuo domicilio propter peſtem. Et an habeant locum contra eos, qui vi ventorum compulſi ſunt, venire ad locum repræſaliatum. & num. 164.*

165. *Contractus, qui propter omiſſam ſolennitatem à ſtatuto requiſitã ſolet eſſe nullus, an & quando robur accipiat propter peſtem.*

166. *Inſtrumentum receptum à notario non matriculato peſtis tempore eſt validum, licèt ad huiuſmodi actum ſtatutũ requirat notarium matriculatum.*

167. Peſtis

167. *Peſtis excuſat paſtorem ab interitu pecudum cæterorumq́ animalium propter epidemiam mortuorum, & quomodo probabit paſtor vel ſuccedaneus, animalia ex peſte eſſe mortua. & nu. 168.*
169. *Romanorum rex poteſt extra urbem Romanam coronari, ſi in ea vigeat peſtis. Et idem dicendum, ſi peſtis ſit Mediolani. & nu. 170.*
171. *Donatio tempore peſtis facta, cenſetur donatio cauſſa mortis, licèt in ea nulla ſit facta mortis mentio.*
172. *Donatio cauſſa mortis ſola pœnitentia reuocari poteſt, quod in donatione inter viuos non toleratur.*
173. *Infirmus cenſetur, qui degit in loco contagioſo, cùm ſit morti propinquus.*
174. *Donationis ſecunda ſpecies, quæ dicatur à Iuriſconſulto.*
175. *Donatio facta ab infirmo in dubio cenſetur donatio cauſſa mortis.*
176. *Donatio, in qua ſit mentio de peſte vel infirmitate, debet præſumi donatio cauſſa mortis.*
177. *Donatio poteſt ex coniecturis iudicari donatio cauſſa mortis, licèt in ea nulla ſit expreſſa mortis mentio.*
178. *Verbum,* Relinquo, *in donatione expreſſum, facit ipſam cenſeri factam eſſe cauſſa mortis.*
179. *Donatio, quæ non poteſt valere, ut donatio inter vivos, præſumitur donatio cauſſa mortis.*
180. *Peſtis excuſat dominum non ſoluentem decimam pro animalibus parochiano, ad quem ipſe cum animalibus diuertit propter ipſam peſtem, nec & pro animalibus ibidem natis, & cui debeatur ipſa decima.*
181. *Natus extra ciuitatem tempore peſtis, cenſetur natus in ciuitate, à qua mater aufugerat.*
182. *Statutum ſi diſponat, quòd nemo debeat admitti in Collegium, niſi ſit natus in ciuitate, vel niſi ſit ciuis originarius, vel quòd nemo poſſit eſſe primus Conſul, niſi ſit originarius ciuis, an excludat natum alibi à caſu.*
183. *Folinus licèt à caſu natus fuerit in Folina, oppido Regienſi, ex parentibus tamen origine Ferrarienſibus, nihilominùs ſtatuto Ferrariæ uti ciuis gauiſus fuit.*
184. *Statutum an & quando intelligi debeat in caſu vero, & quando in caſu ficto.*
185. *Poſſeſſio alicuius rei an & quando per aſpectum acquiri poſſit. nu. 187. & 189.*

186. *Poſſeßio alicuius rei an poßit cuipiam tradi per nuncium ſtantem in conſpectu ipſius rei.*

188. *Poſſeßio an transferatur per inueſtituram, quam conferens fecit in conſpectu beneficij.*

191. *Poſſeßionem an & quando transferre poßit executor per tactum annuli porta Eccleſiæ clauſa.*

192. *Poſſeßionis traditio per aſpectum facta, cenſetur eſſe ficta.*

193. *Poſſeßio tradi fingitur per aſpectum à lege, ubi cauſſa eſt cognita, & ſententia lata.*

194. *Lex fictionem admittit, ubi expoſtulat neceßitas.*

195. *Poſſeßio per aſpectum tradita, dicitur poſſeßio vera, licèt traditio cenſeatur ficta.*

196. *Poſſeßio vera quid vtilitatis afferat plus quam ficta. & num. 197.*

198. *Canonica portio, quæ regulariter debetur parochiæ, in qua corpora aſſumuntur, an debeatur parochiæ, in quã quis aufugit propter peſtem, & ibi mortuus eſt, an parochiæ à qua aufugit.*

199. *Gabellarij, qui conſecuti ſunt notabile lucrum ex gabellis, finita locatione tenentur iterum in ſubſidium eas reconducere, niſi ſubſit peſtis vel guerra.*

200. *Baptizari nemo poteſt, niſi in Eccleſia, in qua ſacri fontes ſunt ſpecialiter deputati, niſi ibidem vigeat peſtis.*

201. *Maritus licèt teneatur ſuſtinere mulierem, etiam quid horribile patientem, & ei debitum reddere, an teneatur ei debitum reddere, & cum ea habitare, ſi ſit peſte infecta. Et de quibus ipſe maritus debeat ei ſic labefactatæ ſubuenire, nu. 202.*

203. *Maritus, ſi peſtis tempore aufugit, muliere infirma relicta, & de alimentis, medicinis, ac alijs neceſſarijs ei non prouidit, priuatur donatione propter nuptias & lucro dotis, quod ex ſtatuti forma debetur. Et idem eſt dicendum, ſi dicto peſtis tempore maritus aufugiat uxore ſana relicta, num. 204.*

205. *Vaſallus relinquens dominum in bello perdit feudum.*

206. *Filius patrem in captiuitate exiſtentem non liberans, cum poßit, priuatur hereditate patris in captiuitate morientis.*

VENIO ad ſecundam partem, id eſt, ad priuilegia peſtis. Iſtam partem ſubdiuido in tres particulas, in prima videbimus priuilegia contractuum, in ſecunda priuilegia ultimarum voluntatum, in tertia priuilegia judiciorum. Contractuum priuilegia plura ſunt. Primò

1 Primò, † peſtis excuſat à mora. Nam qui promiſit aliquid dare vel facere hoc paſchate in ciuitate Auenionenſi, excuſatur, ſi non dedit vel fecit propter peſté, quæ nunc ibi viget, cùm nemo teneatur accedere ad locum peſtiferum. *can. negotiatorem. 88. diſt* & quia omnis juſta cauſa metus excuſat
2 à mora. *l. ſciendum. 21. ff. De uſur.* † Sed dubitatur, an ſtante peſte in loco ſolutionis faciendæ, debitor compelli poſsit alibi ſoluere? Videtur quòd non, quia non poteſt compelli creditor alibi recipere ſolutionem. *l. is qui. 9. ff. De eo quod certo loco.* ergo non etiam debet compelli debitor alibi ſoluere, aliàs contractus claudicaret, quod eſſe non debet. *l. litigatores. 11. §. item Iulianus. ff. De receptis & qui arbitriũ.* Con-
3 trarium † credo verius, *per text. cum gl. in l. uſuras. 8 C De ſol.* vbi bannitus à loco ſolutionis poteſt cogere debitorem, vt alio loco ſoluat, & illum text. cum gl. reputat ſingularem *Ludou. Rom. ſing. 62. exordient. tu Senenſis cui decem.* & iſtud de bannito ſequuntur *ibi Bart. & Bald. Iaſ. in l. 2 col. 2. de iure emphy.* Et licèt Cyn. & Salic. ibi contradicant, quia bannitus potuit ad locum ſolutionis mittere procuratorem, *arg. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi patri. ff. ſol matrim.* tamen cum ad contagioſum locum etiam procuratorem non poſsit bannitus tutè mittere, ex eorum mente dicendum eſt, cogendum eſſe debitorem alibi ſoluere. *& videtur caſus in l. 1. in verbis, vel quia aliis locis neceſſariò diſtringeretur ff. De eo quod cert. loc.*
4 † An autem hoc caſu habenda ſit ratio intereſſe creditoris, quanti ſua intereſt recipere potiùs ſolutionem in loco deſtinato? Reſpondeo, ſi debitor fuit in mora ſoluendi in loco deſtinato tempore quo locus ſanus erat, habenda eſt ratio intereſſe creditoris, aliàs non: quia ceſſante mora, ſatis grauatur debitor, ſi cogatur alibi ſoluere, *ſecundùm gl. in l.*
5 *2. §. nunc de officio. ff De eo quod cert. loc.* † An autem habenda ſit ratio intereſſe debitoris, cuius intereſt magis ſoluere in loco deſtinato? Refert an debitor fuerit in mora, & tunc nulla habetur ratio ſui intereſſe, ne mora debitoris noceat creditori. *l mora. ff. De re. iur.* Aut non fuit in mora, & tunc ſit habenda ratio ſui intereſſe, *ſecund. gl. in §. nunc de officio.*

officio. & ibi clarius Bart. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. 1. colu. 2.
6 † Secundò peſtis excuſat à periurio, *ſecund. gl. in c. ſi verò. ex-*
tra de iureiu. nam ſi excuſat à mora, ergò à periurio, quia
quicquid excuſat à mora, etiam prodeſt ad excuſandum à
periurio, *ſecund. Bart. in l. continuus. 138. §. illud. ff. De verb.*
obl. ſequitur Barth. Cepoll. Veron. in tract. ſeruitutũ urb. ſub rubr.
7 *de cloacis. circa medium.* † Sed dubitatur, ſi debitor iuraſſet
ſoluere in loco, etiamſi ibi peſtis vigeret, an incurrat periu-
rium, ſi non ſoluat in eodem loco, die adueniente? Crede-
8 rem quòd non, † quia qui non adimplet juramentum te-
merarium, jam non prænaricatur, ſed temeritatem emen-
dat, *c. diffinitio. 22. q. 4.* & benè probatur *in § fi. 22. q. 5.* &
ita tenent *Ioan. Andr. Imo. & Pan. in d. c. ſi verò.* dicentes,
quòd Galli qui promiſerunt morari de menſe Auguſti in ci-
uitate Rom. poſſunt abſque metu periurij diſcedere, ſi me-
dicorum judicio aër Roman. ſit periculoſus, prout eſt com-
9 muniter, Gallis maximè: † & hac de cauſa illo tempore fiunt
vacationes in Curia, & ſe curiales aliò transferunt. Prædicta
intelligo vera, niſi promiſſor poſſet ibi ſoluere per reſpon-
ſalem ſeu per literas cambij tunc non excuſaretur à periu-
rio, quia juramentum ſemper adimplendum eſt, ſi fieri poſ-
ſit abſque interitu animæ vel corporis. *c. quemadmodum. de*
iureiu. fac. text. in c. dilecti, ibi, certo loco reſpondere vel ſoluere.
de for. compet. ſecund. intellectum, quem tenui in c. 1. de iudi. Et
10 qui † iurauit, ſe continuò ſtetiſſe in ciuitate, non eſt periu-
rus etiam quòd ſteterit per octo menſes abſens propter pe-
ſtem. *Ludo. Rom. conſ. 263. Viſo puncto.* quia ſtetiſſe videtur
in ciuitate, qui ex iuſta cauſa receſſit, dummodò animum
11 habuerit reuertendi. *l. ſi quis. 8. ff. De condi. & dem.* † Tertiò
excuſat à pœna. *l. 2. ff. Si quis cauti.* Quod verum eſt in caſi-
bus, in quibus pœna committitur propter moram, nam ſi
excuſatur à mora, & conſequenter à pœna. *l. Celſus. 23. ff. De*
receptis & qui arbit. ſecus in caſibus, in quibus pœna cõmit-
titur ex conditionis euentu, tunc impedimentum non ex-
cuſat. Et ideò ſi obligatio incipiat à præcedenti conditione,
puta ſi in paſchate Auenioni non adero, promitto pœnæ
nomine

nomine dare centum, tunc pœna committitur, etiam ſi propter peſtem fuerit impeditus adeſſe. *l. in illa ſtipulatione. ff. De verb. oblig.* quod etiam voluit Bart. *in l. continuus. §. illud in fin. ff. eod. tit. ſequuntur Imo. & Cano. in c. breui. de iureiur.* Et
12 ex iſtis infertur † quòd ſi emphyteuta fuerit impeditus ſoluere penſionem in loco deſtinato propter peſtem, quòd excuſabitur à commiſſo ſeu caducitatis pœna, quæ propter moram committitur. *c. potuit. de locat. l. 2. C. de iure emphyt. ibi, ſpontanea voluntate.* ſecus ergò ſubſiſtente impedimento. & ita conſuluit *Fulgoſ. conſ. 7. Iam pluribus annis. col. 4.* Et dato quòd committeretur pœna, tamen emphyteutæ danda eſt reſtitutio propter legitimum peſtis impedimentũ, *iuxta notat. per Gloſ. Bart. & alios in l. cum filius. §. in hac. ff. De verb.*
13 *obl.* Infertur † etiam ad mercatores tranſeuntes cum mercibus vel adeuntes ad molendum ſine bulleta publicanorũ tempore peſtis. excuſantur enim à pœna ſtatuti punientis euntes ad molendum vel pertranſeuntes ſine bulleta, ſi propter peſtem non ſit tutus acceſſus ad ciuitatẽ, in qua ſolent fieri bulletæ, quia ubi non eſt culpa, ibi nulla eſt pœna, *l. ſi qua pœna. 244. ff. De verb. ſignif. l. abſentem. 5. in fin. ff. De pœn.* Et non eſt in culpa, qui non vadit ad locum ſuſpectum de peſte. *c. ad ſupplicationem. De renunc. l. ſed ſciendum. 7. ff. ad Treb.* & iſta deciſio veriſsima eſt, ſi datiarij in alio loco tuto bulletas non faciant. At ſi ad tutum locum diuerterent, &
14 ibi bulletas faciant, non excuſabuntur, † quia qui tenetur aliquid facere ſub pœna, in culpa eſt, ſi omnem diligentiam non adhibeat, ut illud facere poſsit. *c. ad falſariorum. de crim. fals.* & non eſt ſine dolo, qui non inquirit, vbi fiant tempore peſtis bulletæ, quas tenetur habere. *l. dolus. 44. ff. mandat. l. fi. ff. De cuſtod. & exhibit. reor.* Et *ſic ſignanter cõſuluit Do. Philip.*
15 *Corn. conſ. 109. Primo aſpectu. lib. 2.* † Et ultra eum quòd ſit in culpa, qui non explorat, ſi in loco per quem tranſit, ſoluatur gabella, & ubi ſtent officiales gabellæ, *tenuit Bald. in l.*
16 *3. C. De naut. fæ.* † Nam gabellarij non tenentur interpellare tranſeuntes, vt ſoluant gabellam, quia tranſeuntes ſcire debent ſe teneri. *l. fin. §. Diui. & ibi Bart. ff. de public.* nisi eſſet

gabella nouiter inſtituta, *ſecundùm Bald. in l. leges. 9. C. de le-*
17 *gib.* Quartò præſtat colono † iuſtam cauſam recedendi à cultura agrorũ & à domo conducta. *ſecund gl. Bart. &* * *communiter ſcriben. l. ſi in lege. 24 §. ſi domus. ff. locat. per text. in l. 1. §. ſi penſio. ff. De migra.* facit tex. *in l. item quæritur. 13. § exercitus. ff. loca.* fugiendus eſt enim cõtaminatus locus. *d. c negotiatorẽ* & facit illud Verg. Heu fuge crudeles terras. Nam iuſtiſsim⁹ eſt timor peſtilentiæ, *l metus. 3. ff ex quib cau. maior.* Sed hîc
18 occurrunt plures dubitationes † Primò dubitatur, an inquilinus poſsit migrare è domo conducta propter peſtem, ita quòd ceſſante peſte non teneatur amplius ſtare contractui: *Pan. in c propter ſterilitatem de loca.* videtur velle quòd ſic *arg. illius text.* nam ſi propter neceſsitatẽ licet locatori auferre domũ à conductore, *d. c. propter ſterilitatẽ.* etiam debet licere inquilino ex eadem cauſa domum dimittere. Subdit Pan. quòd iſta opinio videtur vera, ſed quòd in practica vix poteris obtinere, ut obſeruetur. & pro iſta parte facit text. *in l forma 4. ff. De cenſib.* per quem Caſpar Cald. *conſ. 5. infra* allegando dixit, quòd conductor non tenetur ſtare locationi, ſi præter conſuetudinem rei locatæ aliquid accidat, ex quo damnum patiatur. & hanc Pan. opinionem ſequitur *gl. concil Baſil. in §. locum. De authoritate generalium conciliorum.* Ego autem credo, quòd hæc opinio non ſit iuridica, ex plu-
19 ribus. Primò, regula eſt generalis, † quòd non licet à contractu diſcedere. *l. ſicut. 5. C. De act. & oblig. regula, quod ſemel. De reg. Iur. in 6.* nec à regula reperitur facta exceptio; quòd ex cauſa peſtis vel impedimenti liceat recedere. Secundò, quia in contrarium videtur tex. *in l. ſi fundus. 33. ff.*
20 *loca.* † vbi impedito vtifrui propter caſum fortuitum, non datur repetitio, niſi pro rata temporis, quo non eſt uſus, & tamen ſi liceret à contractu diſcedere, totius temporis repetitio concederetur, & ita conſuluit *Lud. Rom. conſ. 432. Quoad primum.* vbi ad hoc etiam inducit *tex. in l. ſi vno quæ eſt in nou. edit. l. ex conducto. 15 ff. loca. & in l. excepto tempore. 18. eo. & in l. dominum. 57 ff De contrah. emt* & idem tenuit *Andr. Sic. in d. c. propter. col. 3.* licet de prædictis mentionem

non

non faciat. Non obſtant contraria, quamuis enim liceat domino propter ſuperuenientem ſibi neceſsitatem à contractu diſcedere, non tamen debet licere etiam conductori, quia non ſubeſt eadem ratio. Habet enim dominus in re pinguius jus, ratione enim dominij conceditur domino, expellere inquilinum. *l. adem. 3. C. locat.* Et ideò inquilinus,
21 † cui ducenda eſt uxor, vel alia ſuperuenit neceſsitas conducendi ampliorem domum, non poteſt à domo conducta migrare, & à contractu recedere, licèt dominus eadem de cauſſa poſsit inquilinum expellere, *ſecundùm Nicol. de Muta*, quem refert & ſequitur *Andr. Siculus in d. c. propter. co. 4.* non obſtat *textus in d. l. forma.* quia loquitur de damno habente cauſſam continuam, & ſic quod non ceſſat ceſſante caſu, ut
22 ſi res locata pro parte perierit. Secundò † dubitatur, an colono & inquilino impedito vtifrui propter peſtem teneatur locator remittere penſionem pro rata temporis? Breuiter reſpondetur quòd ſic, *per caſum in l. habitatores. 27. § fin. & l. item quaeritur. 15. §. exercitu. ff. loca.* & ſi inquilinus vel colonus ſoluit, habet repetitionem pro rata temporis, quo utifrui non potuit. *l. ſi. fundus. eod. tit.* & ita conſuluit *Caſpar Cald. conſ. 5. ſub rubr. De locat. & Socin. conſ. 44. In praeſenti conſultatione. lib. 1.* dicens, ſæpius ita vidiſſe conſultum per doctiſsimos viros. & ita conſuluerunt *D. Tho Dotius & Fran. de Aret. conſ. 139. Quia cõſultatio. &* iſta eſt * *COMMVNIS opinio*, vt patebit ex his, quæ dicam *infra in quaeſt. de empt.*
23 *gabel.* † Sed ſuboritur dubitatio, an inquilino, qui non denunciauit locatori velle recedere propter peſtem, ſit etiam facienda remiſsio? Crederem in hoc dubio conſiderandum, an locator propter omiſſam denunciationem paſſus fuerit aliquod damnum. Nam ſi conſtet, eum fuiſſe damnum paſſum, id totum conſequitur actione locati *l. item quaeritur. §. exercitu. ff. loca.* remiſsio tamen conductori non denegatur. *arg l. quid ſi domus. 28. §. idem iuris. ff. eod. tit.* Ideò exceptio intereſſe paſsi retardabit executionem remiſsionis, donec de ea ſit cognitum. Et ideò ſi conductor vult euitare hanc exceptioné, offerat claues & denunciet velle recedere,

 ſecund.

ſecundùm Io. Bapt. de S. Seuerino. in l. diem functo. in 40. quaſt. ff. De offic. aſſeſſo. † Sed hîc alia ſubintrat dubitatio, an etiam
24 pro vno menſe inquilino ſit facienda remiſsio, ſi uno menſe tantùm viguit peſtis? videtur quòd non, quia colonus modicum damnũ æquo animo ferre debet. *l. ſi merces. 15. § vis*
25 *maior. ff. loc.* † Dicitur autem in ꝓpoſito modicum damnũ, quando non cõtingit lęſio in dimidia parte penſionis, *ſecund. Bart. in d. §. vis maior. Barto. & Bald. in l. licet. C. eod. gl. in l. ſi uno. quæ eſt d. l. ex conducto. eod. tit. d. Ant. in d. c. propter.* vel quando contingit læſio in tertia parte, *ſecund. Pan. in c. propter Alex. conſ. 108. Perſpectis verbis. colu. fin. lib. 3. Are. conſ. 51. Viſa conſultatione. in 2. dubio.* vel melius dicitur modicum damnum, quando percipitur dimidium eius, quod ſolitum eſt percipi, *ſecundùm Azo. in ſumma C. loc. Alex. conſ. 3. col. 4. lib. 1. Corn. conſ. 128. videtur primò. lib. 2.* In contrarium for-
26 titer facit *text. d. l. habitatores. §. fin.* vbi dicitur, † inquilino migranti propter iuſtam periculi ſuſpicionem, remiſsionẽ deberi, etiam quòd verè nullum ſubeſſet periculum, ergo multò magis debebitur, vbi periculũ ſubeſt, licèt per menſem tantùm durauerit. Secundò pro hac parte facit *text. in d. l. habitatores. in. prin. in ratione, vbi dicitur*, quòd propter magnam incommoditatem inhabitandi ſuperuenientem ex reparatione neceſſaria facienda eſt remiſsio inquilino, non propter aliquam particulam incommodi. Sed abeſſe à domo conducta tempore peſtis, non poteſt eſſe ſine magno incommodo, ut experientia docet. ergo &c. Tertiò facit *text. in l. quòd ſi domus. in princ. eod. tit.* à contrario ſenſu, dicitur ibi, quòd ſi inquilinus domum, quæ ruinam minabatur, æquè inhabitauerit, remiſsionem non habet, ergò à contrario ſi non inhabitauerit, remiſsionẽ habebit, dato quòd intra menſem refecta fuerit. Et iſta opinio verior videtur in puncto juris. Nec obſtat text. *in d. §. vis maior.* quia loquitur in colono, nos in inquilino. Ratio diuerſitatis ibi adſignatur, quia colonus non tenetur reſtituere lucrum, quod conſequitur ex ubertate fructuum, unde æquum eſt, quòd etiam ſentiat modicum damnum, inquilinus autem ex habitatione

bitatione nullum lucrum ex ubertate fructuum magis conſequitur vno anno quàm altero, ergo &c. Sed pone † quòd
27 inquilinus conduxerit magnam domum pro tenendis ſcholaſticis in contubernio, vel pro aduenis hoſpitandis,& contigerit peſtis propter quam ſcholares receſſerint, & hoſpites non aduenerint, ipſe tamen continuò domum inhabitauerit, an iſto caſu ſibi ulla ſit facienda remiſsio penſionis? Videtur quòd non, quia inhabitauit, & vbi inquilinus vtitur & fruitur domo conducta, etiam cum aliquali incommoditate ſibi non debetur aliqua remiſsio, *d. l. Habitatores. in prin.* Puto in hoc puncto diſtinguendũ eſſe, prout diſtinguit *Bart. in l. cum in plures. in pr. ff. locat.* aut conſtat quòd inquilinus conduxit domum principaliter pro ſua habitatione, licèt cogitaret ſecum hoſpites habere, & tunc non eſt ſibi facienda remiſsio, *d. l. habitatores.* aut conſtat quòd conduxit domum, ut principaliter faceret tabernam vel contubernium, & tunc ſibi debet fieri remiſsio, quia ad uſum deſtinatum fuit impeditus vtifrui re conducta, & in fructu contigit ſterilitas propter peſtem, propter quam ſterilitatẽ remiſsio fieri debet. *d. §. vis maior. & d §. propter ſterilitatem.* Aut dubitatur, & tunc recurrendum eſt ad coniecturas. Primò conſideranda eſt qualitas inquilini. Nam ſi erat ſolitus exercere officium cauponis vel facere duodenam, ſeu tenere ſcholares in contubernio, præſumendum erit quòd ad iſtum uſum conduxerit. *argum. l. plenum. 12. §. equitij. ff. De uſu. & habi.* & ideò facienda erit ſibi remiſsio, *ſecundùm Bart. hic. conſuluit Lud. Rom. conſ. 178.* Pro deciſione caſus propoſiti,
28 † quòd aromatario impedito exercere artem ſuam in domo conducta, debetur remiſsio, quia in dubio præſumitur conduxiſſe domum in uſum artis ſuæ, *alleg. gl. in c. 1. verſ. ad fœ-*
29 *nus. de uſur. lib. 6.* quæ vult † quòd locans domum uſurario manifeſto punitur pœna, de qua ibi, quia debuit cogitare, quòd uſurarius conducebat domum pro exercendis ibidem uſuris. Ex quo infert *ibi Gemi.* quòd dominus non poterit poſteà illum ſub prætextu, quòd exerceat artem prohibitã, expellere à domo conducta. Eodẽ modo infert ibi *d. Philip.*

30 *de Peru.* quòd † locator non poterit expellere meretrices,
quibus domum conduxit, quia ad illum uſum meretrican-
di domum conduxiſſe præſumitur. item conſideranda eſt
qualitas domus locatæ, an propè plateam vel propè portam
ciuitatis, in qua ſolebat fieri hoſpitium, tum ex hac conie-
31 ctura † præſumendum eſt, quòd eam conduxerit ad uſum ta-
bernæ, *ſecund. Bartol. ibi, quem ſequitur Alex. in conſ. 107. Pro*
inueſtigatione. col. pen. lib. 2. conſ. 106. Magnifice prætor. col. an-
tepen. lib. 3. Item, ex qualitate domus & inquilini ſimul col-
32 ligitur probabilis coniectura. † Nam ſi pauper, habens mo-
dicam familiam, conduxerit amplam domum, erit præſu-
mendum, quòd pro ſcholaribus hoſpitandis eam conduxe-
33 rit, *ſecund. Alex. in d. conſ. 107.* † ſed pone, quòd cõductor ho-
ſpitij vel aliquis ex ſua familia moriatur peſte, & ob id clau-
datur hoſpitium illud tantùm, ciuitate in ſanitate perma-
nente, an tunc ſit illi remiſsio facienda? videtur quòd non:
quia quando conductor impeditur, caſu ſuperueniente in
perſonam ſuam vti re conducta, non ſibi concedenda eſt re-
miſsio. *l. ſed addes. 19. §. fin. ff. loc. & ibi Bart. per quem dixit*
Ioan. Ferma. in tract. de gabellis. q. 25. ſecunda parte. ſe conſu-
luiſſe, quòd furnarijs, quorum vnus fuit infirmus peſte, non
debeatur remiſsio, licèt propter peſtem fuerint alij impe-
diti vti furno. Ego autem hoc caſu crederem faciendam re-
miſsionem hoſpiti, quia militat ratio *ſuprà per Bart.* aſsi-
gnata, videlicet quia caſu fuit impeditus vti frui, & idem
dicerem in quæſtione de furnarijs. Non obſtat *text. in d. l.*
ſed addes. §. fin. quia loquitur in conductore operarum, cui
non debet fieri remiſsio, niſi ſtet per locatorem, quò minus
operæ ſibi præſtentur. *l. qui operas. 38. ff. loc.* Et ratio diuerſi-
tatis patebit ex his, quæ dicam infrà in quæſtione Doctorũ
34 legentium. Aduerte tamẽ, † quia ſi inquilinus, in cuius do-
mo peſtis tantũm irrepſit, eſſet vir ſceleratus, puta publicus
uſurarius, blaſphemator, vel Sodomita, fortè ſibi deneganda
eſſet remiſsio, tanquam ſit præſumendum, quòd propter
eius ſcelera morbo illo correpta fuerit, *ut dicitur in authen. ut*
non lux. contra naturam. & faciunt quæ dixi ſuprà in prælud. in
ult.

alt. quæſt. Et ad propoſitum benè ſeruit deciſio Ioan. Andr.
35 & Hoſt. *c. propter ſterilitatem. de loca.* vbi concludunt, † non
eſſe remiſsionem faciendam conductori non ſoluenti deci-
mas, quia præſumitur eius culpa, quia decimas Deo non
obtulit, prouenisse ſterilitatem. *c. reuertimini ad me. 16. q. 1.*
ſequuntur gl. Gem & Peru. in c. 1. de decim. lib. 6. Et ex his eli-
citur caſus, in quo remiſsio denegatur colono, & inquilino,
impeditis vtifrui re conducta. Sunt & alij plures caſus, quos
ſubijciam, quatenus faciunt ad propoſitum noſtrum de pe-
ſte. Secundus ergò caſus, quo remiſsio non debetur, eſt, ſi
36 locus eſſet naturaliter peſti ſubiectus, † & ſciens conditio-
nem loci conduceret hoſpitium, domum vel gabellas, tunc
quia caſus peſtis eſſet præmeditatus, non eſſet conductori
remiſsio facienda, *ſecundùm Ioan. Igneum doctorem peritiſſimum*
in ſua repetition. l. contractus. col. 34. ff. De reg. iur. arg. l. ſi præ-
37 *dium. 4. C. De ædili. actio.* † Et idem dicit, ſi quis conduxe-
rit gabellas in ciuitate limitropha, quæ ſolita ſit pati quoti-
dianos hoſtium incurſus, *iuxt. text. in §. publicorum. in auth.*
de mand. princip. alleg. text. in l. ex conducto. 15. §. ſi vis tempeſta-
tis. & ibi Bald. ff. loc. melius facit *text. in l. ſi quis domum. 9. ff.*
eo. tit. ibi, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit. Tertius caſus
38 eſt, † ſi culpa conductoris locus efficeretur peſtilentioſus,
puta, ſi ſcienter acceſsiſſet ad contagioſum locum, & ſecum
39 detuliſſet peſtem in ciuitatem. † Nunquam enim quis ex-
cuſatur propter caſum, quando culpa præceſsit caſum. *l. ſi ut*
certo loco. 5. §. nunc videndũ. ff. Cõmodat. l. ſi nulla culpa. 7. C. De
pign. act. & quia nulla debetur remiſsio cõductori impedito
vtifrui facto proprio. *l. ſi in lege 24. §. ſi domus. ff. loc. & l. do-*
40 *minus horreorũ. 51. §. fin. ff. eod.* Quartus caſus † quando culpa
alicuius de familia ipſius cõductoris ſuperueniſſet peſtilen-
tia, tunc etiam conductori denegari poterit remiſsio, *ut pro-*
batur in l. qui inſulam. 30. §. fin. ff. loc. etiamſi pacto conuen-
tum eſſet, quòd propter peſtem debeat fieri remiſsio, *ut ibi*
legitur, & ad hoc illum text. reputat ſingul. Lud. Rom. ſing. 30. in-
cip. ſi quis promiſerit. & d. Iaſ. in l. ſed & ſi quis. 4. §. quæſitum. ff.
41 *ſi quis caut.* Quintus caſus eſt, † ſi tempore peſtis conductor
conda-

conduxiſſet domum vel gabellas, tunc etiam non poterit allegare caſum peſtis, quia promiſsio, de ſoluendo penſionem, debet intelligi ſecundum ſtatum temporis, qui vigebat tempore promiſsionis, *ſecund. Io. Andr. in addit. Spec. tit.*
42 *de loc. ſuper rubrica.* vbi determinat, quòd † miles, qui tempore guerræ ſuſcepit cuſtodiam caſtri, tenetur, etiamſi violenter ab eo caſtrum auferatur. Et dixit *Soc. conſ. 22. Quidam*
43 *Iacob. lib. 4.* † quòd conductor agrorum in confinibus Florentinorum non poteſt petere remiſsionem, caſu quo ſtipendiarij deprædentur fructus, quia ſoliti ſint ſingulis annis ſtipendiarij ipſorum Florentinorum ſimiles robarias facere.
44 Idem tenet *Bald. in l. ſi ea lege. 17. col. fin. C. De uſu.* † vbi conductori, qui tempore guerræ conduxit prædia, remiſsio propter guerram non debetur. *arg. l. qui bona. 13. §. de illo. ff. de damn. infect. & idem firmat Alex. conſ. 6. Videretur. ad fin. lib.*
45 *2.* Sextus caſus eſt, † quando inquilinus, qui migrauit è domo conducta, aliam domum gratis inhabitaſſet, *ſecundùm Raph. Fulg. in d. l. habitatores.* Eſt verum quod *Guid. Papa deciſ. 630. exordiente, theſaurarius.* dicit, quod DD. *in l. de ætate 6. §. fin. ff. ad Sc. Treb.* iſtud admittunt, quia ſatis eſt quòd inquilinus fuerit caſu impeditus utifrui. Quod credo veri-
46 us. Sed alia ſe offert dubitatio ardua & difficilis. † Nobilis Alexius Piper, emit omnes reditus & prouentus, qui percipientur & percipi poterunt ex datijs & gabellis ciuitatis Auenion. uſque ad annos decem precio X V I. M. florenorum ſoluendorum quolibet anno, contigit, quòd hoc anno parum vel nihil percepit propter peſtem, quæritur an ei facienda ſit remiſsio? Hanc quæſtionē diſputauit *Bart. in diſput. incip. Publicanus quidam.* & licèt loquatur in publicano, qui nihil percepit propter guerram, tamen non refert quantum ad punctum, cum peſtis etiam dicatur bellum ſeu guerra, *ut dixi ſuprà in præludijs.* Pro reſolutione huius dubitationis videndum eſt, quis contractus ſit iſte, nam ſi ſit locatio & conductio, remiſsio ipſi erit facienda, *per ea, quæ ſuprà dicta ſunt.* Si verò dicatur emptio & venditio, videretur dicendū non eſſe remiſsionem ei concedendam, rationibus quàm

pluribus.

pluribus. Primò, quia poſt perfectum contractum emptionis periculum ſpectat ad emptorem. *l id quod. & l. neceſſariò. 8. ff. de peric. & commo. rei. vendi. & l. 1. C. eo.* Secundò, quia quando venditur ſpes ſeu futurus euentus, periculum eſt emptoris, etiamſi nihil percipiat. *l. ſi iactum. 12. ff. de act. emp. l. nec emptio. 8. ff. De contr. empt.* Tertiò, quia tranſlatum fuit ius percipiendi reditus datiorum uſque ad decem annos, & ſic ad longum tempus, & conſequenter utile ſaltem dominium traſlatum fuit in Alexium, ergò ad eum ſpectabit periculum; quia res perit periculo eius, cuius eſt. *l. quæ fortuitis. 5. C. De pig. act. cum ſimil.* quòd autem iſte ſit contractus emptionis, apparet ex verbis, qnibus uſi ſunt contrahentes.

47 † Talis enim præſumitur contractus, qualem verborũ proprietas demonſtrat. *l. intereſt. 21. ibi, quantum lectio probat. C. De ſolut.* & tenor diſpoſitionis oſtendit, qualis ſit contractus. *ſecund. Paul de Caſtr. conſ. 200. Ad primum. circa fin. & conſ. 251. præſens dubium. in fin. Barba. conſ. 2. conſ. 11. conſ. 26. 37. 62. lib. 2. Curt. conſ. 53. Super articulo. col. 1. & alibi ſæpe.* Ex lectura autem contractus apparet, quòd eſt emptio, quia dicitur, quòd nobilis Alexius emit. item dicitur pro precio.

48 † & vbi ſit mentio precij, in dubio intelligitur emptio. *l. fina. C. De præd. Decur. lib. 10. & voluit gl. in l. cum dotem. 10. C. De iur. dot.* quam *ibi not. Bald.* inferens: ad ſtatutum diſponens, quòd de precio cuiuſque rei deductæ in contractu ſoluatur gabella: nam tale ſtatutum de contractu emptionis tantùm intelligendũ eſt, *ſecund. eam & illã glo. ad hoc dixit Iaſ ſingularẽ in l. 1. col. 5. C. De iur. emph.* Sed prædictis non obſtantibus, *Bart. in alleg. diſput.* determinat, quòd ſit locatio, & conſe-

49 quenter fieri debeat remiſsio, † quia ubi conſtituitur precium annuum vel menſtruum pro fructibus, dicitur locatio, *ſecund. glo. in d. l. 1. C. de iur. emph. per quam Bart. & Salic. ibidem determinant. ſequitur Soc. conſ. 156. Pro fundamento. in pri. lib. 2. dicens quòd iſta opinio eſt C O M M V N I S.* Ab hoc fundamento dependet veritas, ideò diligenter aduertendũ, *Imol. in l. cotem ferro. 11. §. qui maximos. ff. De publica.* dicit, non eſſe verum, quòd dicatur locatio, vbi conſtituitur pre-

cium annuum vel menſtruum, & exprimitur, quòd ſit emptio, quia nihil prohibet, quò minus poſsit emi & vendi perceptio fructuum pro pluribus annis, licet ſolutio per ſingulos annos ſit diſtributa. Cùm igitur venditio fieri poſsit, & conſtet de mente contrahentium ex verbis, debet iudicari emptio, non locatio. Non obſtat *gl. in d. l. 1.* quia procedit in dubio, & vbi contrahentes non ſunt vſi verbo emptionis & venditionis, ſecus vbi expreſſerunt verbum emptionis, quia in claris non eſt opus coniecturis. & ita debet intelligi *gl. in l. Pomponius. 29. in ver. amitti. ff. quib. mod. vſusfr. amit.* Alia igitur ratione mouetur Barto. quia poſito, quòd iſte eſſet contractus emtionis, tamen regulari debet ſecundùm naturam contractus locationis, cui aſsimilatur. Sed
50 nec iſta ratio tuta videtur, † quia licèt contractus innominatus reguletur ſecundùm naturam contractus nominati, cui aſsimilatur, *l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. Depo.* tamen cautum non reperitur, quòd unus contractus nominatus reguletur & regatur à natura alterius contractus nominati. ſubdit er-
51 gò Bart. quòd emptio & locatio † eiſdem regulis regulantur. *l. 2. in prin. ff. loca.* Sed nec iſtud ſatisfacit, quia verum eſt quòd eiſdem regulis regulantur, niſi contrarium deciſum reperiatur. Sed in propoſito contrarium clarè deciſum apparet, quia in emptione periculum pertinet ad emptorem, in locatione ad locatorem, non ad conductorem, ut patet in iuribus ſuprà allegatis. nam ad emptorem glebæ, inundationis & tempeſtatis periculum ſpectat, ſi aliter cautum non ſit. *l. fiſtulas. 78. §. frumenta. ff. De contrah. empt.* & tamen non ſpectat ad conductorem prati. *l. ex conducto. 15. §. 1. ff. locat.* Adducit ergò Bart. tertio loco textum *in l. inter quos. 39. §.*
52 *damni. ff. de damn. infect.* vbi ſuperficiario † propter ruinam ſuperficiei fit remiſsio penſionis, & tamen poteſt eſſe, quòd titulo emptionis erat ſuperficiarius, cùm conſtet ſuperficiem emi poſſe ſicut locari. *l. 1. §. 1. ff De ſuperfic.* Sed tamen conſidera, an Bart. inaduertenter loquatur. nam licèt empta ſit ſuperficies, tamē penſio ſolui videtur pro contractu locationis habito reſpectu ad ſolum alieni, pro quo ipſa penſio ſoluitur.

ſoluitur. *d. l. 1. in princ.* Quartò mouetur Bart. quia vbi eadem eſt ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. *l. à Titio.*
53 *108. ff. De verb. obl.* † Ratio autem, propter quam fit remiſsio in contractu locationis, & non in contractu emptionis & vẽditionis, ea eſt, quia de natura emptionis eſt, ut res perpetuò ſit penes emptorẽ, & eius ſit ſemper omne emolumentũ, nimirum ſi ad eum ſpectat etiam omne periculum. Sed de natura conductionis eſt, quòd emolumentum ſit conductoris ad tempus tantùm, nimirum ſi damnum communicatur cum locatore, apud quem res locata perpetuò remanet, *ſecund. Cy. in l. legem. 16. C. loca.* Vel ea ratio eſt, quia res vendita debetur tanquam ſpecies, ideò eius interitu venditor liberatur. *l. ſi ex legati cauſa. 25. ff. De verb. obl.* Sed in locatione debetur patientia, quæ eſt de futuro, & quæ præſtari non poteſt per locatorem, vbi fructus deficiunt, ideò conductori fieri debet remiſsio, licèt locator non teneatur ad intereſſe, quia per eum non ſtat, quò minus præſtet patientiam. in emptione autem gabellarum eædem rationes militare videntur, quæ in locatione, ergò &c. Tu aduerte, quia attentis iſtis rationibus idem dicendum, ſi venditi eſſent fructus omnium decem annorum vnico precio, cuius contrarium tenet Bart. & communiter alij, ut ſtatim ſubijciam. Ergò arg. non concludit, niſi reſpondeas, ut ſtatim dicam. Item aduerte, quia non videtur verum, quòd huiuſmodi rationes militent in venditione fructuum & redituum gabellarum, eò quia cenſetur empta ſpes percipiendi reditus, quæ ſpes ſuccedit loco rei, & quæ non perit neque diminuitur, etiam ſi omnes fructus intereant. imputet ergò ſibi conductor, qui ſola ſpe contentus fuit. *d. l. nec emptio.* Et propterea *Imol. & Ludo. Rom. in d. §. qui maximos.* tenuerunt contra Bart. & ſequaces. idem *tenet Imo. in c. propter. col pen. de loc. & Lud. Bolo. in addit. ad conſi. Ioh. de Ana. conſ. 74. Viſis & ponderatis.* Paſsus iſte eſt ſcrupuloſus & ſuper eo multa verba effundi poſſunt. Ego pro dilucidatione & concordia multarum deciſionum, quæ in hoc puncto videntur aduerſæ, licet ſint diuerſæ, conſidero quatuor caſus principales.

Primus, quando contrahentes non ſunt uſi verbo locationis & conductionis, neque verbo venditionis & emptionis, putà ſi fuerit dictum, communitas conceſsit Alexio Piperi gabellas uſque ad decem annos precio X V I. M. florenorum quoquo anno. Secundus, quando vſi ſunt *verbo* locationis & conductionis. Tertius, quando vſi ſunt *verbo* venditionis & emptionis. Quartus, quando uſi ſunt ſimul & promiſcuè vtroque verbo locationis & venditionis. Circa pri-
54 mum omnes concordant, † quòd in dubio dicatur contractus locationis, vbi precium pro fructibus percipiendis in ſingulos annos diuiſum reperitur, *ſecund. glo. in d. l. 2. C. De*
55 *iure emphyt.* † Circa ſecundum etiam concordant, quia ſi in dubio præſumitur locatio, remiſsioq; conceditur, multò magis, vbi conſtat ex verbis contrahentium, quòd voluerunt facere contractum locationis, iudicabitur locatio, nec à verbis recedendum erit. *l. non aliter. 69 ff. de leg. 3.* Et hoc intelligo, ſiue locati ſint fructus datij pro certo precio ſingulis annis, ſiue pro vno precio ſimul præſtando pro omnibus annis, vel ſit facta locatio pro vno anno, *ſecund. Paul. de Caſtr. in d. §. qui maximos. & in l. 2. §. adeò. ff. loca. licet Bald. in lege. ſi ea lege. C. De vſur. teneat contrarium, & malè.* Saluari tamen poſſet opinio Bald. quòd non ſit facienda remiſsio, licèt contractus dicatur locatio, eo caſu, quo conductor ſpem fructuum percipiendorum, & non fructus percipiendos conduxiſſet, quia tunc caſum aduerſamque fortunam conduxiſſe videretur. *d. l. nec emptio.* & hac ratione mouetur *Bald. in l. licet. 8. in 3. q. C. loc.* de qua quæſtione Bald. infrà plura dicam. Circa tertium caſum, quando verba contractus ſonant in venditionem, diſtinguendum eſt, an ciuitas vendiderit reditus & prouentus datiorũ, conſtituto precio in ſingulos annos vel menſes, aut conſtituto vnico precio
56 pro omnibus annis. Primo caſu *Bar. in d. diſput. & in d. l. 1.* † tenet, quòd debeat iudicari locatio, & conſequenter, quòd ſit facienda remiſsio, & ſequuntur *COMMVNITER* DD. per fundamenta & rationes ſuprà allegatas, *idem tenet Io. Firm. tract. de gabellis. in 1. q. 2. partis. Alex. conſ. 108. Perſpectis.*

lib. 3. &

lib.3.& in d.conſ.3.lib.1. Soci. conſ.88.col.1.& ſeq.Conſiderata prædicta facti contingentia. lib. 1. & Ioan. de Imol ſibi contrarius conſ. 7. In caſu præmiſſo. Pet.de Anc. in d. c. propter.& in conſ. 403. Pluribus rationibus. Corn. conſ. 128. videtur primo aſpectu. lib. 2. & conſ. 28. videtur eod. lib. & conſil. 38. quamuis. eod. lib. & conſ. 12. Licet diffusè.lib. 4. Et ita tenendo non obſtant adducta in contrarium. Primò non obſtat, quòd verba ſonent in ven-
57 ditionem, † quia magis attendenda eſt natura contractus quàm verba. *l. 3.& 4. ff. de præſcript. verb. l ſi olei. 21. C.loca.*
58 nam † verbũ illud, *emit*, exponitur quandoque, id eſt, conduxit. *l. ſi hi qui. 14. C.loca. l. ea lege. 51. §. locaui. ff. eod.* facit
59 *text. in d. § qui maximos.* † Sic etiam verbum illud, *precio*, poteſt exponi, *id eſt*, mercede. *d. §. locaui. & l. inſulam. 58. ff. eo. tit.* Non etiam obſtat, dum ſuprà dicebam, quòd cenſetur vendita ſpes, quia iſtud non eſt verum, quando empti ſunt reditus percipiendi, cum intelligantur empti fructus ſoliti communiter percipi. *d. l. nec emptio. & l. interdum. 73. ff. De verb. obl.* ideò, ſi fructus non percipiantur, remiſsio eſt facienda, *d § vis maior.* Et ex hoc infero, quòd ſi venditi eſſent reditus gabellarum, ſi qui percipiuntur, quòd nulla
60 fieri debet remiſsio ſeu precij excomputatio, tanquam dicatur vendita ſpes ſeu alea. † Illa enim verba, *ſi qui percipientur*, conditionem & ſpem locatam oſtendunt. *l.quòd ſi in venditione 10. cũ l. ſeq. ff. De hær. vel actio. vendi.& hoc volunt Bart. & Paul. de Caſtr. in d. §. qui maximos.* Secundo caſu quando pro vnico precio, & tunc vera venditio reputatur, & conſequenter ad emptorem damnum ſpectabit, iuribus præallegatis. habita tamen diſtinctione, an reditus ſint percipiendi ab ipſo emptore, an venditore. Nam primo caſu fieri non debet excomputatio precij, quia ius uſusfructus videtur emptum. *l. cum ita. 41. ff. de vſu & vſufr. lega. l. ſi quis ita. 20. ff. De vſufr.* Secundo caſu fieri debet excomputatio pro rata temporis, quo reditus non fuerunt præſtiti per vendiditorẽ ipſi emptori, *ſecund. Bart. arg. l. ſi debitor. 39. §. veriſimile. ff. de contrab. empt.* Sed pone, quòd ſit venditũ datium ſiue vectigal aut gabella pro decem annis, an debeat eodem modo

 diſtin-

diſtingui, an ſit venditum conſtituto precio in ſingulos annos, aut pro vnico precio totius temporis? Ratio dubitan-
61 di eſt, † quia ſi quis emit datium ſeu pedagium, cenſetur emiſſe perceptionem ſeu commoditatem percipiendi fructus, *ſecund. Bart.* & communiter *ſcrib. in d. §. qui maximos. per text. in l. ſi vſuſfructus. 66. ff. de iur. dotium.* Emptor autem perceptionis cenſetur emiſſe ipſum actum percipiendi, & ſic ſpem. *l. ſi iactum retis. 12. ff. De acti. empt. & d. l. nec emptio. & benè probatur in d. l. ſi vſuſfructus in fin. & in l. neceſſariò. 8. ff. De pericul. & cōmodo rei.* videtur ergò indiſtinctè dicendū, quòd emptor ſola ſpe debeat eſſe contentus. *d. l. nec emptio.* In contrarium facit, quia ſi in ſingulos annos ſit conſtitutum precium, debet dici locatio, *ſecundùm COMMVNEM ſen-*
62 *tentiam Doct. de qua ſuprà.* † Si locatio ſit, ergò remiſſio debetur, quia de natura locationis eſt, quòd conductori impedito vtifrui caſu ſeu fortuna, fiat remiſſio. *d. §. vis maior. Bald. in d. l. licet. in 3. quæſt.* tenet, quòd non ſit facienda remiſſio, quia conductor caſum aduerſamque fortunam conduxiſſe cenſetur, & ita intellexit velle Bart. *in d. § qui maximos.* Et clarius hoc voluit Paul. de Caſt. ibi, qui fortius ſubijcit, quòd idem erit, ſi quis emerit datium & omnes reditus, quia illa verba, *& omnes reditus*, videntur adiecta in conſequentiam prioris diſpoſitionis. Quid tenendum? ſi dicamus, quòd conductor conduxerit vel emerit ſpem perceptionis, procul dubio dicendum eſt, remiſſionem non deberi, cum videatur, emendo ſpem, ſuſcipere in ſe omne periculum. *l. ſi quis domum. 9. §. Iulianus. ff. locati.* Reperio *Alex. in d. conſ. 108. lib. 3.* determinare contrarium, ſcilicet quòd remiſſio fieri debeat, & dicit ita velle Bart. *in d. §. qui maximos.* Ad deciſionem Bald. reſpondet, quòd Bald. ſe fundat in dicto Bar. *in d. §. qui maximos.* & conſtat Bart. contrarium dicere: tamen Alex. non reſpondet ad rationem Bald. quæ ratio etiā fuit de mente Bart. *in d. §. qui maximos.* quòd cenſeatur emiſſe caſum, aduerſamque fortunam, eò quòd verbum datium capitur pro actu perceptionis redituum ipſius datij. Ego adhæreo opinioni Alexandri, & credo, quòd verbum da-

63 tij † debeat exponi, id eſt, reditus, qui ex datio percipiuntur, *ut not. in rubr. C. De vectig. & commiſ.* & ita capitur *in l. 1. §. 1. ff. de publ.* & iſta eſt veriſimilis intentio contrahentium, ergò ita verba ſunt capienda. *d l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. De contrah. empt.* Prætérea cum iſtud verbum datium poſsit intelligi, tàm pro reditibus qui percipiuntur ex datio, quàm pro ipſo actu perceptionis, certè in dubio facienda eſt interpretatio contra locatorem, qui potuit legem aptius dicere. *l Labeo. 50. ff. de contrah. empt.* Inſuper iſta opinio eſt benignior, ergò in dubio amplectenda. *l. ſemper. 9. ff. De reg. iur.* Nam etiam cum reditus conſtituto precio in annos ſingulos venditi ſunt, poteſt eſſe venditio, ut ſuprà demonſtraui poſt Imol. & *tamen Doct.* COMMVNITER interpretantur, quòd ſit locatio, quia iſta interpretatio benignior videtur, ex eo, quòd in locatione remiſsio conceditur, idem ergò dicendum, quando venditum fuit datium. Non obſtat doctr. Bart. *in d. §. qui maximos.* dum vult, quòd vendito datio cenſeatur vendita ſpes ſeu actus percipiendi, & ſic remiſsio non debetur, quia Bart. loquitur, quando pro vnico precio temporis venditio facta fuit, tunc venditio cenſetur & non locatio, quo caſu actus percipiendi venditus intelligitur, per rationes Bart. Sed quando venditio facta fuit conſtituto precio in annos ſingulos, locatio reputatur, & quia locato datio etiam poteſt intelligi locatum id, quod ex datio percipitur, ſicut locato fundo intelligitur locatũ id, quod percipitur ex fundo, idcircò facienda eſt interpretatio in partem hanc, quòd cenſeatur locatum id, quod percipitur, quia talis interpretatio eſt benignior, vt ſuprà dixi. Et opinionem Baldi etiã reprobat *Do. Io. Igneus in repet. l. contractus. 23. col. 32. & ſeq. ff. De reg. iur.* ea ratione, quia etiã quòd cenſeretur locata ſpes ſeu actus percipiendi, non tamen conductor teneretur de caſu peſtis veriſimiliter non cogitatæ. De quo infrà abundè dicetur. Sed hîc alia ſuboritur dubitatio.

64 Pone, quòd ab initio † ſit conſtitutum vnicum precium pro omnibus decem annis, videlicet pro quinquaginta millibus ſcutis, & poſtea ſolutio ſit diuiſa per tempora, ita videlicet vt de-

vt deductis quinquaginta millibus ſoluatur quolibet trimeſtri ſumma mille ducentûm quinquaginta, an erit venditio vel locatio. *Bart. in d. diſput. Publicanus quidam.* viſus eſt velle quòd ſit locatio, videtur, inquit, quòd propter vnum precium conſtitutum ab initio, licet præſtatio ſit diuiſa, & propter vnam annorum numerationem quòd ſit emptio, & tamen Barto. poſtea concludit, quòd eſt locatio: ſubijciens, quòd, ſi precium eſt unum & certum, merces verò ſoluitur per ſingulos annos, locatio erit, licèt contrahentes uſi fuerint *verbo* venditionis & emptionis, quia illa merces ſolui videtur pro patientia, quæ ſingulis annis præſtatur. & ita dicit intelligendam eſſe. *gl. in d l. 3. C. De iur. emphyt. & verba Bart. ita etiam intellexit do. Alex. in d. conſ. 108. & idem tenet Corn. in conſ 12. lib. 4.* Ego crederem opinionem Bartoli veram eſſe, ſi ſolutio diuiſa per tempora, puta per trimeſtres, ſit vniformis quocunque trimeſtri, ſed ſi ſit diffformis, tenerem, quòd eſſet venditio, quia tum apparet, ſolutiones fuiſſe diuiſas gratia commodioris præſtationis, & non pro patientia, quæ præſtatur, cùm non appareat ratio, quare plus ſolui debeat pro patientia vnius trimeſtris, quàm pro patientia alterius, & iſtud fuit de mente Corn *in d. conſil 12.* Et
64 † hanc arbitror fuiſſe mentem *gl. in d. l. 1. & Bart. in d. diſput.* dum dicit locationem eſſe, ſi conſtitutum ſit vnum precium, quod annuatim ſoluatur. nam ſi præſtatio fiat difformiter, non erit verum, quòd vnum precium annuatim ſoluatur, propter diuerſitatem præſtationum, quæ faciunt videri diuerſa precia. *argum. l. quinquaginta. 12. ff. De probat.* Sed ad-
65 huc alia ſubintrat dubitatio. † Pone quòd pro omnibus decem annis ſit conſtitutum vnicum precium ſemel, vel per plures diſpares præſtationes ſoluendum, ita ut dicatur venditio, & contingit, quòd propter peſtem tertia pars redituum omnium decem annorum deperierit, retenta opinione illorum, qui tenent, quòd ſi contingit læſio in tertia parte, fieri debeat remiſsio conductori, an etiam in iſto caſu ſit facienda precij excomputatio emptori? Videtur, quòd non, quia in contractu emptionis periculum eſt emptoris. *l id.*

quod

quod. 7. ff. De peric. & commodo rei vend. & in hoc differt à contractu locationis, *ſecund. gl. in d. l. 1. C. de iur. emphyt. & dixi ſuprà.* In contrarium facit, quia quando precium eſt conſtitutum in ſingulos menſes, fit remiſsio, tanquam merces ſoluatur pro patientia, quæ ſingulis menſibus præſtatur. ergò idem in caſu noſtro, quia vnicum precium videtur ſolui patientia omnium decem annorum, vnde idem iuris eſſe debet in toto, quod eſt in parte. *l. quæ de tota. 76. ff. De rei vendic.* Poteſt dici, quòd in locatione patientia venit principaliter, in venditione principaliter venit datio, in conſequentiam venit patientia, *vt declarant Bart. & alij in l. 2. ff. Si cert. pet. & Bart. in d. diſputatione. in ver. Solutio &c.* Conſidera tamen tu ſubtilis, quæ ſit iſta datio, quæ in venditione gabellarum principaliter ex parte venditoris debetur. Circa quartum caſum, quando contrahentes uſi ſunt ſimul &
66 promiſcuè † *verba venditionis & locationis*, ſi præſtatio ſit vniformiter diuiſa in ſingulos menſes vel annos, clarum eſt, quòd reputabitur locatio per prædicta. *& firmat Imol. in d. §. qui maximos. & Alex. in d. conſ. 108.* ſi verò conſtitutum ſit vnicum precium pro toto tempore, *Imol. & Alex. nihil dicunt.* Ego arbitror, contrahentes hoc caſu voluiſſe facere contractum locationis, & non venditionis, quia ſubiecta materia magis conuenit locationi, quàm venditioni. Præmiſſa, quòd ſit facienda remiſsio, procedunt, vbi emptor, vel conductor non ſuſcepit in ſe periculum caſus, aduerſæque fortunæ. Si autem in ſe ſuſcepit periculum, aliud dicendum videtur. Et quia nobilis Alexius ſuſcepit in ſe periculum peſtis, & cuiuslibet aduerſi caſus, & quia paſſus iſte frequens eſt, latiùs arbitror inſiſtendum. Quæro primò, quid ſi conductor ſpecialiter & expreſsè ſuſceperit in ſe periculum peſtis, an teneatur ad penſionem pro tempore peſtilentiæ? Videtur
67 quòd non, quia peſtis enumeratur † inter caſus fortuitos, *ſecund. Bald. & Salicet. in l. quæ fortuitis. 5. C. De pign. act.* dici-
68 tur autem caſus fortuitus, † cui humana mens non poteſt obuiare. *d. l. quæ fortuitis. & l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſt. rerum ad ciuitat. pertinentium.* ergò ſuſcipiens in ſe caſum for-

 tuitum

69 tuitum,ſuſcipere dicitur obligationem impoſsibilem. † impoſsibilium autem obligatio nulla eſt. *l. impoſsibilium. 145. ff. De reg. iur.* In contrarium eſt caſus deciſus in *l. Si quis domum. 9. §. Iulianus. ff. locat.* Ad argumentum reſpondetur, quòd regula *l. impoſsibilium.* procedit in obligatione merè impoſsibili, caſus autem fortuiti eueniunt contingenter, & non neceſſariò, ideò ſequitur, quòd præuiſio aduerſus caſus fortuitos eſt poſsibilis, licèt propter defectum noſtræ cognitionis neſciamus occurrere,& debitè reſiſtere. vnde magis hic verſatur difficultas,quàm impoſsibilitas, *ſecund. Salicet. in l. 1. in fin. C. commod.* vel aliter poteſt dici, quòd argumentum continet fallaciam. licèt enim mens humana non poſsit præuidere caſus fortuitos,poteſt tamen homo ſe obligare ad non allegandum caſum fortuitum in ſui fauorem, & iſtud eſt poſsibile & facilimum,& iſta eſt obligatio, qua obligatur ſuſcipiens in ſe caſum aduerſamq; fortunam. *l. ſed &*
70 *ſi quis. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio.* † Sed quid ſi conductor expreſsè non ſuſcepit in ſe caſum peſtilentiæ, ſed generaliter ſuſcepit in ſe periculum cuiuſlibet aduerſi caſus? dicas, idem reſpondendũ. *d. l. quæ fortuitis. & ita reſpondent gl. Bart. Ang. Salı. Raph. Paul. & Moder. in d. §. quæſitum.* & iſta eſt COMMVNIS ſententia, licèt variæ fuerint *Doctorum opiniones*, vt licet intueri ex *ſcriptis per Salicet. in l. 1. C. commod. Alex. & Moder. in d. §. quæſitum. & idem tenuit Corn. conſ. 128. videtur primo aſpectu col. 3. lib. 2.* Sed quid ſi conduxit ſuo peri-
71 culo? Videtur idem reſpondendum, † quia appellatione periculi etiam videtur comprehendi caſus peſtis. *l. item quæritur. 13. §. ſi gemma. ff locat. & l litis. 37. §. 1. ff. de neg. geſt. quam allegat do. Iaſon in d. §. quæſitum Et ibi Paul. de Caſtr.* vult,quòd
72 periculum in plus ſe habeat quàm caſus fortuitus,quia † caſus fortuitus propriè comprehendit caſus, qui ſine propria culpa obueniunt, & qui præuideri non potuerunt. Periculum verò eſt nomen magis generale,comprehendens omnẽ caſum ſiue ex propria culpa proueniat, ſiue non. *ff. de peric. & commod. rei vend. in rubr. & nigro. maximè in l. Quòd ſi neque. 14. ff. eod.* & ſic periculum eſt genus, caſus verò fortuitus dicitur

citur ſpecies, *ſecund. Alex. in d. §. quæſitum.* & iſtud clarum eſt, licèt *do. Iaſ. in d. §. quæſitum.* dicat, *quòd glo. vbiq; & Bart.* habuerint pro conſtanti, quòd appellatione periculi non comprehendatur caſus fortuitus. Quod credo non eſſe verum. imò gloſ. & Bart. pro conſtanti volunt contrarium, ut ex verbis eorum potes cognoſcere. & ſi tu, qui omnia ponderas, aduertas, videbis veritatem. Redeundo ad punctum concludo, poſito, quòd de ſignificatione vocabuli appellatione periculi poſsit includi caſus fortuitus, † tamen
73 adhuc dico, conductorem datiorum, qui conduxit datia ſuo periculo, non teneri de caſu fortuito propter peſtem obuenientem, vel alia de cauſa. *iura ſunt manifeſta, videlicet text. in l. 1. §. ſæpe euenit. ff. Depoſi. & in d. l. litis. §. 1. ff. de neg. geſt. & in l. opus. 36. cum multis ſimilibus.* Ampliatur iſta concluſio, etiamſi in ſe conductor ſuſceperit omne periculum, adhuc non cenſetur ſuſcepiſſe periculum caſus fortuiti. *l. non ſimiliter. 4. ff. De magiſtr. conue. iuncta l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de admin. rerum ad ciuitat. pertinent. ad idem text. cum gl. expreſſa, in l. iuris gentium. 7. §. item ſi quis pactus. ff. de pact.* Et ea ratio eſt, non quia appellatione periculi non contineatur periculum caſus fortuiti, vt credidit do. Iaſ. & malè: ſed quia non eſt credendum, quòd aliquis voluerit ſubire periculum caſus fortuiti, niſi liquidò conſtet. Et ideò, quia përiculum eſt nomen generis aptum comprehendere tam periculum obueniens culpa, quàm caſu, non creditur, quòd ſuſcipiens in genere omne periculum, voluerit ſe obligare ad caſum fortuitum. Et iſta eſt propriè ratio *d. §. quæſitum.* vbi promittens ſiſtere omni exceptione remota, non intelligitur renunciaſſe exceptioni competituræ propter caſum fortuitũ. Ex hoc apparet, non eſſe faciendam differentiam inter iudicia & contractus, *contra Bart. & ſequaces ibi, ſecundũ Salicet. & Cyn. in l. 1. C. commod.* quorum opinio ad terminos prædictos relata verior videtur per prædicta. † Sit ergò concluſio,
74 quòd ſuſcipiens in ſe omne periculum, vel promittens ſoluere penſionem omni exceptione remota, non intelligitur ſuſcepiſſe in ſe periculum peſtis, nec alterius caſus fortuiti.

E 2 Et

75 † Et idem, ſi conduxerit datia vel fundum ſuo reſigo & periculo, *ſecund. Soci. conſ. 124. lib. 4.* quia iſtud verbum, reſchium, eſt etiam generale, ſicut verbum *periculum*, & hoc
76 voluit *Bart. in l. ſi is qui. ff. de acquir. hæred.* † Et idem, ſi conduxerit datia cum ſuis raſchis & ſpinelis, quia caſus fortuitus non dicitur raſcha neque ſpinela, *ſecund. Alex. conſ. 108. col.*
77 *pen. lib. 3.* Iſta concluſio fallit pluribus modis: † Primò limitatur, niſi conductor ſuſceperit vnum caſum fortuitum in ſpecie, & poſtea adiecta ſit clauſula generalis, *& omne aliud periculum* Exemplum, ſi conductor in ſe ſuſceperit periculum incurſionis hoſtium, & omne aliud periculum, tunc ſub illis verbis generalibus, *& omne aliud periculum*, comprehenditur caſus peſtis & cuiuſlibet aduerſitatis. *gloſ. & COMMVNITER Doct. in d. §. quæſitum. arg. c. Qui ad agendum. de procur. lib. 6. & ita tenent Dyn. in l. contractus. ff. De reg. iur. Bald. & Salicet. d. l. 1. C. commod. Ant. de Butrio, Imol. & COMMVNITER Cano. in c. 1. eod. tit. de commod.* Quod intelligit verum Bart. quantum ad caſus ſimiles caſui expreſſo. non autem comprehenduntur caſus fortuiti maiores expreſſo, *per text. in ſimili. in c. ſedes. de reſcript. ſequuntur alij per text. in l. fin. §. cui dulcia. ff. De trit. vino & oleo legat. & in Clem. non poteſt. de procur. & quæ tradit Bart. in l. quæſitum. 12. §. pen. ff. De fund. inſtru. & Fel. in d. c. ſedes. vbi comprobat pluribus ſimilibus,*
78 *vt per eum, & idem tenuit conſulendo Alex. conſ. 28. lib. 1.* † Sed pro intelligentia quæro, quis dicatur caſus ſimilis caſui expreſſo, & quis dicatur caſus maior? *Alexan. in d. conſ. 28.* ſentit, quòd is caſus dicatur maior, qui rariùs contingit. Sed *Corn. conſ. 128. col. 2. lib. 2.* quòd dicatur caſus maior, qui periculoſior reputatur. Ego crederem relinquendum arbi-
79 trio iudicis. † nam quæ ſimilia dicantur, iudicis arbitrio declaratur, *ſecund. Innoc. Hoſtienſ. & Panormit. in c. cauſam. 18. de iudic. Cyn. in l. non poſſunt. 12. ff. De leg. Felin. in c. translato.*
80 *De conſtit.* Limitatur ſecundò, niſi † ſuſcipiens in ſe periculum in genere, aliàs teneretur de culpa leuiſsima, iſto caſu tenebitur etiam de caſu fortuito, quia niſi intelligeretur ſuſcepiſſe in ſe periculum fortuitorum caſuum, pactum nihi opera-

operaretur, quod non eſt dicendum. *l. ſi quando. 109. ff. de legat. 1. & pro hoc eſt caſus in l. & Ariſtoni. 39. ff. manda. & ita etiam tenet gl. Bart. & alij in d. §. quaeſitum. & Cano. in d. c. 1. & Ludouic. Rom. ſing. 436. incip. tu habes caſum in l. opus. &c. allegat text. quem dicit ſingularem. in l. item quaeritur. §. ſi gemma. ff. loc.* Sed non eſt ſingularis, quia de hoc etiam eſt text. *in d. l. &*
81 *Ariſtoni.* † Ex iſta ratione infert, quòd ſuſcipiens in ſe periculũ, ſi aliàs tenebatur de caſu fortuito, nunc tenebitur etiã, quòd caſus fortuitus culpa aduerſarij prouenerit, dum tamen dolus abſit, vbi aliàs non tenebatur. *l. 2. C. de nauti. fœnor.* & hoc, ne pactum reddatur fruſtratorium. & pro hoc eſt *caſus in l. qui officij. 62. §. fin. ff. de contrah. empt.* Quod reſtringit *Corn. conſ. 38. Quamuis. col. pen. lib. 2.* vt ꝓcedat, ſi caſus fortuitus obueniat culpa aduerſarij in non faciendo, ſecùs ſi obueniat culpa aduerſarij in faciendo, quia ſatis eſt, quòd pactum aliquid operari poſsit, tamen minus debet operari, quàm ſit poſsibile, *ſecund. Bart. in d. §. quaeſitum.* Et eadem ratione ſi periculum ad eum ſpectabat, nunc tenebitur de caſu, ne pactum ſit eluſorium. *l. periculi. 5. ff. de naut. fœnor.* Et eadem ratione ſi poſseſsio rei, cuius periculum in ſe ſuſcepit, non tranſeat ad eum, tenebitur de caſu, quia de culpa pactum non poteſt veriſimiliter intelligi, cum in re, quam quis apud ſe non habet, non cadat veriſimilis culpa, pro quo eſt *text. in l. ſi in venditione. 10. in princ. ff. De peric. & commod.*
82 *rei vendit.* Tertiò limitatur, † ſi quis ſuſceperit in ſe generaliter omne periculum cum iuramento, tunc etiam tenebi-
83 tur de caſu fortuito, † quia iuramentum habet vim expreſsi, *ſecund. Bald. in l. 1. in ſecund. quaeſt. C. commod. & eſt ad hoc bonus text. in c. ex reſcripto. de iureiur.* vbi iuramentum habet vim expreſſae renunciationis. Et *dixit Angel. in l. ſenium. C. qui teſta. fac. poſſ.* quòd iuramentum habet vim ſpecialis & expreſsi cõſenſus, *ſequitur Curt. conſ. 76. Dom. Lud. col. 5.* Et quia, ut ſuprà dixi, ſub generalitate huius verbi, *periculum*, includitur etiam periculum caſus fortuiti, vnde cum in genere iurans potuerit cogitare etiam de caſu fortuito, iuramentum debet eum aſtringere etiam ad caſum fortuitum. *arg. l. qui*

 iure

iure militari. 7. ff. de teſt. mili. & per hanc rationem ita tenuit Imol. *in c. cum contingat. char. 18. de iureiur.* & *Corſet. in rep. rubr. de iureiur. priuil. 38. col. 19.* Contrariam opinionem tenent *Bart. Bald. Alberic. de Roſat. Ang. Fulg.* & *Alex. do. Iaſon in d. §. quæſitum. Ioan. Andr.* & *COMMVNITER Canon. in d. c. 1. Alexand. in d. conſ. 28. lib. 1.* & *conſil. 31. lib. 2.* & *iſta eſt COMMVNIS opinio.* Cuius ratio eſt, quia iura-
84 mentum † non ampliat diſpoſitionem vltra conſenſum iurantis. *l. fin. C. de non num. pecu. ſecund. Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Aretin. conſ. 34. Quatuor dubia. colum. 2.* conſenſus autem ſuſcipientis in ſe periculum in genere, vel renunciantis omnibus exceptionibus non ſe extendebat ad caſus fortuitos, de quibus non cogitabatur, ut ſuprà dixi, ergò &c. Non obſtat, quòd iuramentum habeat vim expreſsi, quia verum eſt, quoad cogitata, ſecùs quoad non præmeditata, *ut probat do. Iaſon in d. §. quæſitum.* & *in l. ſancimus. 27. col. 2. C. De teſtam.* & *in l. ſi mihi & tibi. 12. §. fin. de leg. 1.* Non obſtat, dum dicitur, quòd potuit ſaltem in genere cogitare, quia lex præſumit, quòd in genere non cogitauerit de periculo caſus fortuiti, aliàs generalis renunciatio obligaret abſque iuramento. Cuius contrarium diſponunt iura præallegata.
85 † Triſtis enim aduerſaque fortuna non ſolet eſſe in conſideratione. *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. ff. De verb. obl. l. Iulianus. 6. ff. qui & à quib. manumiſ.* Quartò limitatur, ſi contra-
86 hens in ſe ſuſcepit periculum & fortunam. † licèt enim fortuna capiatur ſæpe in bonam partem, *l. licet. 18. C. de pact. l. fin. C. de tempor. app.* & *l. vnica. C. quando Imperat. inter pup. & vid. cum ſimilib.* tamen ſæpe etiam capitur in malam. *l. ſi vendices. C. de pœn.* ideò ratione ſubiectæ materiæ videtur ſuſcepiſſe in ſe fortunā aduerſam, *ſecund. Bart. in l. ſi is qui. ff. de acquir. hæred. quem ſimpliciter ſequitur do. Iaſ. in d. §. quæſitum. col. 2. pro quo adduco bonum text. in l. reddatur. 8. ibi, qui fortunæ vim ferre profitetur. C. de profeſ. & med. lib. 10.* Aduerte tamen tu ſubtilis indagator, quia in contrarium facit text. *in d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ibi, caſum aduerſamq; fortunam expectare. ff. de verb. obl.* Item obſtat, quia in dubio capienda eſt

interpre-

interpretatio negatiua, quòd non, cenſeatur in ſe ſuſcepiſſe animaduerſionem, vt patet ex ſuprà dictis. Nam vbi quis in ſe ſuſcepit periculum, interpretamur quòd non ſuſceperit caſum fortuitum, licèt ex vi verbi aliud dicendum videatur. Dicamus ergò, quòd verbum *fortuna*, quod etiam propriè poteſt intelligi de bona, debet capi pro commodo, & ſit ſenſus, quòd ſuſceperit periculum & fortunam, id eſt, commodum & incommodum. Niſi fortè reſpondeatur, quòd ita intelligendo verbũ *fortuna*, nihil operabitur, quia aliàs ad eum commodum ſpectabat. ad quod poſſet replicari. ſed non inſtabo, quia *COMMVNIS opinio eſt cũ Bart. in d. l. ſi is qui. ſecund. quam conſuluit Corne. conſil. 23. videtur. col. pen. lib. 2. & conſil. 38. col. antepen. eod. lib.* Habes itaque ex præmiſsis, quando conductor teneatur ad penſionem tempore peſtis vel alterius aduerſi caſus. Sed pro pleniori intelligentia, quia ſuprà traditæ ſunt quàm plurimæ fallentiæ ad regulam generalem, quæ eſt, quòd ſuſcipiens in ſe periculum vel renuncians omnibus exceptionibus, non teneatur de caſu, niſi in caſibus expreſsis in dictis fallentijs. Nunc illi caſus & generalis concluſio, quòd periculum aduerſi caſus ſpectet ad conductorem vel emptorem, recipiunt quàm plurimas reſtrictiones. Prima reſtrictio, niſi culpa aduerſarij obue-
87 nerit † caſus *l. 2. C. de naut. fœnor. l. qui officij. 62. §. fin. ff. de contrah. empt.* quas leges dicit *Rom.* vendidiſſe octo ducatis, *in ſing. 435. exordiente, Tu ſcis quòd quis.* Si peſtis ergò inſurgeret culpa locatoris, remiſsio deberet fieri conductori, etiamſi animaduerſionem conduxiſſet, *facit text. in l. ſi merces.*
88 *25. §. culpa. ff. loca.* vbi Bart. & alij notant, † quòd, ſi cõductor propter inimicitias locatoris damnum patiatur, ſibi tale damnum debet à locatore reſarciri, prout etiam conſuluit *Soci. conſil. 70. Inſtrument. identitatis. col. 2. lib. 3.* Secunda reſtrictio, niſi facto aduerſarij ſuſcipiens in ſe caſum incidat
89 in periculum. † Quod intelligo, vt iſta reſtrictio differat à præcedenti, etiamſi factum aduerſarij ſit iuſtum & à culpa remotum. Exempli gratia, locator iuſtè bellum mouet, vel ei mouetur iniuſtè, cuius belli occaſione conductor

damnum

damnum patitur, huius certi damni habenda eſt ratio, etiamſi conductor animaduerſionem conduxerit, *ſecundum Paul. de Caſtr. poſt Barto. in l. eotem. ferro. 11. §. qui maximos. ff. de publ. & in d. diſp. incip. Publicanus quidam. & Petr. de*
90 *Anchar. conſil. 414. viſo inſtrumento.* † nam ſi tui occaſione ego iniurier ab aliquo, contra te mihi datur actio ad damna.
91 *l. nam & Seruius. 21. ff. de neg. geſt.* † Et ibi not. quòd ſi vnus ex pluribus captiuis fuerit relaxatus cum pacto redeundi, & pro omnibus taleam conuentam afferendi, & contingat, quòd non reuertatur, & alij compellantur pro eo ſoluere, certè contra ipſum eis competet actio negotiorum geſt. etiamſi eſſet indebitè captiuatus, quia propter eius factum coacti ſunt ſoluere. & illum text. reputat vnicum in iure Bald. *in c. ex reſcripto. col. 1. de iureiur. Et per illam l.* determi-
92 nat *ibi Bart.* quem alij ſequuntur, † quòd captus pro repræſalijs propter factum communis habet ius repetendi quæcunque expendit ab ipſo communi. & idem dixit *Bart. in l. 2. §. fin. vbi Moderni. ff. de verb. oblig. & in tract. repræſaliarũ. & Panor. conſil. 21. In quæſtione, quæ ad præſens. lib. 2.* vbi infert ad aliam pulchram quæſtionem, quam tu ipſe videas. Et per illam legem decidit *Panormit. conſil. 60. Quoniam ſatis*
93 *abundè. lib. 1.* † quòd fideiuſſor coactus ſoluere indebitum per iniuriam & violentiam ſuperiorum, habet regreſſum contra principalem, quia talis violentia proceſsit facto ipſius principalis. Et dicit *Bart. in l. creditor. 102. ff. de ſolut. &*
94 *in tract. de tyran.* † quòd debitor coactus propter iniuriam creditoris alteri ſoluere, ope exceptionis conſequitur liberationem. ſequitur *Ancho. conſil. 64. In cauſa quæ vertitur. Alex. conſil. 57. col. fin. lib. 1.* Et not. *dicit Corn. conſil. 12. licèt diffusè. col. 3. lib. 4.* quòd tale factum habetur pro culpa, etiamſi culpa careat. Et idem *dixit Corn. conſil. 23. videtur lib. 2.* adducens Bald. *in c. 1. §. ad hæc. de pace iuram. firm.* vbi con-
95 cludit, quòd † venditor gabellæ cenſetur ꝓmittere datiarijs nihil facere, propter quod impediatur gabellæ exactio. & idem firmat *Corn. conſil. 38. quamuis. col. pen. eod. lib.* Tertiò
96 reſtrictio, † ſi locator vel venditor poteſt caſum occurſum amouere

amouere, & non vellet, tunc conductor, qui ſuſcepit in ſe periculum, non teneretur de caſu. *l. ſi fundus. 33. ff. loca.* per quem text. ita decidit Bald. *in l. ſi ea lege. 17. C. de vſur. Corn. in d. conſ. 12. Lud. Rom. in d. conſil. 178.* Et ideò, ſi Domini Conſules Auenionenſ. fuiſſent interpellati, vt includerent vel expellerent auctionatorem piſcium, qui peſtem intromiſit, & recuſaſſent, procul dubio datiarijs reſtaurum deberetur, etiam quòd in ſe ſuſceperint caſum fortuitum.
97 Quarta reſtrictio, † ſi caſus eſſet inſolitus, conductor, qui ſuſcepit in ſe caſum, aduerſamq; fortunam, de tali caſu inſolito non teneretur, *ſecundùm Bart. & COMMVNITER ſcrib. in d. §. quæſitum. per text. in l. fiſtulas. 78. §. frumenta. ff. de contrah. empt. idem tenet Bart. in l. Seio. 10. §. medico. ff. de annu. leg. Bald. in l. falſus. 19. col. pen. C. de furt. Bald. & Salic. in l. licèt. 8. C. loca. Ang. conſ. 174. Præmittendum eſt. Alex. conſi. 28. in 2. dub. lib. 1.* vbi conſuluit, conductorem non teneri de caſu ſiccitatis inſolitæ, & ibi ampliat, etiamſi interueniat iuramentum, quia de tali caſu non intelligitur cogitatum, & inſtrumentum non operatur ultra conſenſum, ut ſuprà dixi. idem *dixit Alex. conſil. 108. col. pen. lib. 3.* vbi concludit, datiarijs remiſsionem eſſe faciendam, ſi occurrat peſtis inſolita & extraordinaria, etiamſi in ſe ſuſceperint caſum fortuitum. idem tenuit *Soci. conſil. 122. Circa præſentē conſultationem. lib. 4. Bert. in tract. de gabellis. quæſt. 25. 2. partis. allegans l. fin. C. de action. & obl.* idem viſus eſt velle *Alber. de Roſ. in d. §. frumenta.* inferens ad ſtatutum Paduæ diſponens, quòd villa teneatur ad emendationem damni dati ex incendio, ſi fulgor de cœlo cadat, propter quem ignis inſolitus exoriatur, dicit villam non teneri *per illum text.* & idem tenet *Alb. in d. §. medico. ſequitur Felin. in c. ſedes. de reſcript. Fulgoſ. conſil. 183. Factum, ſuper quo conſilium petitur. in ult. dubio.* vbi conſuluit, conductorem molendini, qui in ſe omnem caſum ſuſceperit, non teneri, ſi flumen mutauerit alueum, quia de tali caſu non videtur cogitatum. Idem voluit *Imol. in l. pretia re-*
98 *rum. 63. ff. ad l. Falc. ad fin.* vbi tenet, † quòd emens frumentum ad credentiam precio, quo valuerit de menſe Maij, non

tenetur ad ſummam immoderatam, ſi eueniat cariſtia inſolita. *ſequitur Dom. Iaſ. in d. §. quæſitum.* quod nota, quia eſt practicabile & quotidianum. Contrariam opinioné tenet *Bald. Ang. Fulg. Paul. de Caſtr. & Alex. ſibi ipſis contrariantes in d. §. quæſitum. & Imol. in d. c. 1. & Alex. in d. l. precia rerum. in fin.* vbi reprehendit Imol. dum vult, quòd debitor poſt moram non teneatur ad precium, quanti plurimi valuit frumentum tempore ſuperuenientis cariſtiæ. & quantum ad debitorem moroſum fortè Alex. melius loquitur. Mouentur omnes iſti *per text. in d. §. frumenta.* quem dicunt facere pro hac ſecunda opinione. licèt Bart. & ſequaces eum adducant pro contraria parte. difficultas ergò reducitur *ad intellectum d. §. frumenta.* Inprimis Bald. dicit, quòd non probat intentionem Bart. quia venditor, qui ibi ſuſcepit in ſe caſum tempeſtatis, ſolùm tenetur, ſi immoderatæ niues prę-ter conſuetudinem tempeſtatis frumenta corruperint, non ſi niues euenerint, ſecundùm conſuetudiné regionis, quia tunc non poteſt dici caſus fortuitus, quia ſtante regionis conſuetudine potuit præuideri. Adde, quòd ſi illa verba *præter conſuetudinem regionis*, ad corruptionem frumenti referuntur, prout referenda videntur, cùm non ſit veriſimile, quòd in regione eſſet conſuetudo, quòd frumenta niuibus corrumperentur, tunc nullo modo ibi probabitur *opinio Bart.* imò retento, quòd dicatur caſus fortuitus etiam ille, qui eſt conſuetus euenire, eſſet ibi caſus pro opinione contraria, qui decideretur ibi, venditorem, qui ſuſcepit in ſe periculũ, teneri de inſolita corruptione frumenti, non de ſolita. Cuius contrarium eſſet dicendum, retenta opinione Bart. & ſequacium. Ideò *Salic. in l. licèt. ad fin. C. locat.* circa illum textum dixit, quòd venditor, qui ſuſcepit in ſe caſum tempeſtatis, intelligitur ſuſcepiſſe caſum notabilis tempeſtatis, quæ reducat fructus ad exiguitatem, non caſum modicæ & conſuetæ tempeſtatis, & reuera iſte fuit ſenſus Legislatoris. Mihi tamen placet *opin. Bart.* non per illum text. ſed per rationem præallegatam, quia de caſu fortuito inſolito non præſumitur cogitatum. Ad arg. Bald. dicentis, quòd omnis caſus for-

99 ſus fortuitus eſt inſolitus, aliàs non eſſet fortuitus, † reſpondetur, quòd caſus fortuitus poteſt dici inſolitus & non præuiſus dupliciter: Primò in ſpecie, ſi, & quando debeat euenire, tamen in genere potuit præuideri. & in iſtis terminis loquitur Bald. Secundo modo poteſt dici inſolitus; & non prouiſus in genere, nec in ſpecie, ut, quia in imaginatione ſuſcipientis caſum veriſimiliter non cadebat, & iſto modo ꝓcedit *opinio Bart. quæ eſt* COMMVNIS, ut patet ex pręmiſsis. Et hanc concordiam tradit *Corn. conſil. 12. Licèt diffuſi. col. 1. lib. 4.* vbi not. dixit, quòd omnis caſus fortuitus poteſt dici inſolitus. *d. §. frumenta.* ſecundùm vnum intellectum Sed aliqui ſunt inſoliti, qui licèt in ſpecie præuideri non poſsint, tamen in genere præcogitari potuerunt veriſimiliter, ut in ſimili dicitur, *in l. qui iure militari. 7. ff. de teſt. milit.* Aliqui verò ſunt inſoliti in ſuperlatiuo gradu, & iſti ſunt, de quib. in genere, nec in ſpecie ſuſcipiens in ſe caſum nõ præſumitur cogitaſſe, meritò ad iſtos non extenditur pactũ. Sicut in ſimili dicitur, *per Dom. Ant. de Butr. Imol. Panor. & Card. in c. cum contingat. & in c. Quinta vallis. de iureiur.* quòd iurans non cõtraue-
100 nire † laudo ratione alicuiꝰ læſionis, nõ præſumitur cogitaſſe
101 de enormiſsima læſione & iſta eſt optima concordia. † Sed punctus eſt, poſſe diſcernere, quis dicatur caſus inſolitus, de quo non præſumitur cogitatũ. *Bart. in d. §. Seio.* dicit, quòd ille dicitur caſus inſolitus, qui nõ ſolet ſemel euenire in mille annis. Quæ verba cũ myſterio poſita arbitratur *Deci. conſ. 7. col. pen.* ſed *Dom. Alex. in d. conſ. 108.* dixit Bart. loqui exemplificatiuè, & propterea illud exemplũ non reſtringere. *l. damni infecti. 30. §. fin. ff. de damni infect.* vnde cõcludit, quòd ille dicatur caſus inſolitus, qui non ſolet cõmuniter contingere, & de iſto non præſumitur cogitatum, ſecundùm eum. *Corn. autem ind. conſil. 12.* dixit in propoſito, caſum dici inſolitum, qui euenit præter omnem ſimilitudinem & cogitationem prudentis viri, licèt fortè à prudentiſsimo & diligentiſsimo præuideri & imaginatione concipi potuiſſet, vt in caſu ſuo, quòd Florentini occiderint legatum Cardinalem, vel quòd Turca veniret Romam. Breuiter in hoc puncto poſſunt plura trutinari,

tinari, ſi caſus ſit inauditus, eſt expeditum, quòd de eo non præſumitur cogitatum: ſi verò talis caſus quandoq; euenit, ſed non in illa regione, & tunc etiam de eo non præſumitur cogitatum, quia, vtrum ſit caſus ſolitus vel inſolitus, ad conſuetudinem regionis recurrendum eſt, *ſecundùm gloſ. in d. §. frumenta.* Si verò ſit caſus, qui euenerit quandoque in regione, tunc inſpiciendum eſt, à quanto tempore euenerit. *Decius in alleg. conſil.* videtur velle, quòd requiratur, quòd à mille annis non euenerit, niſi ſemel. Alex. ut ſuprà dixi, tenet ſatis eſſe, quòd communiter non ſoleat euenire. Credo quòd dicatur caſus inſolitus, de quo cogitatum non præſumatur, ſi rariſsimè ſoleat euenire, *vt eſt de mente Bart. in d. §. medico.* dum inter caſus inſolitos enumerat immoderatas niues, & idem voluit *Corn. conſ. 182. in hac cõſultatione. col. 4. lib. 4.* dum pluuiam inſolitam computat inter inſolitos caſus, de quibus cogitatum non præſumitur, ſi rariſsimè in regione ſoleat e-
102 uenire. † Dicitur autem rariſsimè caſus euenire, ſi in centũ annis non eueniat, niſi ſemel, *ſecund. eundẽ Corn. conſil. 23. videtur. col. pen. lib. 2. & Soc. conſil. 123. lib. 4.* eum caſum rariſsimè putat euenire, ſi longiſsimo tempore viſus non fuit,
103 & ſic qui ab annis 40. non euenit. † Tempus enim longiſsimum dicitur tempus annorum 40. *vt not. in rubr. C. de præ-*
104 *ſcrip. long. temp.* † Credo tamen, quòd judex debeat arbitrari tempus conſideratis qualitatibus & circumſtantijs ca-
105 ſus fortuiti. † Quid enim ſi à 10. annis remotiſsimus Perſarum rex venerit cum maximo exercitu ad deprædandam Galliam, & contingat quòd iterũ hoc anno reuertatur, & multa damna inferat, exiſtimabítne judex iſtum caſum ſolitum, & de eo à contrahentibus cogitatum? Videretur ex præmiſſis, quòd ſic, quia à pauco tempore euenerat. Ego tamen arbitrarer contrarium, conſideratis circumſtantijs & qualitatibus huius caſus. Quis enim exiſtimaſſet tam remotiſsimum regem, etiamſi ſemel in Galliam irruperit, arma mouere contra Chriſtianiſsimum Francorum regem? Certè
106 nemo conſiderata locorum diſtantia, & inuictiſsimi † Francorum regis potentia, contra cuius vexilla nemo debet ſibi

honorem

honorem præſumere, *teſte Bald. conſil. 217. Ego puto, quòd ab*
107 *iniuſta ſententia lib. 3.* Eſt enim vera concluſio † quòd, ubi lex dicit agendum eſſe ſecundùm veriſimilitudinem, tunc ad arbitrium iudicis oportet recurrere, qui arbitrabitur vtrum ſit veriſimile, nec ne? *ſecund. Card. in Clement. cauſam. verſ. verum. in 1. not. per illum text. de elect.* & vbi tempus non eſt determinatum, relinquitur arbitrio iudicis. *l. 1. ff. de iur. delib. cum ſolutis concord.* Vera ſit igitur opinio *Bart. & COMMVNIS*, quòd ſuſcipiens in ſe caſum, non intelligitur ſuſcepiſſe
108 caſum inſolitum. Sed hîc alia dubitatio proponitur. † Pone quòd conductor ſuſceperit in ſe omnem caſum fortuitum, tàm præuiſum & cogitatum, quàm non præuiſum & non cogitatum, an tunc teneatur etiam de caſu inſolito? Reperio *Corn. in d. conſ. 24. lib. 2.* dicentem, quòd ſi occurrat caſus, de quo nullus, quamuis prudentiſsimus, cogitaſſet, conductorem non teneri. Nec obſtant verba pacti, *quàm non præuiſum & non cogitatum*, quia ſunt intelligenda de caſu non præuiſo & non cogitato à viro prudenti, non de caſu non præuiſo etiam à prudentiſsimo. In contrarium tamen facit *doct. Bart. in l. ſi de certa. 31. C. de tranſact. & in l. cum Aquilia-*
109 *na. 5. ff. eod.* vbi vult, † quòd ſi dicatur in ſpecie, quòd tranſactio trahatur etiam ad incogitata, tunc omnia etiam non præuiſa includuntur. Niſi dixeris, quòd deciſio *illa Bart. in d. l. cum Aquiliana.* rectè intellecta, probat diſtinctionẽ Corn. nam in quantum Bart. ibi vult, quòd compromiſſum vel tranſactio cum clauſula, *quod etiam ad incogitata* trahatur, comprehendat etiam ea, de quibus non erat lis: talis deciſio ſanè debet intelligi, videlicet de his, de quibus non erat lis de præſenti, poterat tamẽ probabiliter moueri, non autẽ trahi debet ad ea, de quib9 lis eſſe non poterat ꝓbabiliter, id eſt, ad ea, quæ liquida erant & deciſa, quia de illis etiam prudentiſsimus in genere non cogitaſſet, *ſecund. D. Iaſ. in l.*
110 *1. col. 2. ff. de tranſact.* † Item dubitari poteſt, quid ſi aliàs ad eum, qui ſuſcepit in ſe aduerſam fortunam, ſpectabit periculum caſus fortuiti, an teneatur de caſu inſolito? Videtur quòd ſic, ut pactum aliquid operetur. *l. ſi quando. 109. ff. de*

 legatis.

legat. 1. In contrarium facit, quia ſatis eſt, quòd aliquid aliud operetur, aut quòd teneatur de caſu etiam obueniente culpa locatoris, *l. quid officij. §. fin. ff. de contrah. empt. & ſuprà dixi.* Venio ad conductores operarum. Et primò quæro,
111 An Doctores, † qui iſto anno non legerunt propter peſtem, debeant habere integra ſtipendia, an pro rata temporis, quo legerunt? Videtur quòd pro rata temporis tantùm. Nam conductori datiorum & prædiorum remiſsio debetur, ut ſuprà concluſum fuit. Ita conductori operarum ſalarium remittendum dicamus. Secundò, quia intuitu laboris ſalari-
112 um videtur doctoribus debitum. labor † autem & tempus diuiſionem recipiunt. *l. Seio. in prin. ff. de ann. leg.* ergò pro rata temporis ſalarium debebitur. benè facit *text. in l. 1. C. de*
113 *re mil. lib. 12.* per quem decidit ibi Bart. quòd, ſi miles † caſu ab hoſtibus capiatur, conſequi non debet ſalarium durante tempore captiuitatis, quia non ſervit. *Et per d. l. Seio.* infert *Bald. in l. 1. C. de leg.* quòd ſi Doctor debeat duas ſedes regere, & non regat niſi vnam, vel debeat legere per annũ, & non legat niſi per ſex menſes, ei non debetur ſalarium, niſi pro rata laboris & temporis. Imò idem *Bald. in l. ædem. col. 3. C. loca.* tenuit, quòd Doctori, qui legit per ſex menſes tantùm, nihil debeatur. Et idem dicit in medico conducto ad medendum, quia vnus caſus tantum poteſt valere, quantum mille. Tertiò facit pro hac parte *text. in l. Si vno. in no-*
114 *ua edit. eſt l. ex conducto. 15. §. item cum quidam. ff. loca.* † vbi vectori impedito nauigare caſu fortuito integra merces totius navigationis non debetur, & ſoluta repetitur, licèt per eum non ſtetit, quò minus nauigaret. In contrarium, quòd debeantur Doctoribus integra ſalaria, videtur caſus in *l. qui operas. 38. ff. locat. & in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraord. cogn.* vbi dicitur, qui operas locauit, totius temporis mercedem habere debet, quia per ipſum non ſtetit, quò minus operas præſtet. Ad idem facit *text. in l. pen. & ult. C. de condict. ob cauſam datorum.* vbi dicitur datum ob cauſam aduocationis non repeti, ſi caſu aduocatus prohibeatur operas præſtare. & *in l. 3. C. de agentib. in reb. & in l. ſi quis. 11. C. de proximis ſacr.*

ſcri.

ſcri. lib. 12. & in l. fin. C. de dome. & protect. lib. 12. Quid tenendum? Iſtam quæſtionem format *Bart. in d. §. diuus.* & concludit ſalarium integraliter deberi pro toto anno, *per iura ultima loco allegata,* & ante eundem decidit *Innoc. in c. propter ſterilitatem. de locat.* & ibi Imol. dicit, *ita COMMVNITER tenere Legiſtas & Canoniſt.* & ita conſuluit *Dec. conſ.*
115 *70. per tot.* Hinc dicit *gl. in d. §. Diuus.* † quòd ſi pendente anno moriatur Doctor vel aduocatus, hæredibus debetur ſalarium totius anni. Et idem dixit *Bald. in l. 1. C. de ſuffr.* & *Dom. Iaſ. poſt alios in l. diem functo. 4. col. 9. de offic. aſſeſſ.* Et eadem ratione, ſi prætor moriatur, debebitur hæredibus integrum ſalarium totius anni. Et *ſecund. Bart. Ange. Bald. & COMMVNITER alios. in d. l. diem functo. & Bart. in d. l. fin. C. de domeſt. & protect.* ibi idem concludit in hæredibus aſſeſſorũ, quibus datur actio contra prætorem pro toto anno. Et iſta eſt veriſsima ſententia, quæ clarior apparebit ex reſolutionibus contrariorum. Non obſtat ergò, quòd conductori ex natura contractus fieri debeat remiſsio, quia veteres non crediderunt inter doctorem, aduocatum, prætorem & ſimiles, locationem & conductionem eſſe, ſed magis operam be-
116 neficij loco præberi, † & id quod datur, ad remunerandum dari, & proinde honorarium appellari, *l. 1. §. 1. ff. Si menſ.*
117 *ſal. mo. dix.* † Abſit enim quòd honoris conſecutio dicatur operarum locatio, & quòd probitas animi & intellectus locari poſsit, maximè noſtra legalis ſapientia, quæ precio nummario neque æſtimari neque dehoneſtari debet. *l. 1. §. proinde. ff. de var. & extraord. cogn.* Et ideò Iureconſultus *in d. l. qui operas. §. aduocati.* diſtinxit aduocatos à locatoribus operarum, ut oſtenderet, quòd aduocati non dicuntur locare operas. Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſalarium ſeu honorarium non debetur doctori & ſimilibus intuitu laboris tantùm, ſed propter probitatem intellectus principaliter. nam ſi propter laborem principaliter deberetur, vera eſſet contraria propoſitio. *d. §. item cum quidam.* nam vectori & ſimilibus merces debetur propter laborem tantùm. Et
118 ideò ſi certum ſalariũ † fuiſſet promiſſum artifici pro domo

conſtruenda

conſtruenda, & pictori pro domo depingenda, & propter peſtem aufugeret, non deberetur ſibi integrum ſalarium, ſicut nec vectori. Et ſi tu opponas de ratione *d. l. qui operas.* videlicet quòd per ipſũ non ſtat,&c. Reſpondeo, aut non ſtat per locatorem operarum, ſed per conductorem & procedit illa ratio: Aut non ſtat per locatorem nec per conductorem, ſed per caſum fortuitum, & procedit præmiſſa diſtinctio: Aut merces debetur propter laborem, aut propter probitatem intellectus principaliter, *ſecund. Bart. in §. item diuus. & gl. in d. §. cum quidam.* In his enim, quæ honoris beneficij remunerandi gratia præſtantur, largior fit interpretatio, quàm in oneribus & operibus mechanicis. *l. ſi longius. 18. §. fin.* & *l. Sed & ſi ſuſcepit. 52. §. Si libertus. ff. de iudic. & l. falſa. 33. §. fin. ff. de condi. & demonſtrat. quæ iura ad hoc allegat Bald. in l. 1. C. de ſuffrag.* Non obſtat deciſio *Bald. in d. l. edem.* quia procedit, quando ſtat per Doctorẽ, quò minus legat per integrũ tẽpus, ut quia ſibi placet vacare, ab amica fortè munere
119 legendi revocatus, *ſecund. Deci. in d. conſil. 70. col. fin.* ideò ſi Doctor legens † ſe abſentet tempore lecturæ abſque licentia
120 ſuperioris, non debet habere ſalarium, *ſecund. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro pat. col. 8.* Sed pone, quòd † diu perduret peſtis, ita ut non ſolùm per annum, ſed etiam per biennium Doctores impediantur legere, an pro vno anno tantùm, aut pro toto tempore, quo durabit peſtis, conſequatur ſalarium? Videtur, quòd pro toto tempore, quia militant rationes præallegatæ, cùm per eos non ſtat, & quia propter probitatem ingenij debetur. Bart. *in d. §. Diuus.* mouet dubitationem, & reſpondet diſtinguendo: Aut erat vna præſtatio facienda pro toto tempore, & pro toto habebit ſalarium; Aut erat facienda præſtatio annua, & tunc pro eo anno tantùm, quo Doctores inceperunt legere, *per text. in l. poſt duos. 15. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.* Nam ſi Doctoribus ſit promiſſum certum ſalarium pro quolibet anno, tot cenſentur obligationes, quot ſunt anni, *ſecundùm eum.* Et ſic in effectu vult, quòd ſi pro tribus annis ſit conſtitutum ſalarium trium millium ducatorum, quòd dicatur vna obligatio & vna locatio

catio,& conſequenter debeatur integrum ſalarium omnium trium annorum. Sin verò ſint promiſſa mille pro quolibet anno, debeatur ſalarium illius anni tantùm, quo legere incœpit. Idem firmant *Bald. & Sali. in d. l. poſt duos. & Salic. in l. ſed addes.19. §. fin. ff. locat.* Quod ultimum declara procedere, ſi ſalarium & præſtatio ſit diuiſa per annos, ut in exemplo præmiſſo, ſecùs ſi ſalarium ſit vnicum, & præſtationes diuiſæ. Exemplum, ſi Doctori ſit conſtitutum ſalariũ trium millium ducatorum pro integro tempore totius locationis, & poſtea ſint diuiſæ præſtationes per annos vel menſes, tunc vna eſſet obligatio, & ſalarium pro toto tempore deberetur. *arg. l. lecta. 40. ff. Si cert. pet.* Secundò declara procedere, niſi Doctor ſit conductus ad legendum vnum volumen, puto Infortiatum: iſto caſu, quia obligatio limitatur reſpectu certi facti, vna erit obligatio. *l. ea lege. 51. §. locaui. ff. locat. ſecund. Bart. in d. §. Diuus. ſequitur Ioan. Bapt. de S. Seue. in l. diem functo. in 10. q. ff. de offic. aſſeſſ.* Tertiò declara præmiſſa omnia, ſi obligatio legendi erat reſtricta ad locum, in quo propter peſtem legere impediuntur. Secùs ſi Doctores ſint conducti ad legendum in loco, vbi nunc vigeat peſtis, vel alibi, vbi placuerit Reipubl. Auenion. Nam iſto caſu, ſi non deputetur Doctoribus alius locus ad legendum, cum tunc non ſtetit per eos, nec propter caſum, ſed propter factum eius, qui debet ſalarium, non aſsignantis alium locum idoneum, debebitur indiſtinctè Doctoribus ſalarium pro toto tempore. *d. l. qui operas. & l. ſi in lege. 24. §. ſi domus. & l. dominus horreorum. 55. §. fin. ff. loc. ſecund. Bart. poſt gl. in d. §. item cum quidam. & Dec. in d. conſil. 70. col. pen.* Quartò declara procedere, ſi propter caſum non incœperunt anno illo legere, ſecùs ſi licentia ſuperiorum diſtulerint initium legendi, & interim ſuperuenit peſtis vel guerra, iſto caſu ſtu-
121 dium habetur pro inchoato, † quia Doctores dicuntur legere eo tempore, quo vacant de licentia ſuperiorum, *ſecund. Bart. in l. hac lege. 14. per illum text. C. de prox. ſacro. ſcrin. lib. 12. Bald. in d. auth. habita. col. 8. & in l. ſi ea conditione. 3. C. de cond. inſer.* Quintò declara, ut procedat, ſi Doctoribus promiſſum

fuit annuum ſalarium ſimpliciter, ſecùs ſi promiſſum ſit etiã tempore peſtis & guerræ, quia tunc eis debetur ſalarium etiam pro eo anno, quo legere non inceperunt: aliàs pactũ eſſet fruſtratorium, quod non eſt dicendum, *ſecund. Bart. in l. Sed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. & dixi ſuprà.* Et ita Reſpubl. Auenionenſis conuenit mecum, aliàs non veniſſem
122 ad legendum propter caſum peſtis, † quem intellexeram frequenter occurrere in regione hac alioquin amœna, & admodum pacifica, ac etiam, ut arbitror, ſaluberrima, ſi me-
123 liore vteretur regimine. Sed hîc quæro, † quid ſi vnus ex Doctoribus pendente peſte iuerit ad legendum in Vniuerſitatem Valentinam, vel aliò, an debeat habere ſalarium ab Vniuerſitate, à qua diſceſsit propter peſtem, pro toto anno vel tempore, modo quo ſuprà concluſum fuit? Et idem punctus formari poteſt in aduocatis, aſſeſſoribus, & ſimilibus. Breuiter concludendum puto, quòd non debeat conſequi ſalarium eius temporis, quo præſtitit operas alteri Vniuerſitati. *per text. in d. l. ſed addes. §. fin. ff. loca. & in d. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſ.* vbi Bart. aſsignat rationem, quia quando Doctor non præſtitit alteri operas, lex fingit eum legiſſe, ex quo per eum non ſtetit. Sed quando ſe cum alijs ad legendum collocauit, lex non poteſt fingere, cum nemo poſſit duobus dominis ſeruire. *l. nemo. 13. C. de aſſeſſ.* & ſuper impoſsibili lex non fingit, *ut per Bart. in l. Si is, qui pro emptore. 15. ff. de vſucap. per text. in §. minorem. Inſtit. de adopt.* vel ea poteſt eſſe ratio, quia ceſſat intereſſe doctoris, cùm ab alio mercedem acceperit, *ut dicitur in d. §. fin.* nam etiam Doctores agunt ad intereſſe. *l. ex conducto. 15. ff. loca.* Sed ſuboritur
124 dubitatio. † Quid ſi Doctor legit alibi pro minori ſalario, an reſiduum conſequi poterit à primo, cui propter peſtem non præſtitit operas? *Bart. Paul. & COMMVNITER Doct. in d. l. diem functo.* concludunt, quòd poſsit conſequi à primo, quando minus conſecutus fuit à ſecundo, *arg. l. ſi quis à ſocio. 41. ff. Pro ſocio. l. prædia. 28. ff. de actio. empti.* Sed recolendæ memoriæ *Dom. Lancelo. Dec.* fuit in contraria ſententia, quia ſi Doctor ſeruiuit alteri, non poteſt fingi per legem,

gem, quòd duobus ſeruierit. *d. l. nemo.* cùm ergò ceſſet ratio aſsignata per Barto. ceſſare etiam debet diſpoſitio. *vulgata l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iure patrona.* & ſic eſt neceſse fateri, quòd *iſta deciſio* non eſt vera, aut quòd *ratio Bart.* eſt falſa. Ego non diſcederem vllo pacto ab hac deciſione
125 COMMVNITER approbata, quam comprobo, † arguendo de tempore ad rem, quod eſt validiſsimum argum. *l. miles ita. 41. ff. de teſtam. milit.* Sed pro rata temporis, quo vacauit propter peſtem, antequam alibi legere incœperit, omnes concedunt, ſalarium ipſi à primo deberi, ergò etiam debebitur pro rata rei. Secundò corroboro, quia *text. in d. §. fin.* ad hoc, ut ipſi non debeatur ſalarium pro tempore impedimenti caſualis, exigit, ut impeditus operas præſtare non receperit mercedem ab alio, vnde ſi nihil recepiſſet Doctor, verum eſſet, à primo totum ſalarium deberi. Ergò idem de
126 parte dicam † arguendo de toto ad partem. *l. qui de tota. 76. ff. de rei vend.* Ad contrarium reſpondeo, quòd licèt ceſſet *ratio Bart.* tamen militat ratio intereſſe, vnde non debet ceſſare diſpoſitio, ex quo vna ex duabus rationibus permanet. *§. affinitatis. Inſtit. de nupt.* vel fortè concordari poſſunt opiniones diſtinguendo. Aut Doctor promiſit operas pro tempore, quo erit impeditus, eas primo præſtare, & tunc procedat *COMMVNIS opinio.* Aut promiſit operas ſecundo uſque ad certum tempus ſimpliciter, & tunc procedat *opinio d. Lancelo.* Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu, promittendo operas pro tempore impedimenti tantùm, non cenſetur Doctor diſcedere à primo contractu, cum ceſſante impedimento velit præſtò eſſe ad ſeruiendum primo. Secundo caſu, promittendo uſque ad certum tempus ſimpliciter, cenſetur velle diſcedere à primò contractu, cùm non ſit poſsibile, ſi ceſſaret impedimentũ eo tempore, quo promiſit ſecundo, quòd eo caſu vtrique eodem tempore ſeruire poſſet. *d. l. nemo.* Sit ergò Doctor cautus, nec alteri promittat, niſi pro tempore impedimenti, aliàs perderet reſiduum ſalarij. Imò ſi ceſſaret impedimentum, teneretur alteri ad intereſſe, quia per ipſum ſtaret, quò minus utrique operas

præſtaret. *l. aduocationis. ult. C. de condict. ob cauſ. dat. l. 2. C.*
127 *loca.* & tenet expreſsè *gl. in d. §. Item cum quidam.* † Sed quid ſi à ſecundo magis ſalarium conſequatur, quàm à primo, an ſupra plus teneatur Doctor dare primo ſtipulatori? Videtur quòd ſic, quia qui in vno grauatur, in alio debet alleuari, *l. eum qui. 30. ff. de iureiur.* Sed primus tenetur Doctori reſarcire, quantò minus conſequitur à ſecundo, ergò æquum videtur, ut primo debeatur emolumentum quanti pluris. *facit text. in §. illud. Inſtit. de ſoc. & in l. ſecundùm naturam. 10. ff. de reg. iur.* In contrarium facit, quòd decidit *Dom. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in d. l. diem functo. q. 16.* vbi vult, quòd hæredes prætoris nullum ius habeant in ſupra pluri, quod conſequuntur aſſeſſores ab altero prætore, cum quo, mortuo primo, ſe collocarunt. Niſi reſpondeas, *quòd deciſio iſta de aſſeſſoribus* ideò procedat, quia mortuo primo prætore, aſſeſſores ſunt liberi ab obligatione præſtandi operas. *d. l. diem functo.* & propterea poſsint eas alteri pro arbitrio promittere. Secùs in Doctoribus impeditis legere propter peſtem, qui non poſſunt abſolutè operas alteri promittere, ut ſuprà dixi. Secundò facit, quia induſtria & diligentia Doctoris, qui noluit ſtare ocioſus, debet ſibi & non alteri prodeſſe. *l. 1. C. de alluuionib. & palud.* Quid tenendum? Ego dicerem, quòd Doctor non teneatur dare illud ſupra plus primo ſtipulatori, quia diligentia ſua debet ſibi prodeſſe, & quia non intereſt primi petere illud ſupra plus pro illo tempore. Sed ad ſupra plus, quod ceſſante impedimento peſtis fuit Doctor conſecutus, dicerem eum teneri, vel ad intereſſe in electione primi. *d. l. 2. cum ſimilibus. C. loca.* Inſuper dubitatur,
128 † quid ſi Doctores potuerunt pendente peſte cum eodem vel maiori ſalario legere in alia Vniuerſitate, & noluerunt, an tunc debeant habere ſalarium à primo? *Gl. quam COMMVNITER ſequuntur Doct. in d. l. diem functo.* in aſſeſſoribus determinat, quòd nihil tunc petere & conſequi debeant à primi prætoris hæredibus, quia paria ſunt, quòd operas alteri locauerint, vel per ipſos ſteterit, quò minus eas locauerint. quæ ratio idem videtur concludere in Doctoribus.

129 bus. Sed in contrarium facit, † quia nemo cogitur mutare ſuum creditorem. *l. ſi mandato. 45. ff. manda. poſt princ.* propter quam rationem *Lud. Rom. in d. l. diem functo.* tenuit con-
130 tra glo. & ſequaces. Et pro iſta opinione facit, † quia nemo compellitur acquirere ad vtilitatem ſui creditoris. *l. qui autem. 6. in princ. ff. De his, quæ in fraud. credito.* Et ita tenendo non obſtat deciſio *gl. in d. l. diem functo.* quia loquitur in aſſeſſoribus liberis totaliter ab obligatione præſtandi operas propter mortem prætoris. Nos loquimur de Doctoribus non diſſolutis ab obligatione legendi propter impedimentum peſtis. Et ſi replicaueris, quòd iſtud diuerſificat factum, non autem reddit rationem diuerſitatis: Reſpondeo, quòd ex hoc reſultat clara diuerſitatis ratio. Nam quia aſſeſſores liberi ſunt ab obligatione, videbatur, quòd hæredes prætoris etiam liberi eſſe deberent ab obligatione præſtandi ſalarium. Contrarium tamen ſtatutum fuit *in d. l. diem functo.* & quia grauantur hæredes prætoris præſtare ſalarium pro toto tempore, releuantur in alio, quòd ſi aſſeſſores vel alteri ſeruiant, vel ſeruire recuſent, poſsint compenſare cum ſalario præſtando id totum, quod aſſeſſores conſequi potuerunt ab altero. *arg. l. eum qui. 30. ff. de iureiur.* quæ ratio ceſſat in Doctoribus, qui debent ſemper eſſe parati ad ſeruiendum ceſſante peſte, cuius obligationis ratione conſequuntur ſua ſtipendia pro tempore peſtis. Sicut enim Doctores propter peſtem non poſſent inuito primo à contractu diſcedere, ita etiam ipſi non debent inuiti compelli à contractu diſcedere, & obligationem commutare. Item alia occurrit dubitatio.
131 † An primus, cui Doctores non poſſunt ex cauſa peſtis operas præſtare, poſsit alteri illas operas cedere? Breuiter, aut Doctores promiſerunt legere in certo loco, aut ubi placuerit. Primo caſu, quia obligatio faciendi eſt reſtricta ad locum, certum eſt, quòd non potuerint compelli alibi legere. *l. 3. §. Iulianus. ff. de eo quod cert. loc. ſecund. Deci. in conſil. 70. col. 1.* Secundo caſu recurrendum eſt ad doctrinam *Bart. in l. ſi non ſort. 26. §. libertus. ff. de condict. indebiti.* Vltimò iuxta præmiſſa quæro, Quid ſi in ciuitate ſuperuenerit falſus

 rumor

rumor peſtis, & propter hunc falſum rumorem Doctores ceſſauerint à lecturis, receſſerint ſcholares, mercatores & alij non acceſſerint ad ciuitatem, an talis falſus rumor debeat nocere gabellarijs & conductoribus, an locatoribus? Credo, quòd debeat nocere locatoribus, & fieri debeat remiſſio conductoribus, ac ſi verè peſtis viguiſſet in loco, quia ſufficit timor, propter quem idem ſucceſsit effectus. *l. 3. §. armis deiectum. & §. proinde. ff. de vi & vi armat.* duo enim ſunt tempora, ſcilicet tempus ſanitatis, & tempus peſtilentiæ.
132 Tempus autem quo dubitatur, † an vigeat peſtis vel ſanitas, accedere debet tempori peſtifero magis quàm ſano, quia ad præuidendum inſpicere debemus, quod eſt tutius. *l. generaliter. §. ſi homini libero. ff. de ſtatu lib.* ſicut dicimus, quòd eſt dare tempus pacis, & tempus belli, & tempus treugæ. *c. 1.*
133 *de treug. & pac.* † Tempus autem, quo dubitatur de bello, debet accedere potius bello, quàm treugæ aut paci, quia peior eſt bello timor ipſe belli, *ſecund. Senecam in Tragœdijs.*
134 & ſuſpicio † habetur pro bello, *arg. l. Pedius. 4. in princ. & l. 1. §. ſi ſuſpicio. ff. de incend. rui. nauf.* per quæ iura conſuluit *Per. de Anch. conſil. 88. Præmiſſa facti ſerie.* gabellarijs eſſe faciendã remiſsionem propter damna quæ paſsi ſunt ob timorẽ belli, ac ſi verè geſtum fuiſſet bellum. Nam, *ſecund. Cicer. in oratio.*
135 *pro L. Manilia.* † in vectigalibus non ſolùm aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſint, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio & itineratio conquieſcit. quare ſæpe unius anni fructus vno rumore periculi & vno terrore belli vel peſtis amittitur. *Et hæc de quarto ſpeciali dixiſſe ſufficiant.* Quintò
136 peſtis excuſat à reſidentia. † Nam propter peſtem licet recedere à beneficio, *ſecund. Hoſtienſ. in ſumm. de cleric. non reſid. §. fin. & probatur in c. ad ſupplicationem. de renunc. in arg.* vbi di-
137 citur, † quòd ſi prælatus tutè morari non poſsit in loco beneficij, poteſt illud renunciare. Et melius ꝓbatur *in c. paſtor. 7. q. 1.* vbi propter inimicitias licitè poteſt prælatus ſe abſentare. Ad idem *text. in c. bonæ memoriæ. de elect. & eſt text.*

clarus

clarus in Clem. ne in agro. §. fin. iuncta gl. in verb. rationabili. de ſtatu mona. quam ad hoc allegat *Felin. in c. accedens. 2. ver. ſexta concluſio. vt lit. non conteſt. & D. Iaſ. in l. 2. §. pen. ad fin. ff. Si quis caut.* Nam qui ex iuſta cauſa diſcedit, fingitur eſſe in ciuitate. *l. cùm hæres. 4. §. Stichus ſi hæred. ff. de ſtatu libe. cum*
138 *ſimilibus.* Sed dubitatur, † an liceat diſcedere non obtenta licentia à ſuperiore? Videtur, quòd non, *per text. in c. relatũ. de cle. non reſid* per quem *dicit ibi Io. Andr.* quòd non ſufficit ex iuſta cauſa petere licentiam recedendi, niſi impetretur. Et ſi dicatur, ergò ſuperior poterit ſemper impedire receſ-
139 ſum licitum? † Reſpondetur, ſuccurſum eſſe ei, cui indebitè denegatur licentia per recurſum ad ſuperiorem, qui exigente cauſa poterit compellere prælatum, ut præſtet licenti-
140 am diſcedendi, *argum. c. nullus. de iure patron.* † Et quòd requiratur, ut petatur licentia & obtineatur, videtur *text. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & hoc tenuit gl. in c. cum oportet. de conſecr. diſt. 5.* & videtur generalis regula, quòd ubi lex requirit licentiam ſuperioris, intelligatur requirere duo, ſcilicet, ut petatur, item, ut obtineatur. *l. 2. iuncta gl. C. de in ius voc. per quam ita concludit Dom. Iaſ. in §. pœnales. col. 3. per illũ text. Inſt. de Action.* Quid dicendum? Arbitror diſtinguendum inter petitionem & impetrationem. Dico enim, licentiam eſſe petendam, ſi copia ſuperioris faciliter & ſine periculo haberi poſsit, aliàs ſecùs, cùm tempus & locus ſæpe non patiantur licentiam petere. *l. 1. ff. de exercit. l. tutor qui repertorium. 7. ff. de adminiſt. tutor. ſecund. Ioan. Andr. & Panor. in d. c. relatum.* Quoad impetrationem, puto indiſtinctè beneficiatũ poſſe diſcedere ſubſiſtente cauſa peſtis, inuito & renuente
141 ſuperiore: † quia vbi periculũ eſt in mora, licitum eſt ſpreta nunciatione ꝓcedere in opere. *l. de pupillo. 5. §. Si quis riuos. ff. de nou. oper. nunciat.* Et vbi periculum eſt in mora ante obtentam habilitationem, licitum eſt contrauenire proprio iuramento, *ſecund. Felin. in c. at ſi clerici. §. de adult. colu. 3. de iudic.* *adducit not. per Innoc. in c. venerabilẽ. col. 2. de Elect. & ita tenent Ant. de Butr. Card. & Panor. in c. inter quatuor. per illũ text. de cleric. non reſid. Felin. in c. præterea. col. fin. de ſponſal. benè*

facit

facit dicta gl. & Card. in c. fin. per illum text. eod. tit. vbi concluditur, quòd ſi clericus diſceſsit ſine licentia & iuſta cauſa, ſi ſuperueniat peſtis, excuſatur, etiamſi monitus non reuertatur ad reſidentiam. Quod etiam tenent *Panor. & alij in d. cap. inter quatuor. & idem tenet Felin. in c. cum acceſſiſſent. col. 7. de*
142 *conſti.* vbi ex multis probat † quòd ex cauſa neceſsitatis poteſt omitti conſenſus ſuperioris, vel alterius neceſſarius ad actum, & poſſem ex pluribus alijs comprobare, ſed non curo, quia iſte modus implendi chartas ſimilibus & authoritatibus ſolet lectorem à propoſito legendi diuertere & fa-
143 ſtidium generare. Et iſta notanda ſunt à conſiliarijs, † qui non poſſunt ſine licentia ſuperioris à loco diſcedere. *l. ſi quis decurio. 16. & ibi Bart. C. de decurio. lib. 10.* vigente tamen peſte, poterunt non impetrata licentia à peſtifero loco fugere, *per prædicta.* Sed quæritur, an abſentes ex cauſa peſtis debeant recipere fructus beneficiorũ ſuorum? *Federic. de Senis. conſ. 246. exordiente, De iure communi.* determinat, quòd ſic, *per text. in c. vnico. de cler. non reſid. in ſext. ibi, niſi corporalis aliqua neceſſitas eos excuſet.* Quæ verba *ſecundùm Arch. Ge. & Mod.* comprehendunt omne iuſtum impedimentum. *c. ſi qui. de conſec. diſt. 4.* Et *ſecundùm Doctores COMMVNITER eſt ibi ca-*
144 *ſus* † quòd impeditus iuſto impedimento reſidentiam facere, non ſolùm poteſt percipere fructus ſui beneficij, ſed etiã ratam diſtributionum quotidianarum. *& per illum text. Io. And. Gem. & Peruſ.* inferunt, quòd non audens morari in loco beneficij propter partialitates, ſi ſe illis non immiſcuit, licitè conſequitur etiam diſtributiones quotidianas, quia neceſsitas defendendi corpus ſuum eum cogit abeſſe. Et facit quod vult *gl. in c. ſtatutum. §. 1. verb. non audeas. de re-*
145 *ſcrip. lib. 6.* † Sed iſtud de diſtributionibus quotidianis intellige, verùm ſtante conſuetudine, quòd abſentes ex iuſta cauſa eas percipiant, *prout loquitur ille text.* aliàs abſens non poteſt petere tales diſtributiones, quæ intereſſentibus tantùm debentur. *c. licet. de præben. c. de cætero. de cleri. non reſid.*
146 † Sed pone, quòd præbendæ non ſunt diſtinctæ, ſed ſingulis diebus dantur cuilibet intereſſenti tot panes, tot vini amphoræ,

phoræ, & certæ pecuniæ quantitas, ſed non intereſſentibus nihil præſtatur, an abſentes ex cauſa peſtis aliquid percipere debeant? Videtur, quòd non: quia tales reditus ſolùm intereſſentibus debentur, & ſic tanquam de diſtributionibus quotidianis iudicandum de eis videtur. In contrariũ, quòd debeant eos percipere, facit, quia huiuſmodi reditus loco præbendæ ſunt, aliàs eſſet Canonia ſine præbenda, quod eſſe non poteſt, *ut not. in c. cum M. Ferrar. de conſti. in c. dilectus. de præbend.* Fructus autem præbendæ conſequitur abſens ex iuſta cauſa, vel aliàs impeditus reſidere. *d. c. vn. in Sexto.* ergò etiam hoc conſequi debebit. Et ita videntur tenere *glo. Gem. & alij in d. c. vn.* Mihi placet, quòd ſi non habeat, qui diſceſsit ex cauſa peſtis, vnde viuat, quòd vſque ad alimenta percipere debeat tales reditus. *arg. eorum quæ not. gl. & Doct. in d. c. licèt. de præb. & in c. olim. de verb. ſignif.*

147 Sed dubitatur etiam, † an rector, qui curam habet animarum, nullo conſtituto vicario, poſsit fugere à loco beneficij peſtifero? Conceſſum enim eſt curatis ex cauſa deſeruire per vicarium. *c. extirpandæ. §. quia verò. de præbend. & c. cum ex eo. de electi. lib. 6.* videtur, quòd ſic. Nam etiam rectoribus curatis morbus iſte non parcit, & doctrinæ, jura & rationes præallegatæ militare videntur etiam in curatis. Nam & Petrus & omnes diſcipuli propter metum Iudæorum, relicto Domino, aufugerunt. Et dixit Dominus, ſi vos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, *Matth. 10.* Et fugit Chriſtus in Aegyptum, ac abſcondit ſe, & exiuit de templo. Et Paulus per murum ſubmiſſus fuit in ſportam, *Actor. 9. cap.* Sed in contrarium facit *dictum Saluatoris Iohan. 10.* Bonus paſtor animam dat pro ouibus ſuis, habetur *in c. tres perſonas. 23. q. 4.* item exemplum dedit Chriſtus ſacerdotibus ſuis, ut quemadmodum ipſe fecit, ita & ipſi facerent. *c. ſignificaſti. de elect.* ipſe autem eſt verus & optimus paſtor. *§. ecce. 1. q. 7.* animam poſuit pro ouibus ſuis, & factus eſt obediens uſque ad mortem. Item facit, quia qui exercitui præeſt, tenetur ex officio vigilare pro ſalute exercitus. *l. officium. 12. §. officium. ff. de re milit.* Ita officium

 cium

cium eius qui præeſt ſaluti animarum eſſe deberet, inſudare
148 ne animarum ſalus lædatur. Sic etiam † Dominus tenetur ſubditos ſuos tueri & defendere ab inferentibus eis bellum. *c. 1. de forma fidel. in fin.* alias priuatur proprietate feudi, *ſecund. gl. & Feudiſtas* COMMVNITER *in §. fin. hic finitur*
149 *lex Corrad.* & † ſi miles armatæ militiæ in pace militiam deſerat, gradu deponitur. In bello idem admiſſum capite pu-
150 niendum eſt. *l. non omnes. 5. §. qui in pace. ff. de re milit.* † Sic miles cœleſtis, ſi in pace curam ſibi creditam deſerat, à beneficio deponitur. *c. ex parte. c. fin. de cle. non reſid.* In bello ergò peſtilentiæ, in quo maiori cura & diligentia opus eſt, ſi munus ſuæ militiæ ſubire detrectet, duriori pœna, meo quidem judicio, plectendus videtur. *d. §. qui in pace.* nam pro ſalute animarum tot martyres coronam acceperunt, alij ſecti ſunt, alij exuſti, alij veneno occiſi, alij verbera & varia mortis genera experti. Et reperio hanc ſententiam tenere *Io. de Imo. in d. c. fin. col. 2.* vbi concludit, quòd ſi Eccleſia patiatur defectum in diuinis, abſentem poſſe tempore peſtis compelli reuerti ad reſidentiam, *allegat not. in c. pen. eod. tit.* Eccleſia patiente defectum in diuinis, abſentes cum licentia & iuſta cauſa redire ad Eccleſiam coguntur. Ad contraria ſuprà allegata & ſimilia, quæ copioſius poſſent adduci, reſpondet *Papa in c. aduerſitas. 7. q. 1. fugiat qui ſpecialiter quæritur, dum per alios ſit firma ſalus animarum.* Secùs, ſi generaliter periculum omnibus immineat, & animarum ſalus ſalua eſſe non poſsit. Dicebat enim Apoſtolus, quis infirmatur & ego
151 non infirmor? † Sextò, peſtis excuſat à curſu præſcriptionis, & ſic à negligentia, ut eſt textus, arguendo de guerra ad peſtem. *in c. prima actio. 16. q. 3. & in c. ex tranſmiſſa. de præſcript.* Dormit enim præſcriptio tempore peſtis, *ſecund. Bart. in l. naturaliter. col. fin. de uſucap. Panor. & Felin. in d. c. ex tranſmiſſa. Ant. de But. & Imol. in c. cum non liceat. eod. tit. Bal. & Ang. l. cum notiſſimi. §. imò. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Alex. conſil. 81. Reuocatur in dubium. lib. 5. Pan. conſil. 3. q. 18. & conſ. 18. col. fin. & conſil. 41. ad fi. & conſil. 57. col. pen. & conſ. 94. in 4. dubio. lib. 2. Felin. in c. accedens. 2. verſ. 9. concl. vt lit. non conteſt.*

152 *conteſt.* † Et contra impeditum propter peſtem poſtulare vel præſentare intra tempus determinatum,non currit præſcriptio, & conſequenter non deuoluitur ius ad Epiſcopum, *ſecund. Bald. in conſil. 469. ſanctiſſimæ recordationis. lib. 4.* Iſta concluſio de plano procedit, ſi ex cauſa peſtis non reddatur ius in loco, quia non valenti agere non currit præſcriptio. *l. fin. C. de annal. except.* Sed dubium eſt, quid ſi ibi reddatur ius? *Gloſ. in Clem. quam diu de appell.* ſentit, quòd tunc peſtis non impediat curſum præſcriptionis, & hoc expreſsè voluit *Io. Andr. in c. cum dilecti. de dol. & contu.* exemplificans in vrbe Romana,in qua tempore peſtis ſolet ius reddi. *& ſequitur Dom. Ant. de Butr. dicens*, quòd tempore peſtis, ſi ius dicatur in loco,non excuſatur,appellans à proſequenda appellatione, ſed currunt fatalia, de quo infrà ſubijciam loco ſuo. Et iſta etiam fuit *intentio Bart. in d. l. naturaliter.* dum ſe reſtringit ad mortalitatem anni 1348. quæ maxima fuit,& pro hac opinione faciunt, *quæ dicentur in ſpecialibus iudiciorum.* Sed *Panor. in d. c. cum dilecti.* reſtringit hanc ſententiam, ut non procedat, quando peſtis occurrit propter vehementē aëris corruptionem: & complexio eius, contra quem præſcriptio currit, eſſet talis, quòd veriſimiliter, ſi illuc accederet, de eius morte dubitari poſſet. Quam mortem debet homo fugere, quantum poteſt, deinde ſe DEI miſericordiæ commendare. *c. ſi nulla. 23. q. 8.* & ſic vult, quòd modica aëris corruptio non excuſet, ubi ius redditur in loco. Nec etiam vehemens aëris intemperies excuſabit, *ſecund. eum*, ſi talis ſit complexio perſonæ, quòd veriſimiliter non debeat mortem incurrere, & ſequitur *Dom. Alex. in l. de ætate. §. fin. ff. ad Trebell.* Ego in iſto puncto conſidero duos caſus. Primus eſt,in præſente,& commorante in loco peſtifero, in quo ius redditur. Et iſto caſu videtur dicendum, quòd eum peſtis non excuſet, quia poteſt agere, nec admittitur ad allegandum periculum peſtilentiæ, cum contrario facto ibidē commorando oſtendat ſe non timere, *ſecund. Balb. in tract. preſcrip. in 2. part. 6. part. princip.* Secundus caſus eſt in abſente. Et tunc,ſi peſtis ſit vehemens,ſiue procedat ab aëris infectione,

H 2 ſiue

ſiue à contagione, dicerẽ indiſtinctè, non conſiderata complexione perſonæ abſentem excuſari à curſu præſcriptionis. Quia vnuſquisque debet, ſi prudens ſit, fugere peſtilentem locum. *c. negociatorẽ. 88. diſt.* nec propter fortitudinẽ & bonitatem complexionis debet confidere & ſe morti exponere, *ſecundùm Dom. Philip. de Peruſio in c. ex parte. col. pen. de appell. Et Felin. in d. c. ex tranſmiſſa. col. 2.* vbi dicunt, quòd experiri fortitudinem complexionis eſt potius ſuadendum, quàm practicandum. Si verò peſtis non multum ſæuiat, & ab aëris corruptione proueniat, tunc poteſt procedere *opinio Panorm.* quòd attendenda ſit complexio perſonarum. Quid enim, ſi ſit talis perſona, cuius complexio ferre non poſſet aêrem loci, etiamſi corruptus non eſſet? certè excuſaretur. Quia ad locum ſibi non tutum, nemo tenetur accedere. *d. c. accedens. vt lit. non conteſt. Clem. Paſtoralis. de iudic.* Reperio etiam *Gem. conſil. 153. incip. Pro intellectu.* aliter diſtinguentem. Aut ius non redditur in loco propter peſtem, & tunc præſcriptio dormit. Aut ius redditur, & tunc, ſi abſque periculo non pateat acceſſus, præſcriptio currit, ſed competit reſtitutio in integrum ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa. &c.* Et proptera concludit aduerſus præſcriptionem exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ opponi non potuit, propter aëris corruptionem dandam eſſe reſtitutionem. Quod etiam voluit *Panor. in d. c. ex tranſmiſſa.* Et ad iſta *vide quæ dicentur infrà in quæſtione*, An excuſet à curſu fatalium & an à contu-
153 macia? † Septimò excuſat peſtis vaſallum, qui à domino non petijt inueſtituram intra annum, à priuatione feudi, *iuxta text. in c. 1. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Ita Bald. in §. vaſalli. per illum text. de pace conſtant.* facit, quia excuſat à pœna, *ut ſuprà in 3. ſpeciali.* An autem excuſetur vaſallus, ſi de impedimento non fuerit proteſtatus, *dicam infrà in tertia particula*
154 *huius ſecundæ partis in 6. q. primi ſpecialis.* Octauò † valet electio prælati, & quilibet actus factus alibi, quàm in loco ſolito & neceſſario, ſi ibidem non ſit tutum habitare propter peſtem. Electio enim prælati fieri debet in Eccleſia. *c. cum terra. vbi Pan. & c. cum nobis. de elect.* ſi modò in loco vigeat

peſtis

peſtis,poterunt Canonici, qui aufugerunt,electionem face-
re in alio loco. *c. in nomine domin. 23. diſt. & §. locum. de auto-*
rit. general. conciliorum. in pragmatica ſanctione. Dum tamen ſi-
at in loco honeſto, *l. ſi cum dies. in nou. edit. incip. Quid tamẽ. 21.*
§. ſi arbiter. ff. de receptis. & dummodò abſentes faciant ma-
iorem partem, aliàs ad reſidentes in loco peſtifero ſpectat
electio, *ſecund. Innocent. in c. cum ex iniuncto. de nou. oper. nunc.*
ubi dicit, quòd ſi maior pars ſit expulſa per tyrannum, de-
bent intrinſeci accedere ad forinſecos, & in aliquo loco ho-
neſto electionem facere. Sin verò ſit expulſa minor pars, de-
bent intrinſeci electionem facere in Eccleſia & loco ſolito.
ſequitur Bald. in auth. decernimus. in fin. C. de ſacr. Eccleſ. & Io.
Firm. in tract. de epiſc. in 2. par. 1. lib. & quando collegiati
ſunt diſperſi propter peſtẽ, vel aliam iuſtã cauſam, is ad quẽ
ſpectat conuocare, vel aliàs maior de collegio ſeu capitulo
conuocabit eos. *c. 1. de maior. & obed.* & quilibet venire te-
netur, dummodò in loco apto, & omnibus conuenienti
conuocentur. Quid enim ſi fugitiuos à ciuitate Auenionenſi
vellet conuocare in Lombardiam? certè non tenerentur ac-
cedere. *arg. c. cum inter vniuerſas. de elect.* & qualiter & per
quos ſit facienda conuocatio huiuſmodi diſperſorum, vide-
as *Innocent. in d. c. cum ex iniuncto. & Inno. Panor. & alios in d. c. 1.*
155 *Bart. in l. 1. ff. de albo ſcrib.* Sed vidi dubitari, † an reſidentes
tempore peſtis, eſto, quòd non faciant maiorem partem Ca-
pituli, poſsint recipere canonicum ad poſseſsionem, & ei
dare ſtallum in choro, & locum in capitulo, & ſibi de fructi-
bus reſpondere non citatis abſentibus? Et tunc conſultus
reſpondi, quòd poterant, quia iſta eſt receptio facti, quæ
etiam non capitulariter à ſingularibus fieri poteſt, *ſecundùm*
Innocent. & Io. Andr. in c. bonæ. 2. de poſtul. præla. Innoc. & Pa-
norm. in c. eam te. De reſcript. Fede. de Senis conſ. 281. quæ in præ-
ſenti. col. 5. cum multis alijs auctoritatibus congeſtis per Felin. in d.
c. eam te. col. 8. cui adde Gem. conſ. 84. quia iſtud dubium. col. 2.
155 Nonò, † peſtis priuilegium eſt, quia fugitiui propter peſtẽ,
non habentes quò declinent, poſſunt hoſpitari, & conuiua-
ri in Eccleſia maximè campeſtri, ubi aliàs de iure non poſ-
ſent.

ſent. *c. non oportet. & c. nulli. 43. diſt.* Decimum peſtis priui-
157 legium eſt, † quia excuſat facientem arengam ſeu propoſitionem in conſilio pro collecta imponenda à pœna ſtatuti prohibentis ſimiles arengas ſub certa pœna, *ſecundùm Angel. in l. Diuus. Pius. 5. ff. de petit. hæred. quem ſequitur Dom. Iaſ. in*
158 *l. principalibus. 33. ff. ſi cert. pet.* Vndecimò † excuſat à datijs & gabellis: Fugientes enim propter peſtem, ſoluere gabellam pro rebus quas à loco contagioſo auferunt, non tenentur. *text. eſt in l. fin. §. Si propter neceſſitatem. ff. de public. &*
159 *vectigal. per quem decidit ibi Paul. de Caſtr.* † quòd ſtatutum diſponens pro animalibus, quæ intromittuntur in territorium, ſoluendum eſſe certum datium, non habet locum in animalibus, quæ timore latronũ introducuntur. *& facit text. in l. Cæſar. 15. ff. eod. tit.* Quod enim ius poteſt fiſcus, ſiue datiorum conductor prætendere in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur? *l. 1. C. de naufr. lib. 11.*
160 per quem infert ibi Bart. ad caſum noſtrum ſubdens, † quòd ſi propter incurſum hoſtium vel piratarum vicini fugiant in territorium alienum, abſque gabella poſſunt res ſuas impor-
161 tare. † Similiter vicini, qui tempore æſtatis propter ſiccitatem coguntur venire ad tuum molendinum, ad ullam gabellam ſoluendam compelli non poſſunt, quia neceſsitate famis venire ſunt compulſi. Et ſequitur *ibi Io. de Plat. & idem voluit Bald. in l. 3. ad fin. C. de naut. fœn.* dicens, quòd ſi metu latronum vel impetu maris aliquis non ſeruet locum nauigij, vel itineris, non eſt in aliquo puniendus. *per text. in d. l. Cæſar.* & idem determinat *Bald. in l. huiuſmodi. 84. §. legatum.*
162 *argu. illius text. ff. de leg. 1.* † Et ſtatutum puniens introducentem ſues per quandam portam, non habet locum contra eum, qui fugiens deprædatores eos introduxit, *ſecundùm Alberic. de Roſa. in 2. par. ſtatutorum. q. 14.* ſequitur *Felin. in c. 2. col. fin. de conſtit. & Ioan. Firma. tract. de gabell. in 2. part. 8. part.*
163 *princ. q. 7.* Duodecimò, † epidemia defendit fugientes à repræſalijs, qui capi non poſſunt, eò quòd caſu diſcedere à ſuo domicilio compelluntur. *argu. Auth. nauigia. C. de furt.*
164 *& d. l. 1. C. de naufr. & d. l. Cæſar. cum ſimil.* † Repræſalia enim exerceri

exerceri non poſſunt contra eos, qui vi ventorum compeiluntur illuc venire, *ſecund. Bart. in tract. repræſal. in 10. q. 7. q. princ. ſequuntur Alber. & Felin. in locis ſuprà alleg.* Quod credo verum, ſi fugientes propter peſtem aliter fugere non poterant quàm per territorium, in quo repræſaliæ fuerunt indictæ. Ita loquitur *text. in d. l. Cæſar.* Secùs ergò, ſi voluntate illuc confugiant, tunc non excuſabuntur. Decimotertiò,

165 † peſtis tuetur contractū aliàs nullum, propter omiſſam ſolennitatem à ſtatuto requiſitam. Nam ſi ſtatutum velit, contractum mulieris, vel minoris non valere, niſi interuenerint in confectione duo notarij, certè tempore peſtis ſuſtinebitur contractus, in cuius confectione non interuenit niſi vnus notarius, quia illo tempore non reperiuntur, qui velint de facili intervenire, *ſecundùm Ang. in §. quòd autem. per illum text. in auth. de non alien. ſequuntur Mod. in l. fin. C. de teſtam. & in ſimili Bald. in l. ad perſonas egregias. 15. ff. de iureiur. Felin. in c. propoſuiſti. col. 2. & in c. cauſam. in 6. not. de proba. facit quod volunt Bart. Alex. & alij in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig.* Et ſi dicatur, quòd illæ deciſiones procedunt, quando vnus tantùm requiritur; Reſpondeo, quòd tempore peſtis dicens plures non reperiri, qui voluerint intereſſe, habet intentionē fundatam, quia præſumendum eſt, quòd nemo velit ſe in diſcrimen vitæ ponere, quia naturaliter quilibet mortem timet, ſtudetq; illius periculum euadere. *c. nolite timere. 11. q. 3. cum gl.* & talis timor eſt adeò à natura mentibus hominū impreſſus, ut nulla ratione euelli poſsit, *ſecund. Panorm. c. 1. col. 3. De ſumma Trinit. & fid. cathol.* Præterea contrahentes propter imminens periculum iuſtè poſſunt abhorrere multitudinem perſonarum. Et ſic deciſio vera videtur, etiam quòd in loco plures adeſſent notarij, cùm partes poſsint probabiliter coniecturare, vnum eſſe ſanum, & cæteros fore de contagione ſuſpectos, ſuper quo tamen cogitabis. Et quòd dicens plures non potuiſſe reperiri tempore peſtis, habeat intentionem fundatam, *tenet expreſsè Corn. conſil. 131. In hac. lib. 4. & ante eum Bart. in l. conſciuntur. 8. §. 1. in fin. ff. de iure Codicill.* benè facit *dictum gl. in l. cum de lege. 17. ff. de*

probat.

probat. & quæ cumulat Dom. Iaſ. in l. fin. §. licentia. C. de iur. de-
166 *lib. & Alex. conſ. 41. col. fin. lib. 3.* † Eodem modo, ſi ſtatutum requirat notarium matriculatum, tamen tempore peſtis valebit inſtrumentum, etiam de quo ſit rogatus notarius non matriculatus, *ſecund. Ang. in l. ſi vacantia. §. fin. ver. item patet. ex prædic. C. de bon. vacant. quem ſequitur Alex. in d. l. fin. C. de teſtam. Et Ioan. Firma. in tract. de gabellis. q. 24. ſecundæ partis.* & adde quæ dicam *infrà in priuilegijs vltimarum volunta-*
167 *tum.* Quartodecimò, † ſi epidemia ſit inter animalia bruta, excuſatur paſtor ab interitu pecudum cæterorumque animalium. *l. ſi quis fundum. 9. §. imperator. ff. locat. & dicit Bald. in l. 1. C. de fructibus & litium expen.* quòd mors naturalis, & fatale damnum non eſt imputandum paſtori. Mortem autem naturalem appellat etiam quæ ex aëris intemperie procedit. Ad quem autem ſpectet periculum interitus animalium datorum in ſocidam, traditur *per D. Phil. Cor. in repet.*
168 *l. ſi paſcenda pecora. 8. C. de pact.* † Sed quomodo paſtor, vel ſocidanus probabit animalia fuiſſe mortua morte naturali, ſeu ex peſte? *Ioan. de Platea poſt Bart. in l. Quod ad præſens. 4. C. de murilegulis. lib. 11.* diſtinguit. Aut tractatur de morte vnius, aut duorum animalium, quæ gregatim non paſcebantur, & tunc oportet paſtorem clarè probare mortem. *d. §. Imperator. & l. ſi creditor. 28. ff. de pign. act.* Aut agitur de morte plurium, quæ gregatim paſcebantur, & ſufficit probare illo anno eueniſſe mortalitatem inter animalia, *per text. in d.*
169 *l. Quod ad præſens.* Quintodecimò, † ſi peſtis vigeret in ciuitate Romana, poſſet rex Romanorũ coronari extra vrbem, quia locus coronæ debet eſſe tutus Imperatori & ſuis, ut ſpecialiter determinant *Panorm. Gem. & Moder. in c. ſtatuimus. per illum text. de off. deleg. lib. 6.* dicentes, Papam Clementem coronaſſe Henricum Imperatorem extra vrbem, cùm propter potentiam regis Roberti non daretur tutus acceſſus ad Eccleſiam S. Petri in vrbe, in qua ordinatum erat
170 Henricum debere imperiali diademate inſigniri. † Et eodem modo, ſi peſtis eſſet in ciuitate Mediolani, vel dux Mediolani eſſet inimicus potentiſsimi Caroli regis Romanorũ,

poſſet

poſſet ſua maieſtas coronam, qua debet exornari in Eccleſia diui Ambroſij, alibi ſumere, *vt probatur in c. ubi periculum. §. porrò. de elect. lib. 6. & pluribus alijs iuribus allegatis per Lud. Rom. in ſimili quæſtione. conſilio 433. exordiente, quoad primum.* vbi conſuluit, quòd licèt ex regulis cancellariæ, publicatio acceptationis beneficij, cùm debeat fieri in loco ipſius beneficij, tamen quando ad eum locum non datur tutus acceſſus, ſufficit, quòd alibi fiat. benè faciunt quæ dicta ſunt ſuprà in

171 octauo ſpeciali. Sextodecimò, † donatio facta tempore peſtis, in dubio cenſetur donatio cauſa mortis, & non inter viuos, dato quòd nulla ſit habita mentio mortis. Vtilitas eſt

172 maxima, † quia donatio cauſa mortis ſola pœnitentia reuocatur. *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet.* donatio inter viuos reuocari non poteſt. *l. perfecta donatio. 4. C. de donat. quæ ſub modo &c. ita ſignanter decidit Dom. Philip. Cor. conſi. 124. licèt in hac. lib. 4.* Mouetur, quia ubi mentio fit mortis, præſumitur donatio cauſa mortis. *l. Seia. 11. de dote præleg. l. Seia 42. ff. de donat. cauſa mortis.* Idem ergò ſi fiat demonſtratio, & mentio mortis ipſo facto, ita datur voluntas intelligi, ſicut verbo. *l. reprehendendū. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. l. de quibus. 32. ff. de legibus.* & non minus debet operari tacita voluntas, quàm expreſſa. *l. cum quid mutuum. 3. ff. ſi cert. pet.* Exiſtens autem in loco peſtifero, ſatis cogitatione mortis donare videtur propter inſtans mortis periculum. Dicamus ergò, quòd dicatur donatio cauſa mortis, ac ſi verè eſſet facta mentio mor-

173 tis. Et licèt ipſe loquatur in infirmo ex peſte, † tamen ratio periculi videtur militare in quolibet exiſtente in loco contagioſo, quia dicitur in periculo mortis conſtitutus, *& dixi ſuprà, & probatur in l. aut per inſidioſa loca. 4. ff. de donat. cauſa*

174 *mortis.* Et pro hac ſententia *Corn. facit text. in l. 2. ff. eo. tit.* † vbi Iureconſultus ſecundam donationis ſpeciem eam eſſe dicit, per quam donans periculo imminentis mortis ita donat, ut ſtatim accipientis fiat. Secundò *facit text. in c. 2. de conſuetu.* vbi Papa mandat, donationes factas Eccleſiæ à conſtitutis in bona valetudine irreuocabiliter obſeruari, ergò à contrario vult, factas ab infirmis poſſe reuocari. *Et per illum text.*

175 *notat ibi Dom. Anto.* † quòd donatio facta ab infirmo in dubio præſumitur donatio cauſa mortis. Tertiò *facit text. in c. de his. de ſepul.* vbi ſi ſanus ſe & ſua bona dederit loco religioſo, ſi decedat, nulla de bonis dedicatis debetur quarta parochiano. Secùs ſi infirmus ſe & bona ſua dedicauerit, tunc ſi ex illa infirmitate decedat, quarta debetur. Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu videtur pro anima liberè donaſſe bona ſua. Secundo caſu cenſetur donaſſe cauſa mortis, ideò debetur quarta, tanquam de bonis relictis occaſione mortis & ſepulturæ. *Et ita per illum text. decidit ibi Ioan. Andr.* quòd donata ab infirmo præſumantur in dubio donata cauſa mortis, *ſequitur Dom. Alex. conſ. 81. viſo inſtrumento. lib. 1.* Sed contra Corn. & hanc deciſionē videtur caſus *in d. l. Seia. §. fin. ff. de donat. cauſ. mortis. vbi ſecundùm COMMVNEM intellectum* donatio facta à conſtituto in extremis vitæ ſuæ, reputatur donatio inter vivos, niſi ſit facta mentio mortis, & *per illum text. Imol. in d. c. 2. reprehendit Dom. Ant. ibi.* Et quòd donatio facta ab infirmo non præſumatur donatio cauſa mortis, *tenent Bart. Bald. Imol. Alex. & COMMVNITER Doctores in l. quæ dotis. 33. ff. ſoluto matrim. & ibi Dom. Alex. in ſpecie reprobat opinionem Dom. Ant. in d. c. 2. ſequitur Soc. conſil. 130. viſa facti contingentia. col. pen. lib. 1. & conſil. 135. col. pen. lib. 2.* Quid tenendum? Ioan. Andr. *in d. c. de his.* dixit tenendam eſſe primam opinionem, niſi infirmus donet filio vel alteri perſonæ valdè dilectæ, & in iſtis terminis loquitur *text. in d. l. Seia. §. fin.* ſecundùm eum. iſta opinio diſplicet *Dom. Cardin. Flor.* quia ratio *d. §. fin.* eſt generalis, & mili-
176 tat, etiamſi infirmus donet extraneo. † Ego in iſto puncto putarem, quòd ſi donans fecerit mentionem de peſte vel de infirmitate, quòd debeat præſumi donatio cauſa mortis, *per text. in l. 3. ff. de donat. cauſa mort.* & quia iſto caſu implicitè videtur facta mentio mortis. Aliàs crederem, quòd dicatur donatio inter viuos, *per text. in d. l. Seia. §. fin. in verb. abſolutè donaret.* quaſi ſi fiat mentio mortis etiam implicitè, non
177 dicatur abſoluta donatio. † Poſſet tamen ex coniecturis iudicari donatio cauſa mortis, etiamſi nulla fuerit habita

mortis

mortis mentio, puta, ſi diceret donans, ego tibi relinquo baſtitam meam, tunc propter verbum *relinquo* iudicari deberet donatio cauſa mortis, *ſecund. Dyn. in l. 1. C. de reuoc. donatio. quem ſequitur Guido Papæ ſing. 457. incip. Si quis dicat.*
178 † Et ratio eſt, quia verbum, *relinquo*, ad morientes tantùm pertinet. *l. 1. §. fin. ff. de tab. exhib. & gl. in §. fin. Inſtit. quibus ex cauſ. manum. lic. vel non.* Et ex hoc dicto iuſtificatur, quòd
179 ſuprà dixi de implicita mortis mentione. † Item, ſi donatio non poſſet valere ut donatio inter viuos, præſumendum eſſet, quòd voluerit donare cauſa mortis, vt actus valeat. *l. quoties. 13. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de reg. Iur.* vnde ſi maritus conſtitutus in periculo mortis donaret vxori, & econtrà, quia inter coniuges non valet donatio inter vivos, *l. 1. ff. de dona. int. vir. & vxor.* eſſet arbitrandum, quòd voluerit donare cauſa mortis, quæ donatio inter coniuges ſuſtinetur. *l. ſi mortis. 40. ff. de dona. cauſ. mort. ſecund. Lud. Rom. in d. l. quæ dotis. per text. ſing. in l. apud Celſum. 4. §. 1. ff. de doli mali & met. excepti.* Et licet *gl. ibi* voluerit dicere, quòd ibi fuerit facta mortis mentio, & ſequatur *Alex. in d. l. quæ dotis.* tamen *Soci. & Corn. in allegatis conſilijs* approbant *deciſionem Lud. Rom.* & per plura comprobant ſimilia, quæ à te ipſo videas. De-
180 cimoſeptimò, decima † animalium non debetur parochiano loci, ad quem dominus animalium aufugit propter peſtem, etiam de animalibus, quæ ibi nata fuerunt. Sed debetur parochiano loci à quo aufugit, *ſecund. Bald. & Imol. in d. l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de. leg. 1. per illum text.* vbi probatur, quòd fugitiuus in præiudicium tertij non dicitur abeſſe: & benè ſeruiunt, *quæ dixi ſuprà in vndecimo ſpeciali.* Decimo
181 octauò, † natus extra ciuitatem tempore peſtis fingitur natus in ciuitate, à qua mater aufugerat propter peſtem. *d. l. huiuſmodi. §. legatum.* per quam *Petrus Cy. Bald. Ang. Nicol. de*
182 *Neap. & Paul. de Caſtr.* inferunt † ad ſtatutum diſponens, nullum debere admitti in collegium, niſi ſit natus in ciuitate, vel niſi ſit ciuis originarius, vel quòd nullus poſſit eſſe primus conſul, niſi ſit originarius ciuis, vt Auenionenſi ſtatuto cauetur. An natus alibi à caſu poterit eſſe conſul vel de

 collegio?

collegio? Reſpondent ipſi, quòd ſic, *per illum text.* Non obſtat *text. in l. ciues. 7. C. de incol. lib. 10.* quia loquitur in nato in loco, in quo parentes conſtituerunt domicilium. Nos loquimur in nato alibi à caſu, *ſecund. Bart. in l. filios. 3. C. de municipib. & origin.* Vbi tamen Bart. non auſus fuit hanc deciſionem firmare, ſed *Ioan. de Platea* ibi audacter eam approbat, quia mater, quæ animum reuertendi habebat, fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate. *l. 1. & l. retrò creditur. 16. ff. de cap. & poſtli. reuerſ.* & ſic fingitur peperiſſe in ciuitate, vnde aufugit, *ſequitur Panormit. in c. Rodolphus de reſcript. & ibi Felin.*
183 † atteſtatur, ita fuiſſe practicatũ in ſua perſona, cui caſualis origo fuit ex Felina oppido Regienſi, origo verò vtriuſque parentis ex vrbe Ferraria, in qua viget huiuſmodi ſtatutum, quo non obſtante fuit receptus in collegium per prædicta. Idem expreſsè determinat *Dom. Lancell. Dec. in l. hæres abſens. 19. §. proinde. ff. de iudic.* dicens, quòd iſta *opinio eſt* COMMVNIOR, *ſecund. Ang. de Arim. in d. §. legatum.* Adducit *deciſionẽ Bart. in l. 1. ff. ad municip.* vbi vult, quòd Comitatenſis, qui non caret omnimoda ciuitate, *l. qui ex vico. 30. ff. ad municip.* natus in ciuitate ſua à caſu non efficiatur ciuis. Multò minus ergò efficiatur ciuis non Comitatenſis ibidem natus, & conſequenter remanebit originarius ciuis ciuitatis à quâ aufugit mater, & ibi parentes habebant domicilium. Contrariam ſententiam tenet *Imol. Raph. Cuma. Dom. Alex. ac Paul. de Caſtr. in ſecunda lect. in d. §. legatum. & fuit de mente gl. in d. l. filius, in ſui generalitate.* licet *Bart. & Ioan. de Platea* eam reſtringant. Idem tenet *Raph. Cuma. in l. cætera. 41. §. fin. ff. de leg. 1.* vbi atteſtatur, ſe conſuluiſſe contra Bart. & quòd ita ſeruari putat, *per text. in d. l. ciues.* & quia in acquirenda origine conſideratur veritas, non patris deſtinatio. *l. aſſumptio. 6. ff. ad municip.* Alias ſequeretur, quòd ſi quis iret Pariſios, cauſa ibi habitandi, & in itinere vxor pareret, quòd filius eſſet originarius Pariſienſis, vbi pater nunquam fuit, quod eſt abſurdum, *ſecundùm eum.* Ad *text. in d. §. legatum.* reſpondet Imol. quòd *in caſu illius §.* partus fingitur natus in loco, à quo mater aufugit, quia niſi ita fingeretur, fruſtraretur

tur

tur intentio teſtatoris. In caſu noſtro, licèt natus alibi à caſu, non fingatur natus in loco domicilij, non offenditur legis diſpoſitio, ſed obſeruatur *d. l ciues.* Ad argumentum, quòd attendenda ſit deſtinatio patris, habentis animum reuertendi, reſpondet *Rapha.* verum eſſe, quoad regulandam diſpoſitionem ipſius, non autem, quoad regulandam diſpoſitionem legis. Quid tenendum? Prima opinio, ut dixi, eſt COMMVNIS, quæ mihi videtur vera, ſi filius fuit conceptus in loco domicilij, & natus alibi à caſu, quia ubi agitur de fauore filij, conceptus habetur pro nato. *l. qui in vtero. ff. de ſtatu homi.* Sed ſi fuit natus, & conceptus in loco, ad quem à caſu propter peſtem aufugit, fortè contraria opinio ſuſtentabilior erit, cùm non poſsit fingi natus in loco domicilij, in quo neque conceptus neque natus fuit. *l. 1. C. de capti. & poſtlim. reuerſ.* Sed remanet vna difficultas, quia quòd di-
184 catur natus in loco domicilij, procedit ex fictione, † ſtatuta autem intelligi debent in caſu vero & non in caſu ficto. *l. 5. §. hæc verba. ff. de neg. geſt.* Sed defendendo prædictas deciſiones, & ſimiles, reſpondetur, quòd ubi caſus fictus reperitur, æquiparatur per ius commune caſui vero; tunc ſtatutum loquens in materia iuris, habet locum etiam in caſu ficto. *c. ad audientiam. Vbi Imol. & Panormit. de cleri. non reſid. declarat Alex. in l. 1. §. lex Falci. ff. ad leg. Falcid. D. Iaſ. poſt Alex. in l. qui ſe patris. col. 23. C. vnde libe. & ita reſpondet Feli. in d. c. Rodolph. & in c. at ſi clerici. col. 3. de iudic.* Caſus autem fictus eſt æquiparatus vero à lege, *videlicet per text. in d. l. qui in v-*
185 *tero. ergò. &c.* Decimonenò, † ſi quis propter peſtem non audet accedere ad adipiſcendam poſseſsionem rei ſuæ vel beneficij ſibi collati, poterit aſcendere pinnaculũ vel montem, ut videre poſsit rem illam, & per aſpectum poſseſsionem apprehendere, *ſecund. Alber. de Roſ. in l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acquir. poſſ. per illum text. & per text. in l. quod meo. 15. §. ſi per venditorem. ff. eod. tit. & per text. in c. contingit. de dol. & contum.* dicens, ſe ita in facti contingentia conſuluiſſe cuidam amico ſuo. Sed Dom. Iaſ. ibi reprehendit iſtud conſilium, quia ita demum aſpectu acquiritur poſseſsio, ſi tradens poſ-

 ſeſsionem

ſeſsionem per aſpectum ipſe poſsideat: Secùs ſi res à nemine poſsideatur, tunc oculis poſſeſsio acquiri non poteſt, *ſecundùm gloſ. in l. 1. in princ. in verb. qui primi. ff. eod. per text. in l. 3. §. Neratius. ff. eod. vbi not. Lud. Rom.* ad textum *in d. c. contingit.* reſpondet, quòd ibi ſpeciale eſt odio aduerſarij, non patientis contra ſe fieri executionem ſententiæ. Vnde caſus ille non eſt trahendus in conſequentiam. *l. ius ſingulare. 16. l. quod verò contra. 14. ff. de legib.* Quid dicendum? Pro reſolutione videndum eſt, an iure communi poſseſsio poſsit acquiri ſolo aſpectu, & iſto modo *loquitur Dom. Iaſ.* nam de iure communi non acquiritur ſolo aſpectu, niſi concurrat animus poſsidentis, volentis transferre poſſeſsionem in alium, ſolo aſpectu. *d. l. 3. §. Neratius.* Et præterea *Specul. ſub tit. de*
186 *primo & ſecundo decreto. §. iam de effectu. in princ.* tenet, † quòd nuncius ſtans in conſpectu rei non poſsit tradere poſſeſsionem alteri. ſequitur *Dom. Ant. in c. cum veniſſet. ad fin. verb. vnum non omitto. de reſtit. ſpoliat. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. non eſt mirum. 26. ff. de pign. act. per illum text.* per quem declarat iura volentia poſſeſsionem transferri per aſpectum, ut procedant, quando poſſeſsio transfertur per poſsidentem, ſecùs ſi per nuncium, vel alium non poſsidentem. *& hæc eſt* COMMVNIS *Doct. ſententia, ut patet ex prædictis & ex allegatis per Alex. in d. l. 1. col. antepen. & per Felin. in c. cum aliquibus. de re*
187 *iudi.* † Secundò videndum eſt, an ſubſiſtente iuſto impedimento, puta peſtis vel guerræ, ſeu capitalium inimicorum poſsit acquiri poſſeſsio per aſpectum. & in iſtis terminis loquitur Alberi. de Roſa. qui dixit veritatem, quòd ſubſiſtente legitimo impedimento, acquiri poteſt poſſeſsio, *per text. in l. quamuis. 13. ff. de bon. auct. iud. poſſidend. & in l. ſi finita. 15. §. illud quæritur. ff. de damn. infect. per quæ iura ita determinat Bart. d. l. 1. in prin. col. pen. verſ. quid ſi executor. ff. de acquir. poſſ. quem ſequuntur ibi Aret. Alex. & D. Iaſ. & Ang. in d. l. quamuis. Panor. in c. 2. de conſuet. Ant. & Felin. in d. c. cum aliquibus. Bald. in l. ob maritorum. 2. C. ne vxor pro marit.* vbi decidit, primum & ſecundum decretum poſſe interponi verbotenus, quando propter potentiam tyranni non poteſt apprehendi poſſeſsio.

poſſeſsio. Sed *Imol. conſil. 116. In cauſa ſpectabilis militis. col. 3.* intelligit dicta iura procedere quantum ad effectum primi decreti, ut contrahatur pignus prætorium, non autem quantum ad effectum acquirendi poſſeſsionem reſpectu ſecundi decreti & cæterorum effectuum. Et reuera illa iura loquuntur reſpectu primi decreti. *Doctor.* tamen ea extendunt generaliter ad quamlibet apprehenſionem poſſeſsionis, *ſecundùm Felin. in c. cum aliquibus.* Ideò *à* COMMVNI *opinione* non eſſet tutum recedere. Sed pro dilucidatione, quia paſſus eſt aliquantulùm obſcurus, puto aduertendum eſſe ad plura. Primò conſiderandum eſt, an poſſeſsio ſit vacua aut occupata? Si vacua ſit, ego credo indubitanter, quòd per nuncium vel executorem & ſimiles poſsit in alium conferri poſſeſsio per aſpectum, maximè ſubſiſtente impedimento. Nam ratio, quare *textus in d. §. Si iuſſerim.* exigat, quòd transferens poſſeſsionem per aſpectum ſit in poſſeſsione, illa fuit, quia oportet, quòd transferens poſſeſsionem per aſpectum, dicat ſe vacuam & expeditam poſſeſsionem tradere. *d. l. quod meo. §. ſi per venditorem.* Si ergò poſſeſsio non ſit occupata & executor, ſeu nuncius habens authoritatem transferendi poſſeſsionem, per aſpectum transferat, non video quare alteri non acquiratur. & in iſtis terminis procedit *deciſio Io. Andr. in c. tranſmiſſam. de elect.* & *Panor. in d. c. cum aliquibus.* volen-
188 tium, † quòd per inueſtituram factam à collatore in conſpectu beneficij, transferatur poſſeſsio, quia epiſcopus, ſeu alius collator habet cuſtodiam eccleſiæ vacantis. *c. cum vos. de offic. ord.* Ecce quòd loquuntur, quando eccleſia vacat, & poſſeſsio ab alio non occupatur, & ita etiam debet intelligi *conſil. Lud. Rom. 337. Quoad primum. & conſ. 482. In caſu præ-*
189 *miſſo.* Secundo caſu † quando ab alio eſt occupata poſſeſsio, tunc ſi cauſa cognita contra occupantem lata ſit ſententia, cuius executio propter peſtem vel aliud impedimentum fieri non poſsit, poterit per executorem transferri poſſeſsio ſolo aſpectu, *ita procedat deciſio Bart.* COMMVNITER *approbata in d. l. 1.* imò hoc caſu, ſi per aſpectum etiam transferri non poſſet, ſufficeret verbalis traditio ſola, extra conſpectum,

ſpectum, *ſecund. Felin. in d. c. cum aliquibus. & probatur in l. cum vnus. 12. §. fin. ff. de bon. auct. iud. poſſ. & in d. l. ſi finita. §. pen. & in l. damni infecti. §. non ſolùm. ff. de damn. infect.* ſi verò alius poſsideat, & non ſit lata ſententia contra eum, tunc neq; judex, neq; executor, neq; nuncius poterit transferre poſſeſsionem in alium per aſpectum, quia eſt neceſſe, quòd poſſeſſor priuetur, ſi debet in alium transferri, cùm duo non poſsint eandem rem in ſolidum poſsidere. *l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.* non poteſt autem alius priuari, niſi deijciatur corporaliter de fundo, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. *l. clam poſſidere. 6. §. qui ad nundinas. ff. eod. tit.* Nihil ergò agit, qui inuito vel inſcio poſſeſſore vult illius poſſeſsionem in alium transferre per aſpectum. Et hanc diſtinctionem colligo *ex dictis Ioan. Andr. & Compoſt. in d. c. tranſmiſſam.*
190 † vbi volunt, quòd ita demum executor per inueſtituram factam in conſpectu, transfert poſſeſsionē beneficij, ſi nullus poſsidebat, vel ſi contra poſſeſſorem erat lata ſententia, aliàs ſecùs. ſequitur *Panor. in d. c. cum aliquibus.* Benè facit *deciſio Rotæ 8. in tit. de reſtit. ſpoliat. in antiquioribus. & deciſio. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in antiquis. & eſt 302. ordine ſucceſſiuo,*
191 † quòd executor poteſt per tactum annuli portæ eccleſiæ clauſæ transferre poſſeſsionem, quia annulus eſt pars rei. *ff. de action. empt. l. fundi. 17. in prin.* etiam quòd alter habeat claues, & cuſtodiam Eccleſiæ. Secùs ſi alter habeat poſſeſsionem, qui per ſolum annuli tactum à ſua poſſeſsione deijci non poteſt, ſequitur *Soci. conſ. 131. In præſenti conſultatione. col.*
192 *3. lib. 1.* Alia etiam ratione iſtud comprobatur: † Traditio, quæ fit per aſpectum, eſt traditio ficta, *ſecund. Bart. in d. l. 1. col. pen. quem ibi Alex. & Mod. ſequuntur.* ſed fictio non admittitur, niſi æquitas ſuadeat. *l. denique. ff. ex quib. cauſ. maior.* Non videtur autem æquum, aliquem priuari ſua poſſeſsione, cauſa non cognita. *l. meminerint. 6. C. vnde vi.* ideò † lex
193 ſolùm cauſa cognita, & ſententia lata, fingit poſſeſsionem traditam per aſpectum in præiudicium alterius. Et, ſi dixeris, quòd hac ratione attenta, etiam poſſeſsio vacans non deberet transferri per aſpectum, *cuius contrarium concluſum*

fuit

fuit ſuprà. Reſpondeo, etiam hoc caſu ſubeſſe æquitatem, quia æquum eſt, quòd habens poteſtatẽ transferendi, poſſit, ſi velit, transferre. Subeſt etiam neceſsitas propter im-
194 pedimentum, & † vbi neceſsitas expoſtulat, lex fictionem admittit. *l. denique. 19. & l. nec vtilem. 20. ff. ex quib. cauſ. maior.* Vel fortè dici poſſet, quòd traditio per aſpectum dicatur vera traditio, cùm in traditione & acquiſitione interueniat animus & corpus acquirentis & transferentis. Sunt enim oculi pars corporis, *l. quarundam. 51. ff. de acquir. poſſ. per quem text. Ang. & Imol. ibi tenent,* quòd traditio per aſpectum ſit vera traditio. Nec obſtat, quòd *text. in d. §. ſi iuſſerim. & in d. l. quarundam.* vtatur verbo, *videtur*, importante fictionem, quia quandoque veritatem importat. *l. naturaliter. 12. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* quæ loquitur in noſtra materia. *& l. ſciendum. 30. ibi Bart. in 2. not. de verb. obl.* Sed ſi per aſpectum transferatur poſſeſsio, per executorem cauſa cognita, & lata ſententia contra poſſeſſorẽ, tunc fictio conſiſtit in hoc, quia fingitur deiectus poſſeſſor, qui vere deiectus non fuit, non autem in eo, quòd vera non ſit traditio per aſpectum. *COMMVNIS tamen opinio* eſt, quòd dicatur ficta traditio, ideò cogitabis. Item, aduertendum puto, an tradatur per aſpectum vacua poſſeſsio ab executore
195 & ſimilibus, an occupata. Primo caſu licèt † traditio dicatur ficta, tamen ipſa poſſeſsio tradita eſt vera poſſeſsio, *d. l. ſi iuſſerim.* ſicut poſſeſsio acquiſita per conſtitutum eſt vera poſſeſsio. *l. certè. 6. ff. de precar.* licèt traditio facta per conſtitutum, ſit ficta traditio. *l. quod meo. 18. ff. de acquir. poſſeſſ.* Secundo caſu, ſi tradatur occupata, erit etiam ficta poſſeſsio, *ſecund. Bart. & ſcribent. in l. quamuis. ff. eod. tit.* niſi reus propter eius potentiam, vel dolum impediat, quò minus fiat executio ſententiæ, tunc in odium inobedientis actor conſtituitur verus poſſeſſor à lege, *ſecundùm Card. in d. c. contin-*
196 *git. quem ſequitur Felin. in d. c. cum aliquibus.* † Et ſi quæras, quæ vtilitas reſultet, an dicatur vera, vel ficta poſſeſsio? Reſpondeo, vtilitas eſt maxima, quia ficta poſſeſsio non prodeſt ad inchoandum præſcriptionem, vera autem ſic, *ſecund.*

K *gloſ. in*

gl. in regula ſine poſſeſſione. de reg. iur. lib. 6. quam in terminis noſtris dixit ſingul. *Lud. Rom. ſing. 413. incip. Lex quamuis.*
197 † Item, ficta non parit effectum recuperandæ, vera autem parit, *ſecund. Alex. & Mod. in l. ſi ſorori. C. de iure deliber. de quo dixi in rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & iſtud in propoſito noſtro *vult Rota de reſtit. ſpoliat. deciſ. 8. in antiquioribus.* Vige-
198 ſimò, † licèt regulariter quarta Canonica debeatur parochiæ, in qua corpora aſſumuntur, *c. in noſtra. c. certificari. de ſepultur.* Tamen ſi quis moriatur in loco, ad quem diuertit propter peſtem, quarta non debetur parochiæ, in qua deceſsit, ſed parochiæ, à qua aufugit propter peſtem. *ſecund. Io. And. Gem. &* C o m m v n i t e r *ſcribent. in c. de iis qui, per illum text. de ſepult.* Ad regulam reſpondetur, quòd procedit in decedente in loco, in quo defunctus ſtatuerat domiciliũ perpetuò, vel ad certum tempus. Et pro iſta opinione facit, quia ad hoc, vt canonica portio debeatur parochiali presbytero, oportet quòd ille presbyter ſit parochianus presbyter defuncti: *c. in noſtra. & Clem. dudum. §. huiuſmodi. eod. titul.* Presbyter autem parochianus loci, in quo fugitiuus propter peſtem obijt, non poteſt dicere ſe eſſe parochianum defuncti, qui neque animo neque facto ſe illi commiſerat, nec ibidem conſtituerat domicilium. *l. domicilium. 20. ff. ad municip.* ergò &c. Et ita tenuit *Hoſtienſ. tit. de Parochijs. §. pen. ad fin.* Quod intelligit verum *Dom. Phil. Franc. in d. c. de iis qui.* ſi fugitiuus deceſsit durante peſte: ſecùs, ſi ea finita: quia tunc præſumitur, animus defuncti fuiſſe velle habitare in illo lo-
199 co & tranſtuliſſe domicilium. Vigeſimò primò, † licèt gabellarij, qui ex conductione gabellarum notabile lucrum fuerint conſecuti, finita conductione teneantur ſub eiſdem legibus & reconuentionibus reconducere, ſi tanti non poſſint alteri locari: *l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public.* Tamen ſi finita conductione ſubeſſet peſtis vel guerra, non tenentur reconducere, *ſecund. Firma. in tract. de gabell. in 5. quæſt. 2. partis.* quia diſpoſitio *d. l. cotem ferro.* debet intelligi rebus ſic ſe habentibus, & non mutatis à tempore prioris locationis. *l. quod Seruius. ff. de conductio. cauſ. dat. cum alijs plenè reductis*

ibi per

200 *ibi per Modern.* Vigeſimò ſecundò, † licet de iure nemo debeat baptizari, niſi in Eccleſia, in qua ſacri fontes ſunt ſpecialiter deputati, *vt in auth. ut in priua. domi. ſac. myſter. non fiant.* tamen fallit tempore peſtis, quo periculoſum eſt ire ad Eccleſiam, tunc poterit ſacrum baptiſma in priuata domo conferri. *Clem. 1. de baptiſ. & glo. ibi exemplificat tempore hoſtilitatis.* Quod etiam de hoſtilitate Dei, id eſt, de peſte intelli-
201 go, *iuxta tradita ſuprà in præludijs.* Vigeſimò tertiò † licèt maritus non poſsit negare debitum vxori etiam leproſæ, nec ab ea diſcedere: *c. 2. de coniug. leproſ.* Tenetur enim maritus vxorem morbis & doloribus confectam, & quicquid etiam horribile patientem ſuſtinere; *c. Si vxorem. 32. quæſt. 5.* Non tamen crederem, quòd teneretur reddere debitum, & habitare cum vxore peſtifera labe maculata, *per ea, quæ dixi ſuprà in quinto priuilegio,* arguendo de matrimonio ſpirituali ad carnale. *c. inter corporalia. de translat. prelato.* Licèt autē liberet coniugem à debito carnis, non tamē credas, quòd peſtis coniugē liberet ab alijs ſeruitijs & onerib. coniugalibus.
202 Et ideò † tenetur ſubuenire coniugi morboſæ de medicinis, cibarijs & alijs neceſſarijs. *l. quod in vxorem. 13. C. de neg. geſt.* etiamſi vxor ſit indotata. *l. pen. ff. vt in poſſeſſ. legato. l. quòd ſi nulla dos. 28. ff. de religioſ. & ſumtib. funer. & ita conſuluit Rom. conſ. 67. In caſu propoſitæ conſultationis. in 1. dubio. Alex. conſil. 7. col. 1. lib. 2. traditur per Bart. & alios in d. l. quod in vxorem. & in l. ſi cum dotem. 22. §. Sin autē in ſæuiſſimo furor. ff. ſoluto matrim.*
203 Ideò † ſi maritus tempore peſtis aufugeret vxore infirma, non prouiſo ſibi de alimentis, & medicinis, priuaretur donatione propter nuptias & lucro dotis, quod ex forma ſtatuti debetur, *ſecund. Bald. Raph. Alex. & Mod. in l. ſi ab hoſtibus. 10. §. 1. ff. ſolut. matrim.* Nec iſto caſu donatio facta ab vxore marito, confirmaretur morte, cùm poſsit culpa imputari marito, cur vxor fuerit mortua, *ſecund. Bald. in l. ſi tibi. 11. C. de donat. ante nupt. quem ſequitur Felin. in c. in noſtra. corollario 37. in fin. de reſcript.* Et ita limitanda eſt. *l. cum hic ſtatus. 32.*
204 *§. 1. cum ſimilib. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Idem † dicerē, ſi maritus aufugiſſet propter peſtem, non traducta vxore

ſana ſecum, ſed ea volente ſecum venire dimiſſa in loco peſtifero. Nam ſi moriatur tunc ex peſte, etiam perderet lucrum dotis & donationem propter nuptias, nec donatio ſibi
205 facta morte confirmaretur. Nam vaſallus † relinquens dominum in bello humano, perdit feudum. *c.1. quib. mod. feud.*
206 *amitt.* Sic dicamus in marito relinquente vxorem in bello Dei. Sic etiam † filius derelinquens patrem in captiuitate, quem poterat liberare, priuatur hæreditate patris morientis in captiuitate. *§. ſi vnam de prædi. Auth. vt cum de app. cogn.*

De priuilegijs vltimarum voluntatum cauſa peſtis. CAP. II.

SVMMARIVM.

1. *Teſtamentum tempore peſtis factum cum minori numero teſtium ad id requiſitorum, an & quando valeat, & ſeq.*
2. *Priuilegium ruſticis conceſſum, quòd ruri poſſint condere teſtamentum cum quinque teſtibus, an & quando valeat. Et ibi, an Teſtamentum ciuis ruri conditum cum quinque teſtibus, valeat, & num. 3.*
4. *Argumentum de bello Dei ad bellum hominũ an & quando valeat.*
5. *Teſtamentum militis abſq; iuris ſolennitate conditum, an & quando valeat.*
6. *Extenſio in priuilegijs non eſt licita, etiam ex maioritate rationis.*
7. *Teſtamenti ſolennitas, ſcilicet, quòd vnico contextu fieri debeat, an & quando remitti poſſit.*
8. *Codicillandi facultatem an habeat, qui & teſtandi, etiamſi non inueniat ſufficientem numerum teſtium.*
9. *Extenſio ex rationis identitate conceditur in limitatorijs.*
10. *Teſtamentum, in quo propter humanam violentiam non poteſt haberi teſtium numerus à iure requiſitus, non valet.*
 Et idem argumentum cenſetur, vbi concurrit diuina violentia. ibidem.
11. *Peſtis, ut priuilegijs à iure ſibi conceſſis gaudeat, notabilis eſſe debet, non autem leuis contagio.*
12. *Peſtis, ſi in terris Eccleſiæ ſæuiat & ſit magna, quot & qui teſtes requi-*

requirantur in confectione teſtamenti. & ibi, quid ſi graſſetur in terris imperij.

13. *Teſtandi facultas ne tollatur in dubijs opinionibus, tenenda eſt ea, per quam teſtamentum fouetur.*

14. *Teſtandi facultatem cum duobus teſtibus ij habent, qui peſtis tempore reſident in ciuitate peſtilenti, pro tuenda repub. & pro ſubueniendo egenis ac infirmis.*

15. *Milites armatæ militiæ pro repub. militantes, poſſunt, dum ſunt in acie, teſtari, quomodo velint, aut poßint, habentq́ ſubſtituendi facultatem nu. 16.*

17. *Medicus, qui pro reipub. ſalute, ac pro ſubueniendo egenis ac infirmis, in ciuitate remanet peſtilenti, gaudet priuilegijs teſtandi, cum quibus poteſt teſtibus, & immunitate ab omnib. muneribus.*

18. *Mulier an & quando poßit eſſe teſtis. & nu. 22.*

19. *Mulier an & quando teſtis eſſe poteſt in ſubſidium.*

20. *Specialia non ſunt multiplicanda.*

21. *Teſtis qualiter dicatur deponere in ſubſidium.*

23. *Mulier poteſt eſſe teſtis in militis teſtamento.*

24. *Mulieres etiam duæ tantùm poſſunt eſſe teſtes in teſtamento inter liberos.*

25. *Teſtamentum mulieris tempore peſtis conditum abſque præſentia duorum proximorum, an valeat, vbi viget ſtatutum, quòd mulieris teſtamentum, ceſſante dicta ſolennitate, nullius ſit valoris.*

26. *Statutum diſponens, quòd mulieris teſtamentum non valeat, niſi adſint duo proximi, intelligitur, ſi eos habeat.*

27. *Proximos habere non dicitur, qui tempore contractus habet abſentes.*

28. *Teſtamentum tempore peſtis cum quinque teſtibus, vel abſentibus proximis conditum, an valeat, ſi teſtator, qui teſtamentum condidit, ſuperuiuat & euadat peſtis periculum. Et quid de teſtamento militis in acie facto cum duobus teſtibus, an valeat, ſi miles ſaluus domum repetat. nu. 29.*

30. *Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſare debet & priuilegium.*

31. *Statutum, quòd mulieris teſtamentum abſque præſentia duorum proximorum non valeat, an habeat locum in teſtamento, quod mulier ante dictum ſtatutum condidit.*

32. *Teſtamentum in peregrinatione conditum, cum minori numero ſeptem teſtiũ, an valeat, ſi poſt conditum teſtamentum domum repetat, qui peregrinatur.*

33. *Statutum, quod pro conditione & temporis neceſsitate conditum fuit, an & quando ceſſante dicta neceſsitate, debeat & ipſum ceſſare, & num. 40.*

34. *Teſtamenti conditi tempus inſpiciendum, quantum ad ſolennitates in eo adhibendas.*

35. *Teſtamentum ruri conditum cum quinque teſtibus, an irritum fiat, ſi poſt conditum teſtamentum ruſticus effectus ſit ciuis & ciuitatis incola.*

36. *Teſtamentum militis ad hoc, ut iure militari valeat, quot requirantur. & nu. 37.*

38. *Teſtamentum ſecundùm formam antiquam conditum, an valeat, ſi noua legis diſpoſitio poſtea euenerit.*

39. *Noua lex quando ligare dicitur.*

41. *Cauſa ceſſante, an ceſſare debeat effectus iam conſummatus.*

42. *Teſtamentum tempore peſtis conditum, an valeat, ſi teſtes in eo nominati non fuerint rogati.*

44. *Conditio mixta, ſi propter caſum deficiat, an & quando habetur pro impleta. & nu. 45.*

45. *Donatio cauſa mortis quinque teſtium præſentiam requirit, niſi tempore peſtis.*

47. *Statutum diſponens, quòd in teſtamento ſufficiant quinque teſtes, an cenſeatur diſponere, quòd in codicillis ſufficiant tres.*

VENIO AD SECVNDAM PARTICVlam ſecundæ partis principalis, videlicet ad priui-
1 legia vltimarum voluntatum. † Et primò quæro, an teſtamentum factum tempore peſtis, cum minori numero ſeptem teſtium, valeat? *Bald. Sali. & Dom. Iaſ. in l. fin. C. de teſtam.* reſpondent, quòd ſic. Idem tenent, *Raph. Cuman. in l. conficiuntur. 8. §. codicilli. ff. de iure codi. Flor. de S. Petro in l. milites. 15. C. de teſtam. mil. Alex. in l. ſcriniarios. 16. per gl. ibi. C. eod. tit. Ang. in §. fin. inſtit. de teſtam.* dicens idem velle *Bart. in l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit.* licèt plures ſint, qui *Bart.* aliud velle dicant. Sequitur *Chriſto. Port. inſtit. de teſta. milit.* vbi voluit, quòd peſtiferatus poſsit teſtari cum duobus etiam non rogatis, ſanus autem exiſtens in loco contagioſo poſsit teſtari cum duobus teſtibus, dum tamen ſint rogati. Et iſtam opinionem ſequitur *Bart. in c. cum eſſes.*

col. 8.

col. 5. de teſta. Pro hac ſententia adducuntur plura. Primò
2 *text. in d. l. fin.* vbi † conceditur ruſticis teſtari cum quinque teſtibus, quia ruri pauci teſtes reperiuntur. Idem ergò tempore peſtis, quo tempore, propter imminens periculũ, pauci reperiuntur, qui velint eſſe teſtes. Ad iſtud fundamentũ reſpondent aduerſantes, quòd ſola inopia teſtium non eſt cauſa finalis, quare ruſtico ſit conceſſum teſtari cum quinq; teſtibus, ſed cauſa finalis fuit ſimplicitas, & imperitia ruſticana, *vt in præfatione d. l. fin. dicitur.* Quæ præfatio denotat cauſam finalem. *l. fin. ff. de hæred. inſtit.* Ex quo inferunt, quòd diſpoſitio illius legis non habet locum in ciue habitante ciuitatem, qui teſtatur in rure, *ſecund. Iacob. de Aret. Fulgoſ. Aret. & Dom. Iaſ. ibi.* Tu verò aduerte, in quantum iſti dicunt, quòd ſimplicitas ruſticalis fuit cauſa finalis, quare remiſſa fuerit ſolennitas numeri ſeptem teſtium. Nam non videntur rectè ſenſiſſe, quod ſic oſtendo. Illa *lex ſecundùm Doct.* COMMVNITER procedit tam in teſtam. in ſcriptis, quàm in teſtamento nuncupatiuo, vnde fateor, quòd ſolennitas ſcripturæ, quæ exigitur in teſtante & teſtibus, fuit remiſſa propter ſimplicitatem & imperitiam. Sed ſolennitas numeri teſtium fuit remiſſa propter inopiam ipſorum teſtium. Hinc eſt, quòd ſi ſit tale rus, in quo ſit copia hominũ, non cenſetur in tali loco hæc ſolennitas remiſſa, *ut expreſſè ibi dicitur in litera.* Item, ibi duæ rationes adſignantur, ergò
3 ſufficit vnam militare. *§. affinitatis. Inſtit. de nupt.* † Vnde videtur falſum, quòd ciuis non poſsit ruri facere teſtamentũ cum quinque teſtibus, & contrarium tenent *Cyn. Alber. Bald. & Salic. in d. l. fin.* Et dato, quòd non poſſet procedere, quando ciuis eſſet ſanus & poſſet reuerti in ciuitatem ad teſtandum, vel qui potuiſſet ſecum teſtes à ciuitate ducere. Secùs, ſi à caſu ibi infirmaretur, & vellet ibi teſtari, tum quia propter neceſsitatem impediretur habere plures teſtes, valeret teſtamentum cum quinque teſtibus, *ut dicitur in d. l. fin.* Secundò adducitur *text. in d. l. milites. & in d. l. 1. ff. de bon. poſſeſſ.*
4 *ex teſt. mil. & l. pen. C. eod. cum ſimil.* arguendo † de bello hominum ad bellum Dei. Ad iſtud reſpondet *Alex.* quòd argumentum

gumentum non valet *iſto caſu,* quia non militat eadem ratio. Nam militibus † conceditur teſtari abſque iuris ſolennitate
5 propter publicam vtilitatem, quia proprio corpore rempub. defendunt, quæ ratio ceſſat in ciuibus tempore peſtis. Poteſt etiam aliter reſponderi, quòd milites ex priuilegio teſtantur cum duobus teſtibus, dum ſunt in expeditione. In
6 priuilegijs † autem non eſt licita extenſio, etiam ex maioritate rationis, *ſecund. gl. in l. benè à Zenone. 3. in ver. cum enim. C. de quadrien. præſcript. & in l. à Diuo Pio. 15. in gloſſ. 2. ff. de re iud. & benè facit text. in l. 2. ff. de conſtit. princi.* Tertiò alle-
7 gatur *text. in l. caſus. 8. in arg. C. de teſtam.* vbi, ſi propter † contagionem ſeu morbum ſuperuenientem in perſonam vnius teſtis neceſſe ſit interrumpere continuationem teſtamenti, ſuſtinetur teſtamentum. Et ſic propter neceſſarium impedimentum remittitur ſolennitas, quæ eſt, quòd vnico contextu fiat teſtamentum. *l. Hac conſultiſſima. 8. §. at cum humana. C. Qui teſtam. face. poſ.* Eodem modo dicamus, remiſſam eſſe ſolennitatem numeri teſtium. Sed tu aduerte, quia *textus in d. l. caſus. in fin.* videtur apertè decidere, quòd propter neceſſarium impedimentū non poſsit omitti numerus ſeptem teſtium. Et ſi dixeris, quòd ille textus non loquitur de morbo peſtifero; Reſpondeo, quòd loquitur de morbo, qui ſolet teſtes deterrere. Et ego intelligo de iſto contagioſo, quia aliæ ægritudies non ſolent facile deterrere teſtes. Contrariam opinionem, quòd non valeat, niſi interueniant ſeptem teſtes, tenent *Raph. Fulg. Paul. de Caſtr. Frans. de Aret. & Do. Alex. in d. l. fin.* adducentes exemplum Dom. Aquilæ vxoris Do. Signo. de Homod. Mediolanenſis Doctoris inſignis, quæ peſte percuſſa, non valens habere teſtes, fecit ſe portare in viam publicam, vt haberet teſtes audientes ſuam voluntatem. Sequitur *Lud. Rom. in repet. Auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid. in 34. priuilegio. & Ang. in d. l. conficiuntur. §. 1. Raph. Comen. in l. fin. C. de teſtam. milit. Alex. conſ. 70. viſo conſil. col. pen. lib. 2. & conſ. 127. viſo themate. col. 3. eod. lib.* Et vtrobique dicit, quòd iſta *opinio eſt* C O M M V N I S, & idem etiam tenuit *Ioan. Firma. in tract. de gabellis. quæſt. 24. 2. partis. & Barba. in rubr.*

rubr. de teſtam. verſ. 39. conſil. 58. col. 7. & ſeq. lib. 1. Mouentur inprimis auctoritate *Bart. in d. l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſta. mil.* dicentes, quòd *Bart.* in illis verbis, bonum eſſet prouidere, quòd teſtamentum valeret, innuit, quòd ſi noua lege non validetur, quòd ſit nullum. Sed certè *Bart. ibi* voluit contrarium, *ut ſuprà dixi*, in eo, dum dicit, *& facit iſta lex, quòd valeat teſtamentum tempore peſtis cum duobus teſtibus.* Et licèt ſubdat, quòd bonum eſſet ita ſtatuere, non tamen recedit ab argumento ſumpto ex illo textu, ſed dixit, bonum eſſe ita ſtatuere, vt omnis dubitatio tollatur. Præterea etſi Bart. vellet, non valere cum duobus teſtibus, non tamen negat, quòd non valeat cum quinque, *ut alij, ſuprà pro contraria parte allegati*, concludunt *per text. in d. l. conſciuntur. §. codicilli.* vbi
8 † dicitur, quòd habens facultatem teſtandi de iure, habeat etiam facultatem codicillandi, tametſi tempore, quo codicillatur, facultatem teſtandi de facto non habeat, vt, quia ſufficientem numerum teſtium non inueniat. Ecce *textum clarum*, quòd defectus ſeptem teſtium impedit facultatem teſtandi. Vnde non valebit teſtamentum etiam, quòd propter peſtem non poſsit haberi perfectus numerus teſtium. Conſidera, ſi poſsit reſponderi, quòd *ille textus* loquitur de eo, qui tempore codicillorum non habeat ſufficientem numerum teſtium actu, *vt probatur in verſ. eo tempore, quo codicillatur*, quaſi dicat, tunc, & in extremitate illius temporis: *l. 4. ff. de condit. & demonſt.* habere tamē potuiſſet intra aliquod breue tempus. Nos loquimur, quando propter peſtē non eſt ſpes intra breue tempus habendi teſtes, vnde, cū exiſtens in loco peſtilenti, dicatur in periculo mortis cōſtitutus, *ſecund. Corn. conſ. 13. In hanc. lib. 4.* quoad eum, impoſsibilitas reperiendi ſufficientem numerum reputatur perpetua, ſicut ſi rus aliquod inhabitaret. *d. l. fin.* Tertiò inducunt *text. in d. l. fin.* per locum à ſpeciali. Nam ſi conceſſum fuit ruſticis, ut cum quinque teſtibus, militibus exiſtentibus in acie, cum duobus, & ſimiliter peregrinis, dum ſunt in peregrinatione, cum duobus teſtibus teſtari poſsint, *per text. in Auth. omnes peregrini. in verb. liberam habeant facultatem. C. commun. de ſucceſſ.*

quem Ang. *ibi, & in §. quod autem. in Auth. de non alienand.* ad hoc notauit. Ergò in alijs ſtabit firma regula, quòd requirantur ſeptem teſtes ad euitandas falſitates. *l. fin. C. de fideicommiſſ.* Sed ad iſtud poteſt reſponderi, quòd *text. in d. l. fin. C. de teſtam.* continet diſpoſitionem limitatiuam, & in limi-
9 tatorijs † licita eſt extenſio ex rationis identitate. *l. libertum. 64. §. ſenatuſc. ff. de rit. nupt. Bart. in l. ſi conſtante. in 9. quæſt. 1. part. ff. ſolut. matrim. Panorm. in c. cùm omnes. col. 5. de conſtit. Socin. conſil. 38. col. 2. lib. 1.* Ratio autem ibi aſsignata conſiſtit ſuper inopia teſtium, quæ maximè militabat tempore peſtis, ergò, &c. Et pro iſta opinione adduco, quòd conſu-
10 luit *Bald. conſil. 285. Si quis iuris ciuilis. lib. 3.* vbi † conſuluit, teſtamentum factum ab eo, qui erat in quodam caſtro, ad quod non patebat acceſſus (ex eo, quòd dominus caſtri inſtitutus in primo teſtamento neminem patiebatur ingredi) non valere propter carentiam ſeptem teſtium, dato, quòd ſex interuenerint. Et pro iſta deciſione Baldi eſt caſus *in l. ſi quis. 2. ff. Si quis aliq. teſt. prohib.* quam *Bald.* non allegauit, de quo miror; cùm nihil ignorauerit. *Iſte text.* multum ſtringit pro hac parte. Si enim non valet teſtamentum, quando integer numerus haberi non poteſt propter violentiam humanam, eadem ratione non debet valere, quando haberi non poteſt propter violentiã diuinam. Poteſt reſponderi, quòd ille textus nihil facit, quia vult, quòd non valens habere teſtes non poſsit teſtari, & iſtud conceditur. Sed iſte non eſt punctus noſter. quia nos dicimus, quòd habens quinque teſtes tempore peſtis, rectè teſtatur. Nec text. ille hoc negat, nec ſe ad numerum ſeptenarium reſtringit. Ad deciſ. Baldi poteſt dici, quòd non eſt vera, & contrarium tenuit *idem Bald. in d. l. fin. & ſequuntur Nicol. de Mat. & Sali. ibi.* Quid tenendum? Ego in hoc puncto diſtinguerem. Aut peſtis non eſt magna, & tunc non valeat, niſi interueniant ſeptem teſtes, & ita procedat ſecunda opinio. & ita intelligo text. *in d. l. caſus.* vbi propter morbum vnius teſtis non remittitur
11 ſolennitas numeri ſeptem teſtium. † Et generaliter, vbi dixi, peſtem habere ſpecialia, intelligo de peſte notabili, quia leuis

leuis contagio non excuſat, *ſecund. Card. Alex. in c. pervenit. 18. diſtinct.* facit, quia leuicula febris non facit ſeruum morboſum, *l. 1. §. proinde. ff. de ædil. edict.* nec leuis quartana excuſat à contumacia. *l. quæſitum. 60. ff. de re iudic.* Aut peſtis eſt magna & valdè ſæuit in loco. Et tunc aut ſumus in terris Ec-
12 cleſiæ, & tunc † ſufficiunt duo teſtes cum parochiano, etiam tempore ſanitatis. *c. cum eſſes. de teſtam. vbi Pan. & aly.* & iſta eſt *COMMVNIS ſententia Cano.* licèt aliqui contradicant, *ſecund. Corn. conſi. 31. lib. 2.* Vel coram quatuor teſtibus ſine parochiano, *ſecund. Panor. & Barbat. in d. c. cum eſſes. Ludo. Rom. in Auth. ſimiliter. in 34. ſpeciali. C. ad l. Falc.* Aut ſumus in terris imperij, & tunc teneo, quòd tempore peſtis valeat teſtamentum factum coram quinque teſtibus, *per text. in l. fin. C. de teſtam.* Nec obſtant rationes Mod. quia tolluntur ex ſuprà dictis. Et iſta opinio eſt magis æqua, maximè cum
13 faueat teſtamentis, quorum conſeruatio publicam reſpicit vtilitatem. *l. vel negare. 5. ff. quemad. teſtam. aperiantur.* † Et in dubijs opinionibus tenenda eſt illa, per quam teſtamentum ſuſtinetur. *l. ſi pars. 10. ff. de inoff. teſtam.* Et ſi aliter diceremus, eſſet tempore peſtis quaſi interdicta teſtandi facultas, qua nihil dulcius, & quæ nulli eſt deneganda, poſtquam iam aliud velle non poteſt. *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et bonum eſſet *dicit Barto.* quòd ſtatueretur teſtamentum tempore peſtis valere cum duobus teſtibus, dum tamen eſſent
14 omni exceptione maiores. Illud autem ſcias, † quòd illi qui remanent in ciuitate peſtilenti pro tuenda republ. & pro ſubueniendo infirmis & egenis, ut nuper fecit nobilis Dom. Ioan. Pugetus, Do. loci de Caſtolio, habeant priuilegium teſtandi cum duobus teſtibus, *ſecund. Alex. & D. Iaſ. in d. l. fin.* quia iſti non minus pro Republ. militant in bello Dei, quàm milites armatæ militiæ in bello hominum, quos mi-
15 lites † conſtat, dum ſunt in acie, habere priuilegium teſtandi, quomodo velint & quomodo poſsint. *l. fin. ff. de teſtam. milit. l. 1. C. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit. & l. milites. 15. C. de teſta. milit.* Et ſi iſtud dictum verum eſt, ſummè notari debet, quia, cùm talibus huiuſmodi priuilegium concedatur pro-

L 2 pter vitæ

pter vitæ diſcrimen, in quo propter ſalutem reipubl. ſe conſtituunt, dicendum videtur, quòd etiam eis concedi debeant cætera priuilegia, militibus in teſtando conceſſa. Quæ plura ſunt & traduntur *per Bart. in l. neque enim. ff. de teſtam. milit. & per Bald. in d. l. milites.* Poterunt ergò tales ſubſtitue-
16 re directo maiori, *iuxta text. in l.* † *Centurio. 15. ff. de vulg. & pup.* Quod addere poteris ad ea, quæ ſcripſi anno præterito poſt
17 nouiſsimos. Credo etiam, † quòd medici, qui remanent ad curandum infirmos, habeant iſta priuilegia & immunitatẽ ab omnibus muneribus. *l. 1. C. de profeſſ. & medic. lib. 10.* Se-
18 cundò quæro, † an mulier tempore peſtis poſsit eſſe teſtis in teſtamento. Tempore enim ſanitatis non eſt idoneus teſtis in teſtamento. *l. qui teſtamento. 20. §. mulier. ff. de teſtam. l. fin. C. de fideicom. Dom. Iaſ. in d. l. fin.* determinat, quòd ſic,
19 quia in ſubſidium † mulier admittitur ad teſtimonium in caſibus, in quibus aliàs non admittitur, *ſecund. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſte. §. 1. Alex. conſ. 24. Animaduerſis. col. 3. lib. 2.* Contrariam ſententiam firmat *Dom. Alex. conſ. 70. viſo conſ. lib. 2. per text. in c. cum eſſes. de teſtam.* vbi de iure Canonico fuit diminutus numerus teſtium, & tamen requiritur, quòd ſint idonei. Sic etiam in teſtamento facto ruri, fuit diminutus numerus propter inopiam teſtium, *d. l. fin.* & tamen requiritur, quòd teſtes neceſſarij, aliàs ſint idonei, *vt ibi omnes concludunt.* Et licèt propter peſtem diſpenſatum ſit ſuper numero, non tamen ſuper idoneitate reperitur aliquid immutatum, ergò cur ſtare prohibebitur? *l. præcipimus.*
20 *32. C. de appellat.* Et pro hoc benè facit, quia † ſpecialia non ſunt multiplicanda. *l. ſi quando. 35. C. de inoff. teſtam.* Non obſtat, quòd mulier, quando mares non habentur, in ſubſidi-
21 um admittatur in teſtem, quia conceditur: ſed dicitur † in ſubſidium, quando maſculi teſtes haberi non poſſunt habitu & potentia. Sed quando maſculi haberi poſſunt potentia, licèt actu non reperiantur, non habet locum regula ſubſidiaria, *ſecund. D. Anton. de Butr. in c. tertio loco. de prob. Panormit. in c. de cætero. de teſtib.* vbi vult, quòd laici poſsint eſſe teſtes in ſubſidium contra clericum. Et dicitur in ſubſidium,

quando

quando nulli clerici habitant in loco illo, & ſic, quando nec actu nec potentia veriſimiliter poſſunt reperiri, qui teſtimonium perhibeant: ſecùs ſi in loco illo plures eſſent clerici, dato, quòd actui, de quo quæritur, præſentes non fuerint. Et idem docent *Panor. & Felin. in c. 1. in fin. & in c. ſuper eo. de teſti. cogen. & Dom. Iaſ. in l. 1. col. fin. & in 2. lec. col. 12. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. & latius in l. fin. C. De his quib. ut indig. Alex. conſil. 64. col. fin. lib. 1.* Tempore autem peſtis actu & potentia veriſimiliter maſculi magis, quàm fœminæ poſſunt reperiri, ergò dici non poteſt, quòd mulier admittatur
22 in ſubſidium. Faterer † tamen mulierem admitti in teſtem in teſtamento eius, qui in ciuitate permanſerat, vt labenti Reipubl. ſubueniret, ſicut in teſtamento militis, in quo mu-
23 lier poteſt eſſe teſtis. † Quod ſic probari poteſt, vbi remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui, ibi ſufficiunt duo teſtes, etiam fœminæ, *ſecund. Bart. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfect. C. de*
24 *teſtam.* vbi concludit, teſtamentum inter † liberos cum duobus teſtibus, etiam fœminis, valere, quia in teſtamento inter liberos remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui, quod etiam tenent *gloſ. in Auth. quod ſine. C. eod. Alex. in d. conſil. 70. & in conſil. 140. lib. 1. Panor. conſil. 93. & conſil. 105. col. 2. lib. 2.* & eſt COMMVNIS *opinio*, quam etiam ſequitur *Guido Papa deciſ. 538.* In teſtamento autem militis remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui. *l. 1. ff. de teſtam. milit.* ergò ſequitur, quòd in eo mulier poterit eſſe teſtis. ſi in teſtamento militis poteſt, ergò etiam in teſtamento eius, qui militat in bello Dei, *per*
25 *ea, quæ ſuprà dicta fuerunt.* Tertiò quæro, † an ſtatutũ diſponens, teſtamentum mulieris factum abſque præſentia duorum proximorum non valere, habeat locum etiam in teſtamento mulieris facto tempore peſtis? *Corn. conſil. 131. In hoc. lib. 4. & conſ. 53. eod. lib.* determinat, teſtamentum factum abſque præſentia propinquorum, tempore peſtis valere, non obſtante ſtatuto. Sed tu aduerte, quòd ſi prætendatur teſtamentum valere, quia propinqui omnes aufugiſſent,
26 tunc *deciſio Corn.* erit veriſſima, quia † ſtatutum, quòd mulier teſtari non poſſit abſque præſentia duorum proximorum, intelli-

intelligitur, ſi eos habeat, *ſecundùm Bald. in l. 1. C. unde vir & uxor. & Dom. Iaſ. in l. Stichum, qui meus. 6. de lega. 1. Felin. in c.*
27 *propoſuiſti. col. 3. de proba.* habere † autem proximos non dicitur, qui eos habet abſentes tempore quo actus expeditur, *c. præſentata. & ibi Feli. poſt Pan. no. de teſti.* Si verò proximi prætendantur eſſe præſentes, tunc iſta *deciſio Corn.* erit valdè dubia, & pendet ab his, quæ dicta ſunt in prima quæſtione huius particulæ, *& vide quæ dixi ſuprà in 13. priuileg. primæ*
28 *particulæ huius ſecundæ partis.* Quartò quæro, † quid ſi teſtator, qui condidit teſtamentum tempore peſtis cum quinque teſtibus, vel abſque præſentia proximorum, ſuperuiuat, & euadat periculum peſtilentiæ, an tale teſtamentum rumpa-
29 tur & irritum fiat? Videtur, quòd ſic, quia † teſtamentum militis, factũ in acie cum duobus teſtibus, irritũ fit, ſi miles ſaluus domum repetat. *l. pen. C. de teſtam. milit. & Inſti. eod. §.*
30 *illis. vbi glo. dicit*, quòd † ceſſante cauſa priuilegij, debet ceſſare priuilegium. & *facit text. in l. Titia. 87. §. vſuras. ff. de lega. 2.* Secundò pro hac parte facit, quòd decidit *Ang. in §. prouin-*
31 *ciarum. in Auth. ut factæ no. conſti. per illum text.* Pone, † mulier fecit teſtamentum, poſtea facta eſt conſtitutio, quòd teſtamentum mulieris non valeat, ſine præſentia duorũ agnatorum, dicit *Ang. Aret.* quòd ſi poſt conſtitutionem mulier habuit facultatem mutandi teſtamentum, & adhibendi præſentiam agnatorum, & illam non adhibuit, teſtamentum irritabitur. Idem dicamus in caſu noſtro, cùm ceſſante peſte potuerit teſtator adhibere debitas ſolennitates. *& idem voluit Ang. in auth. ut cum de app. cogn. in princ. & hanc deciſionem Ang. ſequitur, & dicit eſſe valdè notandam. Felin. in c. fin. col. 3. de conſti.* Tertiò facit, quod *dixit Paul. de Caſtr. in l. nutri-*
32 *toribus. 10. C. commun. de ſucceſſ.* vbi vult, † quòd teſtamentũ peregrini conditum in peregrinatione, cum minori numero ſeptem teſtium, valeat, ſi peregrè moriatur, ſecùs, ſi domum
33 repetat. Quartò facit, † quia quod pro neceſſitate temporum ſtatutum fuit, ceſſante neceſſitate, debet euaneſcere. *c. quod pro neceſſitate. 1. q. 1.* & hanc opinionem tenet *Dom. Chriſtoph. Por.* conciuis meus *in §. 1. Inſtit. de teſtam. milit.*

Pro

34 Pro contraria ſententia facit, † quia quantùm ad ſolennitates adhibendas in teſtam. inſpicimus tempus conditi teſtamenti. *l. 1. C. de teſtam.* Secundò facit, quod in terminis noſtris decidit *Bald. in l. ſi quis hæredem. 7. C. de inſtit. & ſubſtit.*
35 vbi vult, † quòd teſtamentum factum ruri cum quinque teſtibus, non irritetur, licèt teſtator efficiatur ciuis & incola ciuitatis, *ſequuntur Iaſ. & Mod. in l. fin. C. de teſtam.* Sicut ergò non irritatur teſtamentum ruſtici propter abundantiam teſtium ſuperuenientem, ita non irritabitur teſtamentum, factum tempore peſtis, licèt ſuperueniat ſanitas. Et ita reperio tenere *Corn. conſ. 53. In hac. col. fin. lib. 4.* & hanc partem credo veriorem. Pro qua videtur *text. in §. Sed hactenus. Inſtit. de teſtam. milit.* & pro qua facit ratio, quia numerus ſeptem teſtiũ & agnatorũ præſentia exiguntur in teſtamentis ad euitandas falſitates, *l. fin. C. de fideicommiſſ.* ſi modò dicamus, teſtamentum factum cum minori numero teſtium, & abſque agnatorum præſentia valere tempore peſtis, ſi moriatur tunc teſtator, quaſi tunc præſumatur non interueniſſe falſitatem; certè ſi ſuperuiuat, & in eadem voluntate perſeueret, multò magis debet valere, quia propter perſeuerantiam euidentiùs vera comprobatur voluntas, *argum. l. athletæ. 8. §. dat remiſſionem. & quod ibi not. per gl. ff. de excuſat. tutor.* Non obſtant adducta in contrarium. Et primò fundamentum, quòd irritetur teſtamentum militis, factum in expeditione, non eſt verum. & in contrarium eſt *textus in d. §. ſed hactenus.* Ad text. *in d. l. milites. & in d. §. illis. cum ſimil.* reſpondetur, quòd loquuntur in teſtamento militis facto domi, quod non valet, niſi ſeruata iuris ſolennitate, non autem, quòd irritetur, factum in caſtris iure militari, ſi reuertatur domum. *d. §. ſed hactenus.* Et, ſi dicatur *text. in d. §. ſed hactenus*, probat contrarium, quia dicit, quòd poſt annum irritetur: Reſpondeo, quòd ad hoc, ut poſt annum irritetur, eſt neceſſe, quòd etiã teſtator fuerit miſſus à militia. Et ſic poſt miſsionem & poſt annum irritatur non per ſolum lapſum anni. Vnde ſcias,
36 † quòd ad hoc, ut teſtamentum militis valeat iure militari, duo requiruntur, vnum quòd teſtetur in caſtris: ſecundum, quòd

quòd ſit miles. Iſta ſecunda qualitas requiritur per modum cauſæ permanentis: ideò ea ceſſante, ceſſat priuilegiũ. *d. §. vſuras.* vnde poſt miſsionem non valet, niſi miles moriatur intra annum. *d. §. ſed hactenus.* Prima autem qualitas, quòd teſtetur in caſtris, vel in loco peſtifero, requiritur per modum cauſæ principiantis ſeu habilitantis. ideò eſto, quòd miles reuerſus fuerit domum, niſi miles ſit miſſus à militia,
37 teſtamentum ſuſtinebitur, † quia ceſſante cauſa requiſita per modum principiantis, non ceſſat diſpoſitio, *ſecund. Innoc. in Clem. 2. de reſcr.* Et dicebat *Bald.* aut qualitas acquiritur per modum cauſæ fiendi, aut per modum cauſæ eſſendi. Primo caſu, qualitate ceſſante, non ceſſat diſpoſitio, ſed ſecundo caſu benè ceſſat. *Ita Bald. in d. l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Quod latiùs comprobaui *in l. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill.* Ad deciſionem *Ang. in d. §. prouinciarum.* reſpondeo, quòd non eſt vera, & contrarium tenet *Paul. de Caſtr. per text. clarum. in l. iubemus. 29. C. de teſt.* Nec obſtat ponderatio, quam ibi facit *Dom. Iaſ. per Ang.* dum dicit, quòd illa verba, *quid enim peccauit, qui nouæ legis inſcius priſtinam formã ſeruauit*: à contrario ſenſu innuunt, quòd is, qui ſuperuixit poſt legem nouam, peccauit, quia ſciuit legem, & eam non ſeruauit, quia iſta conſideratio, meo iudicio, non eſt digna viro. Nam arguendo hoc modo, lex illa non haberet dubi-
38 um, *dicit ille text.* † teſtamentum factum ſecundùm formam antiquam, valeat, non obſtante diſpoſitione nouæ legis, dantis aliam formam, ſi tu intelligas iſtam legem caſu, quo teſtator moriatur ante habitam noticiam nouæ legis, *ut intellexit D. Iaſ.* Reſpondeas mihi, an tunc ſit neceſſe fateri, illam
39 legem fruſtrà fuiſſe editam, quia † noua lex ante noticiam veram vel præſumptam neminem ligat. *c. cognoſcentes. de conſtitut.* Nam niſi lex ſit publicata, & lapſi duo menſes à die publicationis, non ligat ignorantes, poſt verò lapſum duorum menſium à die publicationis omnes ligat, quia quilibet præſumitur habuiſſe illius noticiam, *ut in auth. ut factæ nou. conſtit. per totum.* Secundò reſpondeo, quòd Dom. Iaſ. non benè ſumit argumentum à contrario, eo modo, quo ipſe

arguit,

arguit, quia illa verba, *quid peccauit, qui huius legis inſcius priſtinam formam ſeruauit*, habent relationem ad tempus præteritum, & ſic Legiſlator voluit ſatis eſſe, quòd teſtator eſſet inſcius nouæ legis, tempore quo priſtinam formam ſeruauit. & ita *COMMVNITER* intelligitur *ille text*. Et deciſionem *Ang*. etiam reprehendit *Corn. in d. conſil. 53.* retorquens illũ textum contra Angel. quia licèt textus dicat, quòd plerunque teſtatores poſt legem nouam repentè decedunt, non tamen debet ſumi argumentum à contrario ſenſu. Ergò ſi teſtator repentè poſt legem non decedat, teſtamentum non valebit, quia lex diſponens aliquid ratione frequentioris uſus, & quia plerunque contingit, habet etiam locum eo caſu, quo illud aliter contingat. *l. meminerint. 6. cum gl. & ibi Bart. C. vnde vi.* Vel dato, quòd deciſio Angel. eſſet vera, non faceret ad caſum noſtrum, quia habet diuerſam rationẽ dicendi, *ſecundùm Corn.* Ad deciſionem Pan. poteſt reſponderi, quòd non eſt juridica, *ut patet ex præmiſſis.* Ad text. *in c.*
40 *quod pro neceſſitate.* reſpondeo, quòd † ceſſante neceſsitate, debet ceſſare ſtatutum ex cauſa neceſsitatis, quoad actus futuros, non autem quoad actus perfectos & abſolutos. *c. quod quidam. 1. q. 1.* vbi baptiſmus collatus à laico, tempore neceſ-
41 ſitatis, non ceſſat, neceſsitate ceſſante, quia † effectus iam eſt conſummatus, & effectus iam conſummatus non ceſſat, ceſſante cauſa. *l. ſcripto. 6. ff. vnde libe.* Et in omnem euentum; ſi in eo appoſita eſſet clauſula codicillaris, ſuſtineretur ſaltem in vim codicillorũ, *iuxta plenè tradita per Bart. in l. 1. ff. de iure*
42 *codicill.* Quintò quæro, † an tempore peſtis valeat teſtamentum, etiamſi teſtes non fuerint à teſtatore rogati? *D. Chriſt. Port. inſtit. de teſtam. milit. col. 4. in princ.* dicit, quòd non valet, niſi teſtator eſſet tempore conditi teſtamenti peſte percuſſus. Ego credo indiſtinctè non valere, quia nulla ſubeſt cauſa, quare magis infirmo ex cauſa peſtis cenſeri debeat remiſſa ſolennitas rogitus, quàm alijs infirmis, & quia priuilegia non ſunt in eadem perſona multiplicanda. *d. l. ſi quan-*
43 *do.* Sextò quæro, † teſtator legauit Titio fundum, ſi aderit tempore mortis ipſius teſtatoris, & cadauer ad ſepulturam

aſſociauerit. Moritur teſtator abſente Titio, quæritur an legatum ſibi debeatur? Videtur non deberi, quia defecit conditio legati. Et, ſi dicatur, quòd debet haberi pro impleta, ex quo iuſto impedimento legatarius impeditur conditionem implere. *l. quæ ſub conditione 8. §. quoties. ff. de conditio. inſtitut.* Reſpondetur, quòd illa lex loquitur in conditione poteſtatiua, & quam omninò grauatus impediebatur adimplere. Nos loquimur in conditione mixta, quam potuiſſet legatarius adimplere, licèt cum periculo, eſt enim hæc conditio, *ſi aderis in ciuitate, vel ſi in ciuitatem redieris*, conditio mixta, quia multa poſſunt oriri impedimenta ad impediendum præſentiam vel regreſſum. *l. ſi pater. 4. C. de in-*
44 *ſtitut. & ſubſtit.* † Et in conditionibus mixtis, ſi conditio deficiat propter caſum, nunquã habetur pro impleta. *l. legatum. 4. C. de condit. inſer. l. 1. & ibi no. C. de inſt. & ſubſt. l. in teſtamento. 31. ff. de condit. & demonſt.* In contrariũ videtur text. *in l. ſi quis Titio. 41. ff. ex quib. cauſ. maio.* vbi hæc conditio, ſi legatarius adeſſet in ciuitate caſu, quo abſit ex cauſa probabili, ſaltẽ ope reſtitutionis haberi debet pro impleta. Ergò eodẽ modo, ſi abſit cauſa peſtis, erit habẽda pro impleta. & benè facit text. *in l. Iulianus. 17. §. cum quoq. & ibi Bart. ff. eod. tit.* Quid tenendũ? Ego dicerem, ſi teſtator tempore conditi teſtamenti erat in loco peſtilenti, quòd defecerit cõditio, nec haberi poſsit pro
45 impleta. ratio eſt, quia † vbi cõſtat de mente teſtatoris, quòd velit conditionẽ verè impleri, nunquã habetur pro impleta, etiamſi non ſtet per implere debentem, niſi actu verè adimpleatur. *l. in his. 16. & l. Iulianus ait. 45. ff. de condit. & demonſt. & firmat Bald. in d. l. ſi pater. in 2. quæſt.* Sed teſtator voluit eam impleri etiam tempore peſtis. Quod ex eo conſtat, quia exiſtens in loco peſtifero, dicitur in periculo mortis, ut ſuprà toties dixi. Vnde legando in tali periculo ſub conditione, *ſi legatarius aſſociauerit funus ad ſepulturam*, cenſetur cogitaſſe de morte ſibi imminente ex cauſa peſtis, *argum. l. fin. cum ibi not. C. de poſt. hæred. inſtitu.* Si verò fecit teſtamentũ in loco ſano, puto conditionem poteſtatiuam haberi pro impleta. *d. §. quoties.* Mixtam verò defeciſſe, ſed ope reſtitutionis pro impleta

pleta haberi. *d. l. ſi quis Titio.* Non enim credendum eſt, teſtatorem huius propoſiti fuiſſe, quòd legatarius, cui ob amorem legauit, *l. nec adiecit. 9. ff. pro ſoc.* deberet cum periculo vitæ ad funeralia ipſius accedere. Nam ſi teſtator ab hærede quicquam reſtitui vel ſolui certo loco iuſſerit, ita demum ibi ſolutionem fieri voluiſſe creditur, ſi eò legatarius tutè accedere poſsit. *l. de ætate. 8. & l. recuſare. 6. §. fin. ff. ad*
46 *S. Trebell.* Septimò quæro, † an tempore peſtis valeat donatio cauſa mortis, facta coram duobus teſtibus, quæ aliàs coram quinque fieri debet? *l. fin. C. de don. cauſ. mort.* Iſta quæſtio dependet ab his, *quæ ſcripſi in 1. quæſt. huius particulæ.* ſi enim remiſſa eſt ſolennitas duorum teſtium in teſtamentis, & ſtatutum, quòd valeat cum quinque, certè etiam eadem ſolennitas remiſſa videbitur in donatione cauſa mortis. Et ſic valebit cum tribus teſtibus, *per text. in l. Marcellus notat. 15. ff. de dona. cauſ. mort.* vbi *Iulianus* ita arguit: ſi data eſt libera facultas filijsfamiliâs militibus teſtandi quomodo velint, credi poteſt etiam ea eſſe remiſſa, quæ in donatione cauſa mortis fieri debent. In contrarium vrget *deciſ. Bart.* COMMVNITER *approbata in l. 2. ad fin. ff. de leg. 1.* vbi
47 quærit, † ſi ſtatutum velit, quòd in teſtam. ſufficiant quinq; teſtes, an videatur velle, quòd in Codicillis ſufficiant tres? *decidit Bart.* quòd non, quia non reperitur facta regula, quòd in codicillis ſufficiant duo teſtes, minus quàm in teſtamentis, *& pro hoc allegat not. in l. illud. 17. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. tam is. 25. §. 1. per gloſſ. ff. de donat. cauſ. mort.* ſuper quo tu cogitabis, quia *contra Bart. valdè obſtat text. in d. l. Marcellus.* quem alij non adducunt.

De priuilegijs iudiciorum cauſa peſtis. CAP. III.

SVMMARIVM.

1. *Citatus ad locum peſte infectum, an debeatur comparere. Et quid ſi in dicto loco contagioſo ius dicatur, nu. 2. Et an teneatur pro ſe ad eundem locum mittere procuratorem. n. 3.*

4. *Citatus ad locum peſtilentem, ad quem ire non tenetur, an veniat excuſandus, ſi quis obtulit ſe iturum, & illic pro reo reſponſurũ, & non miſit.*
5. *Citatus ad locum vbi peſtis viget, ſi ſemel illic comparuit, an iterum comparere teneatur.*
6. *Exceptio loci non tuti, eſt dilatoria, & poteſt opponi in quacunque parte iudicij. nu. 11.*
7. *Citatus ſi ſemel comparuerit, vbi ſententia eſt nulla, an & quando conualidet iudicium, quod prius erat nullum. & nu. 13.*
8. *Exceptio dilatoria, ſi poſt litem conteſtatam ſit ſuborta, poteſt etiam poſt litis conteſtationem opponi. Item, ſi grauamen cauſam habeat ſucceſſiuam. nu. 9. Et talis ſit exceptio, quæ obſtet actui gerendo. nu. 10.*
14. *Exceptio feriarum, licèt per partem non fuerit oppoſita, quoad litis conteſtationem impediendam, an poterit poſtea opponi ad impediendum vlteriorem proceſſum.*
15. *Conſentiens in vno actu, an cenſeatur conſenſiſſe in reliquis.*
16. *Renunciatio, quæ tacita fuit in vna inſtantia, an noceat in alia.*
17. *Citatus, qui malitioſè diſtulit opponere exceptionem loci non tuti, an veniat condemnandus in expenſis.*
18. *Citatus ad locum non tutum propter peſtem, an teneatur comparere, vt ibidem proponat exceptionem loci non tuti.*
19. *Notorium an quis allegare teneatur, licèt probare non aſtringatur.*
20. *Exceptionem loci non tuti, an poſſit quilibet ſine mandato allegare pro citato.*
21. *Citatus, licèt non teneatur comparere, an ſufficiat, quòd coram honeſtis viris proteſtetur, quòd libenter compareret, niſi locus eſſet ſuſpectus.*
22. *Impeditus, niſi de impedimento expreſſè proteſtetur, an excuſetur.*
23. *Appellatio an remaneat deſerta ſine ſpe reſtitutionis, ſi appellans, qui non habet iudicis copiam de impedimento, non proteſtetur.*
24. *Proteſtatio ob quam cauſam fiat. Et an & quando proteſtatio impedimenti ſit neceſſaria. nu. 26.*
25. *Proteſtatio coram iudice appellationis debet fieri de conſilio, & ſi de conſilio, ergò ſecundùm Iaſonem ad benè eſſe.*
27. *Proceſſus, factus contra citatum ad locum notoriè non tutum, an & quando teneat. Et quid ſit, ſi non conſtat notoriè, iudici tamen conſtat. nu. 29.*
28. *Citatio, continens notorium grauamen, eſt ipſo iure nulla.*

30. Excom-

30. *Excommunicatus propter contumaciam comparere impeditus, an & quando veniat abſoluendus.*
31. *Impeditus parere, an ſemper dicatur inobediens.*
32. *Iudicis voluntas talis præſumitur, qualis eſſe debet.*
33. *Citatus ad locum non tutum, an & quando poßit appellare, antequã excipiat de loco non tuto. & nu. 34.*
35. *Peſtis quamdiu viget, ſopitam tenet inſtantiam.*
36. *Reſtitutio in integrum aduerſus inſtantiæ lapſum, competit impedito comparere propter peſtem.*
37. *Fatalium curſum impedit peſtis, ſi ea ante peſtem currere non inceperant. Et ibidem, quid ſi iam currere inceperant.*
38. *Iudex delegatus, cui cauſa commiſſa fuit decidenda certo loco, an propter peſtem ibi vigentem poterit omiſſa mandati forma alibi de illa cognoſcere.*
39. *Iudex fugitiuus propter peſtem, an & quando poßit ius dicere in alieno territorio.*
40. *Iudex fugitiuus cauſa peſtis, an poßit ius dicere inter ſubditos, ratione delicti vel contractus. Et, an ſubditi ratione delicti vel contractus dicantur propriè ſubditi. nu. 41.*
42. *Iudex, ad quem gradatim deuoluitur appellatio, ſi ſit in loco peſtis infecto, ad quem deuolui debet ipſa appellatio.*
43. *Iudex cauſarum ciuilium poteſt de cauſis criminalibus, & criminalium de ciuilibus cognoſcere, vbi alter ipſorũ abeſt tempore peſtis.*
44. *Teſtes tempore peſtis poſſunt ante litis conteſtationem examinari, quod alio tempore non licet.*
45. *Licèt clericus eſſe teſtis non poßit coram iudice ſeculari ſine ſui ſuperioris licentia, eſſe tamen poteſt tempore peſtis.*
46. *Laicus poteſt abſoluere ab excommunicatione peſte laborantes, & in articulo mortis conſtitutos. Et an habita facultate taliter abſoluti teneantur à ſuperiore denuò abſolui. nu. 51.*
47. *Morti proximus, vel in articulo mortis conſtitutus, is dicitur, qui graui laborat morbo: vel cui iuſtus imminet naufragij vel latronum timor.*
48. *Laicus an poßit audire confeßionem infirmi propter peſtem. Et, an habita ſacerdotis copia, teneatur dictus infirmus reiterare confeßionem. 49.*
50. *Miſericordiam non merentur, qui ex propria culpa in neceßitatem inciderint.*
52. *Iudex tempore peſtis poteſt ius dicere ad feneſtram domus ſuæ.*

CONDESCENDO AD TERTIAM PARticulam ſecundæ partis principalis, videlicet ad priuilegia judiciorum, quæ plura ſunt. Primò, citatus ad peſtilentem locum, excuſatur à contumacia,
1 cia, † ſi non compareat. *Clem. paſtoralis. de re iud. Clem. 1. de foro comp. c. ex parte. de appell. l. quæſitum. 60. ff. de re iud. c. accedens. 2. vt lit. non cont.* Quod verum eſt, etiamſi citatus promiſiſſet ſiſtere in loco illo. *l. 2. §. fin. ff. ſi quis cautio.* Et etiã, ſi in inſtrumento cautum eſſet, eum vbique poſſe conueniri, quia talis conuentio non intelligitur de loco non tuto, *ſecundùm Dom. Anton. in c. 1. de iud. Ang. & Alex. in l. cum res. 47. in princ. ff. de leg. 1.* Sed circa iſtud priuilegium dubitari po-
2 teſt de pluribus. Et primo, † an procedat etiamſi in loco contagioſo ius dicatur? Super qua dubitatione dic *ut ſuprà*
3 *ſcripſi in 6. priuilegio primæ particulæ.* Secundò dubitatur, † an teneatur ſaltem mittere procuratorem? Breuiter, cùm locus etiam procuratori tutus non ſit, liquidò conſtat, eum non teneri procuratorem mittere, *ut eſt text. in d. c. ex parte. quem Panor. & alij notant. & Ang. in diſput. exordiente, Bononiæ quidã. Imol. & Alex. d. l. de ætate. Bald. in tit. de pac. conſt. in verb. ſen-*
4 *tentiæ quoque.* † Sed quid, ſi aliquis ſe offerat ire, & pro ipſo citato reſpondere, an tunc excuſabitur, ſi non mittat? Videtur non excuſari, quia non poteſt allegare, locum non eſſe tutum procuratori, cum reperiat idoneum procuratorem, volentem ſuſcipere cauſæ patrocinium. Et ita videtur tenere *Ang. in d. diſput. & Innoc. in c. cum dilecti. de dol. & cont. Imol. & Alex. in d. l. de ætate.* in quantum dicunt, ſi locus ſit tutus procuratori & cauſæ, quòd debet procuratorem mittere. Sed contrarium videtur verius, *per text. in d. c. ex part. ibi, tu vel tui. & ibi gl. Imol. Panor. & Peruſ. ad hos not. & gl. in c. bonæ. in verb. ſecurè. de elect. & bonus text. cum gl. in c. ſi non coniugij. 24. q. 2.* Et ratio eſt euidens, quia cùm Dominus habeat legitimam exceptionem dilatoriam ratione loci non tuti, non debet compelli cauſam, quam vult defendere per ſeipſum, tueri per alium, maximè ſe offerentem, qui propter ſuam oblationem ſuſpectũ ſe facit. *l. quæ omnia. 25. ff. de Procurat.* Quod

clariſſi-

clariſsimum eſt in caſibus, in quibus non teneretur procuratorem mittere, etiamſi locus ſanus eſſet, *de quibus per Bart. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cauti.* Et licèt procurator velit accedere, non tamen ſequitur, ergò locus eſt ei tutus, vt de
5 ſe patet. Tertiò † dubitatur, quid ſi ad locum peſtiferum citatus ſemel comparuerit, an iterum citatus teneatur comparere, in tantum, quòd ſi non compareat, mulctari poſsit?
6 Videtur quòd ſic, † quia exceptio loci non tuti, eſt dilatoria, ergò, quia in exordio litis non fuit oppoſita, videtur remiſſa. *l. ita demum. C. de procuratorib. 13. c. inter monaſterium. de re*
7 *iud.* † Et quia, vbi citatio eſt nulla, ſi citatus compareat ſemel, conualidatur iudicium: *l. 1. cum gl. ff. de ferijs. cum alijs adductis per Felin. in c. gratum. col. 2. de offic. deleg.* Et quia, ſi liceret poſtea hanc exceptionem opponere, eſſet in arbitrio citati grauare actorem laboribus & expenſis, quod non eſt tolerandum. Sed iſtis non obſtantibus, in contrariũ eſt ipſa
8 veritas, quia exceptio dilatoria † ſuborta poſt litem conteſtatam, poteſt etiam poſt conteſtationem litis opponi. *c. inſinuante. De offic. deleg.* Sed iſta eſt huiuſmodi, quia, quoties quis citatur ad locum non tutum, toties grauatur, & ſic talis exceptio naſcitur propter citationem, ergò ad ipſam citationem opponi poterit, *ſecund. Archidi. Ioan. Andr. Gem. &*
9 *Peruſ. in c. ſtatuimus. de offic. deleg. in 6.* Et quia † vbi grauamen habet cauſam ſucceſsiuã per litis conteſtationẽ, non cõſumitur ius excipiendi, *ſecund. Ioan. Andr. & Mod. in c. dilectus. 2.*
10 *de reſcript.* Sic † vbi grauamen habet cauſam ſucceſsiuã, per lapſum decem dierum, non extinguitur ius appellandi, *ſecundùm Spec. tit. de appell. §. reſtat. col. fin. Bald. in l. 2. C. de epiſ. audi. & traditur in varijs locis, maximè per Doct. in l. eum qui. 30. §. in popularibus. ff. de iureiur.* Et pro iſta opinione eſt *caſus in d. c. ex parte. ibi, quoties citatur.* per quem text. *Imol. & Mod.*
11 concludunt † quòd exceptio loci non poteſt opponi in quacunque parte iudicij. Et idem tenet *Bald. in l. peremptorias. 2.*
12 *col. 5. C. ſent. reſcind. non poſſe.* quia † per geminatam citationem geminatur grauamen, non autem conſumitur. & idem voluit *Spec. tit. de cit. §. 1. verſ. quid ſi reus citatus. Imol. in Clem. cauſam.*

cauſam. de elect. col. 10. Feli. in d. c. accedens. col. 4. verſ. decima concluſio. vbi alia adducit, quæ per te videas. Non obſtant cõtraria. Et primò, quòd exceptio iſta ſit dilatoria, quia reſponſũ fuit ſuprà. Non obſtat, quòd ſpontanea comparitio valida-
13 uerit iudicium, quia † verum, quantùm ad acta & geſta tempore comparitionis, non autem quoad gerenda in futurũm, *ſecund. Alex. in d. l. 1. per illum text. in ver. alterutro.* per quem
14 dicit, quòd licèt † pars non oppoſuerit exceptionem feriarum quoad litis conteſtationem impediendam, poterit poſtea opponere ad impediendum vlteriorẽ proceſſum. Nam
15 in † judicialibus, qui conſentit in vno actu, non intelligitur conſentire in reliquis, *ſecund. gl. in Clement. ſæpè, in verb. partibus. de verb. ſignif. quam magnifacit Panormit. in c. quoniam contra falſam. col. fin. de proba. & in c. præſentium. col. 4. de teſtib.*
16 † Sic etiam tacita renunciatio in vna inſtantia, non nocet in alia, *ſecund. Innoc. in c. cùm veniſſent. ad fin. de teſtib. Ant. de Butr. in c. cum olim. col. 11. de cenſi.* Ad fatigationem acto-
17 ris reſpondetur, † quòd citatus, qui malitioſè diſtulit opponere exceptionem loci non tuti, condemnabitur in expenſis. *c. exceptionem. de except.* Quod reſpectu condemnationis expenſarum procedit generaliter, *ſecund. Innoc. in c. in mona-*
18 *ſterium. de re iudicat.* Quartò dubitatur, † an citatus ad locum infectum teneatur comparere ad effectum proponendi exceptionem loci non tuti? Breuiter agendo circa iſtum punctum conſiderandi ſunt tres caſus. Primus, quando notorium eſt, locum eſſe contaminatum, & iſto caſu non tenetur etiam proponere exceptionem loci non tuti. *Clem. paſtoralis. §. Piſana. de re iudi.* per quem text. *ita decidunt Bart. & alij in d. l. de ætate.* Idem *tenet Bart. in l. ſciendum. 4. §. fin. per illum text. ff. de legationib. & firmant Hoſt. Imol. Panor. & Modern. in d. c. ex parte. Innoc. Panor. Dom. Ant. & Imol. in c. præterea. de dilat. Iaſ. in l. ſi verò. 5. §. fin. ff. qui ſatisd. cogant.* Nec obſtat, ſi
19 dicatur, quòd † tenemur allegare notorium, licèt non aſtringamur probare. *l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. §. ijdem Pollioni. ff. Ad leg. Iuliam. de adul. & no. per gl. in Clem. appellanti. de appell.* quia fallit in exceptione loci non tuti notoria, quæ prodeſt, ſi non

ſi non allegetur. Et ratio fallentiæ eſt, quia citatio ad locum
notoriè non tutum, eſt ipſo iure nulla, quia eo ipſo grauat,
quòd ad comparendum arctat, & quia grauamen cauſatur
ex notorio in comparendo, non eſt æquum, quòd allegetur,
quia in allegando requiritur comparitio, in qua ineſt ipſum
grauamen, quod non eſt reparabile per appellationem &
ſententiam, cùm agatur de periculo vitæ. Ideò non eſt ex-
ceptio notoria alleganda, *ſecund. Felin. in c. cum ordinem. col.
9. de reſcript.* Ex quo apparet, non obſtare, ſi dixeris, cita-
tum teneri allegare notoriam exceptionem ſuſpicionis, *ſe-
cundùm Io. Andr. & alios in d. c. preterea.* quia citatio ad com-
parendum coram judice ſuſpecto, non grauat: & ſi graua-
ret, poſſet grauamen reparari per appellationem à definiti-
ua, *ſecundùm Imol. & Modern. in c. ex parte.* Secundus caſus
eſt, quando non eſt notorium, tamen judici conſtat lo-
cum eſſe infectum, & tunc citatus etiam non tenetur hanc
exceptionem loci non tuti proponere, *ſecund. Card. Panor. &
Modern. in d. c. ex parte. Imol. & Alex. in d. l. de ætate.* quia vbi
impedimentum eſt notum judici, impeditus excuſatur à
contumacia. *d. l. quæſitum. vbi Bart. ff. de re iud. Bart. in l. 2. in
fin. ff. de in ius voc.* Tutius tamen eſt, quòd citatus mittat ex-
cuſatorem, ſi poteſt, *ſecund. Rot. deciſ. 15. in antiq.* Tertius ca-
ſus eſt, quando judex ignorat, locũ eſſe contagioſum. Quod
vix credendum eſt, niſi contagio eſſet leuis & modica. Et, ſi
eſt leuis, tenetur comparere per ſe, vel per procuratorem,
iuxta ea, quæ ſuprà dixi. Si eſt magna, tunc propter iuſtum im-
pedimentum citatus habet iuſtam cauſam non comparen-
di. Sed proceſſus contra eum factus non tenebit, *iuxta ea quæ*
20 *ſtatim ſubyciam.* † Quintò dubitatur, An quilibet ſine man-
dato poſſit pro citato hanc exceptionem loci non tuti alle-
gare? Punctus huius dubitationis pendet *à doctrina Bart. in
l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic.* dicit *ibi Bart.* quòd ad
excuſandum abſentem propter exceptiones neceſſarias, ut
quia abſens eſt infirmus, *ut in d. l. quæſitum.* vel quia abſens eſt
in carceribus, quilibet admitti debet pro abſente, etiam ſi-
ne mandato: Sed ad excuſandum abſentem propter exce-

ptiones voluntarias, ut quia locus non ſit tutus propter inimicos, non auditur excuſator ſine mandato. Et ſic vides, *Bart. velle*, non admitti excuſatorem ſine mandato. Sed *Inno. in c. veniens. de accuſationib.* dat aliam doctrinam, aut excuſator allegat exceptiones iuris, puta, quòd iudex eſt excommunicatus, & tunc non debet audiri ſine mandato: aut allegat exceptiones meri facti, & debet audiri. Cùm itaque allegans locum eſſe contagioſum, proponat impedimentũ facti tantùm, videtur quòd ſit admittendus. & ita tenet *Imol. in c. veniens.* quia hæc eſt talis exceptio, cui non eſt veriſimile abſentem debere renunciare. Deſiperet enim, qui contrarium crederet, cùm peſtem humana fugiat ratio, cùm contagio de more vitetur. & ita etiam tenet *Dom. Philip. de Peruſ. in d. c. ex parte.* & *Ang. in l. exigendi. 12. in princ. C. de pro-*
21 *curatorib.* Sextò dubitatur, † licèt citatus non teneatur comparere, an ſaltem debeat proteſtari coram honeſtis viris, quòd compareret, niſi locus eſſet infectus? Videtur quòd ſic, *per text. in c. fin. in ver. conteſtatione facta. de appell. & l. fin. C. de his qui propter met. iudicis non appell. Bart. in l. de pupillo. 5. § ſi quis ipſi prætori. ff. de nou. oper. nunciatio.* Per quæ iura *Doct.*
22 † in varijs locis concludunt, impeditum non excuſari, niſi de impedimento expreſsè proteſtetur. *ad idem facit text. in l. 2. ff. de nau. fœnor. & in l. mulier. 8. ff. de leg. commiſſ.* Et ideò *gl. in c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. in ver. propoſitum. de elec. lib. 6.* determinat, quòd impeditus in termino actum expedire, debet de impedimento proteſtari, ne de negligentia
23 notetur. Et ibi *Gemin.* infert, quòd ſi † appellans, qui non habet copiam iudicis, non proteſtetur de impedimento, appellatio remanebit deſerta, ſine ſpe reſtitutionis. *Sequitur Alexand. conſil. 19. viſo proceſſu. lib. 1. conſil. 154. viſo proceſſu. col. fin. lib. 2. & in l. properandum. 10. §. ſin autem utroque. C. de iudic.* Et omiſsis pluribus alijs ſimilibus, ad terminos noſtros facit, quod decidit *Alex. conſil. 51. viſo themate ſuprà ſcripto & allegationibus. lib. 2.* vbi concludit, impedimentum peſtis & guerræ non excuſare impeditum à curſu præſcriptionis, niſi fuerit de impedimento proteſtatus. Quia aliter probare

non

non poterit ſe fuiſſe inchoaturũ iudiciũ, ſi peſtis non fuiſſet. *allegat & alios ita tenere in c. ex tranſmiſſa. de præſcript. & Dom. Anto. in c. cùm non liceat. eod. tit.* Contrariam opinionẽ, quòd non ſit neceſſe proteſtari, tenet *Alex. & Dom. Iaſ. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. per illum text.* qui non exigit, niſi impe-
24 dimentum. Et ſubdit *Alex.* quòd proteſtatio † ſit ad demonſtrandum impedimentum, & animum impediti. Vnde ſi alio modo poteſt apparere de impedimento, & de animo, ſatis erit, quia nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat. Et ponderat *Dom. Alex.* iſtud voluiſſe *ibi Bart.* dum dicit, *quòd conſuetudo eſt, quòd fiat huiuſmodi proteſtatio.* Et alibi *Bart.* dicit, quòd eſt de conſilio, quòd impeditus proteſtetur. ita *Bartol. in l. 2. §. dies. ff. quando app. ſit.* vbi dicit, licet, quando ſtat per judicem, non currat tempus appellationis, tamen conſulo, ut appellans interponat appellationem in termino, & proteſtetur coram honeſtis perſonis. *ſequitur Lanfr. de Oria in tract. de arbit. quæſt. 20.* Et hanc partem *ſequitur Areti. conſil. 162. verum eſt. col. 3.* vbi decidit, quòd impedimentum prouenięns ex perſona creditoris excuſat debitorem à mora, etiamſi debitor nullam fecerit proteſtationem: *contra Paul. de Caſtr. in l. ad diem. 77. ff. de verb. obl. & in l. ſi reus paratus. 73. ff. de procur.* Idem videtur tenere *Bald. in addi. Spec. tit. de*
25 *appell. ver. non fallunt.* dum dicit, † quòd proteſtatio coram judice appellationis debet fieri de conſilio. ſi de conſilio, ergò *ſecundùm Dom. Iaſ.* ad benè eſſe dicit *Ang. in Auth. Sed & lis. C. de tempor. appell.* quòd appellantes ad Papam pulſant ad portam auditorij pro cauſa introducenda in conſiſtorio, & ſi oſtiarij denegant eis introitum, ſolent proteſtari in præſentia teſtium, rogantq; Notarium, vt de proteſtatione & impedimento conficiat inſtrumentum. Pondera *ſecund. Iaſ.* verbum, *ſolent*, ergò non de neceſsitate iuris communis. Et ita etiam tenet *Panor. in d. c. ex tranſmiſſa.* dicens vtile eſſe, quòd fiat proteſtatio. & ita etiam *ibi dicit Inno.* licèt contradicentes malè eum allegent pro ſe. Idem vult *Panor. in c. plerunque. de reſcript.* dicens, quòd impeditus debet probare feciſſe diligentiam aduerſus impedimentum, quæ diligentia

probatur per proteſtationem. & ſic proteſtatio eſt de forma probatoria, non de forma eſſentiali. Et iſtud expreſsè vult *Paul. de Caſtr. in conſil. 21. in cauſa deſertionis. col. pen.* dicens, quòd impeditus proſequi appellationem, in termino anni reſtitui debet, dato, quòd de impedimento non fuerit proteſtatus. Idem concludit *Dom. Iaſ. in d. §. ſin autem vtraq.* ſubdit tamen, quòd cautius eſt proteſtari propter multa iura, quæ exigunt proteſtationem, & ſic pertranſit more ſuo non reſpondendo contrarijs, nec ſe reſoluendo. Sed *Ioan. de Imol.* optimus legum interpres *in d. c. fin. de appell. quem ibi ſequuntur Dom. Philip. de Peru. & Card. Alex.* dat doctrinam: Aut impedimentum procedit facto iudicis, & tunc opus eſt proteſtari. ita procedit *text. in c. fin. & in d. l. 2. & in d. §. ſi quis ipſi pratori. & gl. in d. c. plerunq.* Aut impedimentum procedit ex perſona eius, qui debet actum facere, puta, quia eſt infirmus, aut abſens ex cauſa probabili, & tunc non eſt neceſſaria proteſtatio. *l. quæſitum eſt. 60. ff. de re iudic. d. l. 1. cum ſimil. ff. ex quib. cauſ. maior.* quæ iura non exigunt vllam proteſtationem. Aut impedimentum prouenit à caſu fortuito, ut quia occurrit guerra, peſtis, tempeſtas, & tunc etiam ſecundùm eum non eſt neceſſaria proteſtatio, *licèt Bart in d. §. quod diximus.* videtur velle contrarium, quod non eſt verum, *ut ſuprà demonſtraui.* Mouetur Imol. *per text. in l. qui commeatus. 14. ff. de re milit.* vbi probatur, quòd ſufficit impeditum ante impedimentum feciſſe debita præparamenta, ex quibus potuiſſet actum expedire, ſi impedimentum non ſuperueniſſet. Mouetur etiam *per text. in d. l. 2. quam ſuprà induxi.* Sed iſta doctrina eſt defectiua, quia non concludit caſum impedimenti prouenientis facto aduerſarij. Item, non eſt vera indiſtinctè in primo membro, quando impedimentum procedit ex facto iudicis, *ut patet ex ſuprà dictis & infrà dicendis.* Vnde magiſtraliter procedendo ſubijcio regulam cum fallentijs. Impeditus in termino, actum facere excuſatur, dato, quòd non fuerit de impedimento proteſtatus. Et ſic regula eſt, quòd proteſtatio impedimenti non eſt ne-
36 ceſſaria. *d. l. 2. ff. ſi quis caut.* † Et pondera, quòd loquitur tam de

tam de impedimento prouenienre à caſu, quàm ex perſona iudicis, vel citati. *ad idem text. in l. 1. §. ſi reus. ff. de eo per quem fact. erit.* qui loquitur de impedimento cauſato, dolo & facto aduerſarij. *ad idem text. in l. arbiter calendis. 40. ff. de recept. arbitr.* qui loquitur de impedimento cauſato, propter mortem iudicis, & etiam facto aduerſarij, *quem text. latius induxit Aret. in d. conſil. 162.* ad idem text. *clariſſimus in l. quibus diebus. 40. in princ. ff. de cond. & demon.* vbi legatarius impeditus facto hæredis parere conditioni excuſatur, dato, quòd nullam impedimenti proteſtationem fecerit. *poſſem alijs iuribus comprobare, ſed non expedit.* Et hæc concluſio maximè eſt vera, vbi impedimentum foret notorium, & diligentia aduerſus impedimentum nihil proficeret, *ſecund. Paul. de Caſtr. conſil. 286. viſis his, quæ ſuperius narrantur. col. pen. aliàs eſt conſ. 209.* vbi loquitur de impedimento peſtilentiæ, & dicit, non currere præſcriptionem, etiamſi nulla facta fuerit proteſtatio, quia non tenetur quis facere illud, quod factum non releuat. *l. fin. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſerue.* adducit etiam text. *in d. l. arbiter. & l. 2. cum gl. in fin. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* quæ iura loquuntur in *terminis noſtræ quæſtionis.* cùm igitur probari poſsit impedimentum, videtur, quòd proteſtatio ſit fruſtratoria. Et conſuluit *Card. conſil. 128. incip. In quæſtione quæ vertitur contra Andr.* quòd tempus anni datum vaſallo ad petendam inueſtituram à nouo domino non currit impedito, etiamſi de impedimento non fuerit proteſtatus. *Allegat glo. Iaco. de Belniſ. & Feudiſtas in c. 1. quo tempore miles.* Fallit primò, quando impeditus vult facere actum in alio loco, & coram alijs perſonis, quàm coram illis, coram quibus tenebatur, tunc debet proteſtari, quòd ibi, & coram illis perſonis actum facit, quia eſt impeditus coram perſonis, & in loco à iure deputatis illum actum expedire. & ita procedit *text. in d. c. fin. & in d. l. 2. & in §. Si quis ipſi pretori. & in c. paſtoralis. de off. ord.* ſic etiam intelligo *d. l. ſi reus paratus. & quod ibi not. ff. de precar. & text. in l. fin. C. de vſuris pupill.* Ratio huius fallentiæ eſt, quia cùm ille actus poſsit fieri & pro libito voluntatis, & ex neceſsitate impedimenti: item ex diuerſis cauſis,

& ad diuerſos fines, ideò requiritur proteſtatio animi declaratoria, ut ſciatur, quòd ex neceſsitate, & ad certum effectum actus ipſe expeditur; ita dicit *Imper. in d. l. fin. ibi*, *voluntatis veſtræ rationem declarate. &c.* Eſt verum, quòd *Aret. in d. conſ. 162.* aliter intellexit *text. in d. l. ſi reus paratus. & in d. l. fin.* Inquit enim, quando ex facto ſuo quis vult non ſolùm ſe excuſare à mora, ſed etiam vult nouum ius acquirere in præiudicium aduerſarij, vel aduerſarium conſtituere in mora, requiritur proteſtatio. *d. l. ſi reus paratus. & l. Labeo. 2. ff. de naut. fœno.* Secùs, ſi ſolùm velit à mora excuſare: tunc enim non requiritur proteſtatio, oblatio, nec conſignatio. *l. ſi fundus. 4. §. fin. ff. de lege commiſ. & not. in l. ait prætor. 7. §. ſed hodie. ff. de minorib.* Nec obſtat *text. in l. fin. ff. de lege commiſ.* quia *ſecundùm Archi.* ibi narratur facti contingentia, non autem ponitur iuris miniſterium. Et quòd ad excuſandum à mora non ſit neceſſe debitorem proteſtari, *conſuluit Alex. conſil. 92. Perſpectis his. col. pen. lib. 1.* licèt *Bart. l. item illa. 18. ff. de conſtit. pecu.* voluerit contrarium, *contra quem recolo aliàs me feciſſe amplum conſilium.* Et ſecundùm hunc ſenſum *Areti.* habes ſecundam fallentiam, tamen magis mihi placet præmiſſa declaratio, quia, quoties fit conſignatio & depoſitio, videtur neceſſaria proteſtatio, ſi talis conſignatio, & depoſitio debet effectum parere. *d. l. fin. ff. de lege commiſſ.* Tertiam fallentiam ponit *Card. in d. conſ. 128.* Sed quia non credo eam veram, & confunditur ex præmiſsis, ideò non refero. Septimò dubitatur, † an teneat proceſſus factus contra citatum
27 ad locum non tutum? In hoc articulo etiã plures caſus ſunt conſiderandi. Primus eſt, quando conſtat notoriè locum
28 non eſſe tutum, & tunc proceſſus eſt nullus, quia † citatio, continens notorium grauamen, eſt ipſo iure nulla. *Clem. paſtoralis. §. Piſana. de re iud. & ita concludunt Inno c. & alij in c. 2.*
29 *de dilatio.* Secundus caſus eſt, † quando non conſtat notoriè, tamen iudex ſcit locum non eſſe tutum, & tunc etiam proceſſus non valet. *l. quæſitum. 60. ubi Bart. de re iudic. & ita etiã tenet Bart. in l. 2. ff. de in ius voc. in fin. & in extrauag. ad reprimendum. in ver. neglexerit. & in l. 2. C. quomodo & quando iudex.*

Eſt

Eſt verum, quòd *Bart. in l. fin. col. 1. ff. de in integrum reſtit.* intelligit, iſtud procedere, quoad ſententiam definitiuam, ſecùs, quoad interlocutoriam, quam ſcientia iudicis, habentis noticiam impedimenti, nullo modo annullat, *ſecundùm eum.* Sed contrarium tenent *gl. Dom. Ant. Panor. & Feli. in c. 2. in gl. in verb. inenitabili. de teſti.* concludentes, examinationem teſtium eſſe nullam, ſi iudex ſciebat citatum ad videndum recipi teſtes, non poſſe venire. *text. in d. l. quaſitum. & in c. ſi duobus. de appellat. & not. in c. querelam. de procurat.* & in iſtis duobus caſibus idem conſuluit *Gemin. conſil. 135. exordiente, opponitur, quod Dom. Alfon.* Scias tamen, quòd licèt ſcientia iudicis de impedimento partis annullet proceſſum & ſententiam: tamen ſcientia iudicis de impedimento teſtiũ non habet vitiare proceſſum, neque ſententiam, *ſecund. Bald. in c. vltra tertiam. & ibi Felin. col. 2. de teſtib.* Tertius caſus eſt, quando neque notoriè conſtat de impedimento, neque iudex habet noticiam, quòd locus ſit contagioſus, vel citatum fore aliter impeditum. & iſto caſu *Doct.* COMMVNITER concludunt, proceſſum valere, niſi citatus compareat, & excipiat de impedimento, & vbi non audiatur, appellet, *ſecundùm gl. Bart. &* COMMVNITER *ſcribentes in d. l. quaſitum. per text. in d. l. fin. ff. de in integ. reſtit.* vbi dicitur, impeditum eſſe reſtituendum. ergò proceſſus & ſententia valent. Idem firmant *Panor. & Can. in d. c. 2. de teſtib.* & idem concludit *Dom. Phil. de Peru. in d. c. ex parte. de app. per text. clarum in c. conſtitutus. eod. tit.* vbi dicitur, impeditum per vim debere appellare, ergò geſta valent. ad idem *text. in d. c. querelam. cum gl. de procur. & in l. quia abſente. ff. eod. & l. 1. C. ex quibus cauſ. maior.* benè facit *text. in c. cum Bertholdus de re iud.* Hinc dicit *text. in c. venerabilibus. §. porrò: de ſentent. excom-*
30 *mun. lib. 6.* quòd † impeditus comparere, propter contumaciam excommunicatus, debet abſolui, ergò ligatus erat. Eſt benè verum, quòd ſi facilimè conſtet de impedimento, abſoluendus eſt, *ſecund. gl. in c. quiſquis. 4. quaſt. 5. in c. 2. vbi latè Felin. poſt alios de teſtib. cogend. & in c. P. & G. poſt Innoc. de off. deleg.* Et iſta *opinio eſt* COMMVNIS, quicquid dixerit *Spec.*

Spec. tit. de contumac. § pen. ad fin. vbi tenuit, quòd ſi conſtet de impedimento, non ſit opus abſolutione. & eum ſequuntur *Hoſt. & Bald. in d. c. fin.* Quorum opinio poteſt procedere in foro poli, non in foro fori, *ſecund. Panor. in d. c. 2.* quia, quoad Deum conſtat impeditum non deliquiſſe. *c. 1. de re iud. lib. 6.* Item, poteſt procedere, quando impedimentum erat cognitum iudici *per ea, quæ ſuprà dicta ſunt.* Item, poteſt procedere in excommunicatione, lata pro contumacia de præterito, prout loquitur *text. in d. §. porrò.* ſecùs in excommunicatione lata pro contumacia de futuro, ut, ſi iudex citet aliquem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſeu cum clauſula, *in qua pœnã ex nunc, prout ex tunc,* in his ſcriptis proferimus, ſi inobediens fuerit. Nam talis ſententia
31 non ligat impeditum, quia non dicitur inobediens, † qui fuit impeditus parere, *ſecund. gl. in c. quàm ſit. in verb. diſtulerit. de elect. lib. 6.* Et licèt *Panorm. in d. c. 2.* intelligat iſtud ultimum, quando ex verbis ſententiæ apparet, de intentione iudicis volentis punire ſolum contemptum, ut quia dixerit, ſi contempſeris, ſi diſtuleris, ſi inobediens fueris, ſi parere recuſaueris, & ſimilia: Tamen ego crederem generaliter iſtud procedere, quia voluntas iudicis debet eſſe talis, quæ velit punire contemnentem tantùm, aliàs iniuſta foret. ergò
32 † talis præſumitur, qualis eſſe debuit, *ut not. in l. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Et propterea dicebant Bald. & Hoſt. quòd ſententia excommunicationis ligat impeditum ex defectu voluntatis, non ex defectu poteſtatis, & iſto modo ſaluari poterit *opinio Dom. Ant. & Panorm. in c. Odoardus. de ſolut.* dicentes non eſſe opus abſolutione, ut dicebant *Innoc. Hoſti. & Bald.* nam in ſententia lata pro contumacia de
33 futuro iſti rectè ſentiunt. Octauò dubitatur, † an citatus ad locum non tutum poſsit, antequam excipiat de loco non tuto, appellare? Et iſtam dubitationem intelligo in caſibus, in quibus proceſſus valet contra non comparentem, aliàs quæſtio eſſet inutilis. *Panorm. in d. c. ex parte.* refert octo opiniones. Tu verò reſolutè loquendo, quantùm ad terminos noſtros, facias concluſionem, quòd vbi locus non eſt

tutus

tutus ſibi, nec procuratori, aut ſibi, nec cauſæ, liberè poteſt citatus appellare coram honeſtis perſonis, *iuxta formam c. ſi iuſtus metus. de appell.* Si verò compareat per ſe, vel per procuratorem, teneo, quòd prius debeat proponere exceptionem loci non tuti. Quæ ſi non admittatur, liberè poſtea poterit appellare. Ita ego intelligo *textum in d. c. ex parte.* licèt *Panorm. & quidam alij* propter verbum *liberè, ibi poſitum,* velint, quòd etiam ante propoſitam exceptionem poſsit ap-
34 pellare, quaſi, ſi † teneretur prius excipere, non diceretur habere liberam facultatem appellandi, *vt notat. in c. licèt epiſcopus. de præbend. lib. 6.* cum alijs ad hoc adductis *per Andr. Sicul. in c. 1. de off. ordin.* Quia reſpondeo, quòd illud verbum *liberè* non fuit ibi poſitum reſpectu exceptionis proponendæ, ſed reſpectu probationis faciendæ. nam ibi tenebatur excipiens probare exceptionem loci non tuti, modò ſi abſq; probatione non admittatur exceptio, quam tutè non poteſt ibi probare, poterit *liberè,* id eſt, abſque iuſtificatione exceptionis appellare, ut ſonant verba literæ, *ibi, niſi iudices locũ aſſignent idoneum & ſecurum.* Illa enim exceptio, *niſi,* limitat liberam poteſtatem appellandi. ſi ergò non licet appellare, quando judex vult reuocare grauamen, neceſſariò dicendũ eſt, quòd grauamen prius ſit proponendum. Secundum
35 iudiciale peſtis † priuilegium eſt, quia facit dormire inſtantiam, donec peſtis ipſa vigilat, iuxta ſcripta ſuprà in ſexto priuilegio contractuum. Vel dato, quòd inſtantia currat, tanquam tempus inſtantiæ ſit continuum, *vt not. in l. prope-*
36 *randum. 10. in princ. per illum text. C. de iudic.* tamen † impedito propter peſtem aduerſus lapſum inſtantiæ competit reſtitutio in integrum, *ſecund. Mar. Socin. in c. pen. articu. 23. de iud. quem refert & ſequitur Ioan. Firma. in tract. de gabell. q. 25. 2. partis. & idem firmat Soci. conſil. 31. Proſequendo ordinem. col. 4. lib. 1. per text. in l. ſed ſi per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quib. cauſ. maior. & in l. 2. ff. ſi quis caut.* & facit quod de reſtitutione huiuſmodi ſcribit *Alex. conſil. 42. In cauſ. & lite. col. 4. lib. 3.*
37 Tertium priuilegium eſt, quia † peſtis impedit curſum fatalium, quæ antea currere non incœperant, *ſecundùm Do. Phil.*

de Peru. in c. ex ratione. in 5. impedimento. verſi. quartò quæritur. de appell. Si autem iam currere incœperant, perſeuerat eorũ curſus, *ſecundùm glo. in Clement. quamdiu. in verſ. aliàs. de appell.* tamen decurſo primo fatali, ipſo iure, & abſque vlla reſtitutione datur ſecundum, *c. quàm ſit. de appell. l. fin. §. illud. C. de temp. appell. & in Auth. de his, qui ingredi ad appell. §. ſi quid tamen.* declarat idem *Dom. Phil. in d. c. ex ratione. in primo & vltimo impedimento.* Quartum priuilegium, quia delegatus,
38 † cui cauſa commiſſa fuit decidenda, & cognoſcenda in certo loco, poterit propter peſtem, omiſſa forma mandati, alibi de illa cauſa cognoſcere & definire. *c. ſtatuimus. de offic. deleg. lib. 6.* Et faciunt quæ dixi ſuprà *in 8. & 15. ſpeciali primæ particulæ.* Et per illum *text. Felin. in c. cum dilect. col. 17. verſi. limita. 7. de reſcript.* determinat, formam poſſe adimpleri per æquipollens, quando propter periculum vere impleri non poteſt. Quintum peſtis iudiciale priuilegium eſt, quia fu-
39 gitiuus propter † peſtem poteſt ius dicere in aliena diœceſi & alieno territorio, in quo moram trahit. *Clement. 1. §. eiſdem. de for. comp.* Quod eſt verum, ſi in aliquo loco ſuæ diœceſis per ſe vel per alium non poſsit ius dicere, utputa, ſi tota ſua diœceſis ſit contaminata, ita, quòd ſubditi, qui in alienam diœceſin confugerunt, non habeant tutum acceſſum, pro iuſticia obtinenda, ad aliquem locum propriæ diœceſis, aliàs ſecùs, *vt ibi probatur.* Item verum eſt, petita licentia ab ordinario illius loci, licet non obtenta, *vt eod. c. §. volumus.* Sed
40 poteſt probabiliter dubitari, an poſsit ius dicere † inter ſubditos, qui ratione delicti vel contractus poſſunt conueniri coram ordinario loci, in quo fugitiuus propter peſtem moram trahit? Et videtur, quòd non, quia iſtud priuilegium, conceſſum fugitiuo, debet intelligi ſine præiudicio ordinarij, *vt dicitur in d. Clem. 1. §. fin. & in c. ſuper eo. de offic. deleg.* Ratione autem delicti vel contractus iuriſdictio fuit acquiſita ordinario loci. *c. fin. de for. comp. l. 1. C. vbi de crimine agi oport.* ergò ab eo non debet auferri per fugitiuum. Et quia iſtud priuilegium conceſſum eſt, ne ſubditi ob defectum iuſtitiæ damnũ patiantur. *d. Clem. 1.* quæ ratio ceſſat, quando ab ordi-

ab ordinario loci delicti vel contractus poſſunt conſequi iuſtitiæ complementum. Sed præmiſsis non obſtantibus, contrarium videtur verius, quia expulſi à peſte vel tyranno (Nam diſpoſitio *d. Clem.* procedit in quocunque violenter expulſo, *ſecund. Ang. Paul. de Caſtr. & Mod. in l. fin. de iuriſdict. omn. iud. & Innoc. in c. nouit. de iudic.*) poſſunt omnia, quæ poſſent exercere in ſuo territorio vel diœceſi, ſi ibidem reſiderent. *d. §. eiſdem. & ibi gl. & Card. in verſ. omnimodam.* In ſua autem diœceſi poſſent præuenire ordinarium loci contractus vel delicti. *d. l. 1. & c. ſignificaſti. de for. comp.* ergò &c. Et ita determinant *Ioan. de Ligna. & Card. ibi. in 9. quæſt.* Ad contraria reſpondetur. Ad primum dico, quòd præueniendo ordinarium loci non tollit ius ipſius ordinarij, ratione priuilegij, ſed ratione ſuæ diligentiæ, qua fuit vſus præueniendo. Vnde cùm fuerit vſus iure ſuo, ei non dicitur intuliſſe iniuriam *c. cùm Eccleſia Vulterana. de elect. l. iniuriarum. 13. §. 1. ff. de iniur. & fam. lib.* Ad ſecundum reſpondetur, quòd non tam fauore ſubditorum, quàm etiam ipſius expulſi conceſſum fuit, *vt ibi & in princ. canonis probatur.* Vnde cùm militet fauor expulſi, & ratio priuilegij, militabit diſpoſitio, licèt ceſſet fauor ſubditorum. *l. ſi ventri. 19. ff. de priuil. credito. §. affinitatis. inſtit. de nupt.* Intelligas tamen iſta procedere, ſi vterq; actor & reus, ſint ſubditi ipſius expulſi, ſecùs, ſi alter tantùm, *ſecundùm glo. &* COMMVNITER *ſcribentes ibi,*
41 *verſic. ſubditos.* Item intellige, † ſi vterque ſit ſubditus expulſus ratione domicilij, ſecùs, ſi ratione delicti vel contractus tantùm, quia tales non dicuntur propriè ſubditi, *ſecund. Card. Imol. &* COMMVNITER *alios ibi.* Et quòd ſubditi, ratione contractus vel delicti non dicantur propriè ſubditi, tenet *Panor. in c. nuper de ſent. excom.* & ex pluribus comprobat *Felin. in c. fin. col. 12. de foro compet. quem videas.* Sextum priuilegium eſt, quia licèt de iure ciuili ſit gradatim appellandum, *l. Imperatores. 21. ff. de appellat. l. 1. ff. quis & à quo.* & etiam *de iure Canonico* præterquam ad Papam. *c. dilecti*
42 *filij.* vbi latè *per Doct. de appell.* Tamen † ſi iudex, ad quẽ gradatim deuoluitur appellatio, eſſet in loco peſtifero, poſſet

appellari

appellari ad alium omiſſo medio. Ita *voluit Bart. in l. 1. §. ſi quis. ff. de appell. & in l. vbi abſunt. 19. ff. de tuto. & curat. datis ab his. & Roman. conſil. 501. ad fin. Felin. poſt Panor. in rubr. de app. col. 4. per text. in c. ſi is cui. & in c. ſi à ſubdelegato. de offic. deleg. lib. 6.* Septimum priuilegium, quia licèt iudex cauſarum ciuilium non poſsit cognoſcere de cauſis criminalibus, nec contrà iudex criminalium de cauſis ciuilibus: *l. ſolemus. 61.*
43 *§. latrunculator. ff. de iudicijs.* Tamen tempore † peſtis in abſentiam & fugam alterius, alter, qui permanſit, poterit de cauſis ad abſentis iurisdictionem ſpectantibus cognoſcere & terminare, *ſecund. Ang. in l. ſi vacantia. 5. C. de bon. vacant. lib. 10. quem refert & ſequitur Felin. in c. querelam. col. fin. de iureiur.*
44 Octauum eſt, quia licèt regulariter teſtes † ante litis conteſtationem examinari non debeant, *eod. tit. vt lit. non conteſt.* tamen exiſtentes in loco contagioſo recipi poſſunt ante litem conteſtatam, *iuxta formam c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt.* quia probabiliter dubitari poteſt de illorũ morte, vt toties dictum fuit, *per text. in l. aut per inſidioſa loca.*
45 *ff. de donat. mortis cauſ.* Nonum, † licèt clericus non poſsit perhibere teſtimonium, nec in teſtem recipi coram iudice ſeculari ſine licentia ſui ſuperioris, *ut traditur per Innoc. Panor. & Cano. in c. ſi qui teſtium. & in c. cum nuncius. de teſt. & per Panorm. in c. 1. de iura. calum.* Tamen fallit in clerico infirmo peſtilentiali, *ſecundùm Angel. in l. cum hi. 8. §. tranſactiones. ff. de tranſact.* per text. *in l. quoties. 3. C. de naufrag. lib. 11.* Et idem dicerem in clerico exiſtente in loco infecto, abſente ſuperiore, cùm poſsit eſſe periculum in mora, ſi differatur examen, *per ea, quae dixi ſuprà in quinto priuilegio primae particulae. & in*
46 *tertio ſecundae particulae.* † Decimum priuilegium eſt, licèt enim laicus non poſsit ſpiritualia tractare: *c. decernimus. de iudic.* tamen poteſt abſoluere excommunicatum conſtitutum in articulo mortis, *ſecundùm glo. in c. paſtoralis. vbi Panorm. & Mod. de offi. ord. & in c. à nobis. 2. vbi etiam Pan. de ſent. excom.* Et ſic poterit abſoluere peſtiferatũ ab excommunicatione, quia ratione infirmitatis peſtilentialis dicitur conſtitutus in articulo mortis, *ſecundùm Bart. & Mod. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccl.*

Dicentes

47 dicentes, eum † dici conſtitutum in articulo mortis, cui veriſimiliter eſt proxima mors, vel ratione periculoſæ infirmitatis, vel quia imminet naufragij vel latronum timor. & hoc etiam voluit *Bald. in d. c. paſtoralis.* benè facit *text. in l. alumnæ.*
48 *30. §. fin. ff. de adimend. legat.* Eadem ergò † ratione videtur dicendum, quòd laicus poſsit audire confeſsionem peſtiferati, quia dicitur conſtitutus in articulo mortis *per prædicta.* Quòd autem laicus poſsit audire in confeſsione conſtitutos in articulo mortis, tenent *gl. & omnes ſcrib. in d. c. paſtoralis. & in c. veniens. de tranſaction. & eſt text. in c. quem pœnitet. diſtinct. 1.* Quod ego intelligo verum, vbi ſacerdos tunc haberi non poſsit, quia in defectu, & propter imminentem mortem hæc poteſtas laico conceditur, & non aliàs, *d. c. quem pœnitet.*
49 † Item intelligo, dummodò poſtea, habita ſacerdotis copia, reiteretur confeſsio, aliàs non iuuaret, *ſecund. Hoſt. in ſum. de pœn. & rem. §. cui confitendum. in fin.* Caueant tamen exiſtentes in loco contagioſo, ne differant confeſsionem uſque quò reperiantur infecti, ut illo prætextu confiteantur laicis, quia
50 † conſtituti in neceſsitate ex propria culpa non ſunt digni miſericordia. *l. de die. 8. l. ſi fideiuſſor. 7. §. Si neceſſaria. ff. qui ſatisd. cog.* Et licèt laicus poſsit audire confitentem: non tamen poteſt abſoluere, nec tam citò Deus mouetur ad miſerendum confeſsis laico, quàm confeſsis ſacerdoti, propter abſolutionem ſemel à ſuo vicario impartitam, *ut probatur in*
51 *d. c. quem pœnitet.* † Item, quòd de abſoluto ab excommunicatione per laicum tempore peſtis intelligo verum, ſi oblata facultate illam poſtea iterum à ſuperiore impetrauerit, aliàs, ſi data oportunitate, non petierit ſe à ſuperiore abſolui, ipſo iure in eandem reincidit ſententiam. *c. eos. de ſent. ex-*
52 *com. lib 6.* Vndecimum datur priuilegium. Quia licèt † ſententia ſit ferenda à iudice ordinario ſedente pro tribunali in loco maiorum, *l. cum ſententiam. 6. C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* teneaturq; iudex in loco publico & ſolito ius dicere: *l. pen. ff. de iuſt. & iure.* Tamen tempore peſtis poterit ius dicere ad feneſtram domus ſuæ, vel vnius turris, litigantibus exiſtentibus in via publica, vel in curia domus ſuæ, *ſecundùm*

gl. in l. 1. C. de ſentent. ex breuic. recit. & ibi Bald. & ſcrib. ſequuntur. & idem voluit Dom. Iaſ. in l. fin. C. de teſt. Quod eſt verum, ſi partes fuerint citatæ ad illum locum, aliàs ſententia non valeret, *ſecundùm Salicet. in d. l. 1. per text. in l. ſi vt proponis. 4. C. quomodo & quando iudex.* Ideò conſilium erit, quòd tempore peſtis iudex eligat tribunal in domo ſua, vel in aliqua turri, in qua ius dicat ex feneſtra, & faciat ſcribi in actis, quòd elegit illum locum propter periculum peſtilentiæ, *vt docet Bald. & Salı. in d. l. 1. C. de ſentent. ex breuic. recitand.*

De remedijs præſeruatiuis contra peſtem. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1. *Cauſa remota, remouetur effectus.*
2. *Peſtis tempore eligendus eſt locus ſaluberrimus, in quo, quisquis cupit ab ea præſeruari, domicilium ſibi eligat.*
3. *Minor quemadmodum conſequatur reſtitutionem aduerſus alienationem rei, eò, quòd fuerat maiorum ſuorum, ita & prædij, eò, quòd ſitum ſit in loco ſalubri.*
4. *Vendens prædium, in quo propter aëris amœnitatem cadit affectio, an & quando poſsit ex coniecturis talis contractus argui ſimulatus, ſi vendens alia habet prædia.*
5. *Aëris ſalubritas qualiter dignoſcatur.*
6. *Aqua inter cætera eſt apprimè uſui humano neceſſaria.*
7. *Aqua fœtida nihil deterius, vſque ad nu. 20.*
8. *Aqua quæ στυγὸς ὕδωρ nuncupatur, in Arcadia ſola vngula mulina contineri poteſt, ea ferunt necatum Alexandrum.*
9. *Aquarum ratio, quare aliæ ſint ſalſæ, aliæ pingues, aliæ venenoſæ.*
10. *Fontium quorundam & fluminum natura oleum emittentium in Cilicia, India, & olim Papiæ & alijs regionibus. num. 11. 12. 15 & ſeqq.*
13. *Aquæ bonitas & ſalubritas quibus ſignis cognoſcatur. 14. 16. 17. 18. 19.*
20. *Aquarij & aquarum cuſtodes, an & quando ſint immunes ab oneribus perſonalibus. & num. 21.*

22. Aqua

22\. *Aquæ curſus, an & quando faciat dominos agrorum, per quos defluit, eſſe immunes ab oneribus extraordinarijs, quæ pro illis prædijs imponuntur.*

23\. *Aqua publica, an & quando traduci poßit per agros priuatorum ipſis inuitis, & de materia, vſque ad num. 27.*

24\. *Aquam priuatam nemini licet per fundum alterius, eo inuito, traducere, niſi ſtatuto loci aliter caueatur.*

27\. *Aqua publica ne minuatur, corrumpatur, deteriorúe fiat, datur actio cuilibet de populo aduerſus contrafacientes.*

28\. *Priuilegium alicui conceſſum fauore publico non extenditur ad ea, per quæ publica vtilitas læditur. & num. 29.*

30\. *Priuilegia publicæ vtilitati damnoſa, non ſunt recipienda.*

31\. *Aquam publicam, ad quam pro incolarum uſu acceditur, ſpurcantes, qua pœna puniri debeant, & ſeqq.*

35\. *Aquam priuatam ſpurcantes, tenentur domino fontis & putei actione iniuriarum, & ad intereſſe.*

36\. *Aqua vt poßit haberi ad vſum publicum, poteſt collecta imponi, vel certum datium de nouo conſtitui. & ſeqq.*

39\. *Pecunia deputata ad vſum publicum, an poßit in alium vſum conuerti.*

40\. *Datium nouum, an & quando poßit ciuitas erigere, & ſeqq.*

43\. *Priuilegium immunitatis ab omni munere, an exigat priuilegiam ab oneribus, quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel aquæductibus purgandis.*

44\. *Eccleſia an & quando teneatur ad onera, quæ imponuntur pro aquis publicis habendis vel aquæductibus purgandis.*

45\. *Aquæductum, per quem aqua publica labitur, purgare, vel riuos purgare qui teneantur. & num. 47.*

46\. *Pedagia colligentes, qui tenentur itinera & vias tenere ſecuras, ſi id non faciant, qua pœna puniri debeant.*

48\. *Cloacarum vſus ad fœtores remouendos à ciuitate eſt inuentus.*

49\. *Cloaca quid ſit. Et ibi quid etiam veniat appellatione cloacæ.*

50\. *Peſtem utplurimùm cauſat cloacarum penuria.*

51\. *Auenionenſis ciuitas eſt magnifica.*

52\. *Cloacas publicas, an & quando quis poßit conſtruere. & nu. 53.*

54\. *Vias publicas nemini licet impedire, & an & quando habentes molendina poſſunt ad ea ducere aquas per vias publicas, nec iuxta eas facere cluſas.*

55\. *Cloaca publica expenſis cuius refici & purgari debeant.*

56\. Cloaca-

56. *Cloacarum vſus ne impediatur, deteriorúe fiat, prouiſum eſt cuilibet de populo tàm interdicto prohibitorio, quàm reſtitutorio, ne quid in ipſas immittatur. Et cui competat interdictum de cloacis. 57. 58 & 59.*

60. *Cloacarum cauſæ, coram quo iudice agitari debent. & num. 61. & 62.*

63. *Cloacas quo tempore & qua parte temporis licet aperire. & n. 65.*

64. *Aëris corruptio facilè ex fœtore cauſatur, præſertim tempore æſtiuo.*

66. *Actio in factum competit vicino contra vicinum in domum ſuam fœtorem immittentem.*

67. *Cloacam priuatam cui & in quo loco liceat conſtruere.*

68. *Sterquilinium, per quod putredo deſcendat in vicini ædes, an poßit quis facere in proprio fundo. & nu. 78. & 79.*

69. *Cloacam priuatam an & quando liceat immittere in publicam.*

70. *Cloacam purganti, vel reficienti, an & quando obſtet noui operis nunciatio.*

71. *Cloacam nouam vel nouum riuum facienti, an & quando poßit nunciari nouum opus.*

72. *Interdictum de cloacis vtilius ac fauorabilius eſt, quàm interdictum de riuis.*

73. *Interdictum de cloacis an & quando competat ei, qui vi vel clàm poßidet cloacam.*

74. *Faciens vel reficiens cloacam aut riuum, ſpreta nunciatione, ſi non habeat ius faciendi vel reficiendi, an cogatur opus demoliri.*

75. *Peſtis utplurimùm originem ſumit, vbi coria ſinuntur iacere, ſicut Auenione in vicinia, quæ porcatoria dicitur. Et vbi lauantur vegetes, in quibus fuerunt vina fœtida, & aqua illa immittitur in viam publicam. 76.*

77. *Seruitus proiiciendi non extenditur ad illum, qui proiicit vrinam, ſtercora & huiuſmodi fœtentia, ex quorum fœtore domus, quæ ſeruitutem patitur, reddatur peſtilentioſa. & nu 80.*

81. *Aquam, quæ ex reſtagnatione nocet vicinis, an liceat retinere in agro ruſtico. Et ibi, an in via publica.*

82. *Aedificare an cuipiam liceat, ſi ex ædificio reſtagnet aqua in via publica, quæ citò corrumpitur.*

83. *Fimum ſeu lætamen an liceat in via publica tenere. Et an liceat fimum tenere iuxta murum communem, aut alienum. & nu. 84.*

85. *Viam publicam an liceat paleis, ſeu alio quouis ſtramine, vt ibi marceſcat, impedire ſeu deturbare.*

86. *Pelliparij, ſulpharij, & id genus negotiatores, an & quando poſſint in domo ſuas artes exercere. Et an dominus proprietatis poſſit prohibere vſufructuario, ne huiuſmodi artes exerceat in domo.* 87.
88. *Animalia fœtentia, fera, venenoſa, vel aliàs quomodolibet nociua, non ſunt in ciuitatibus tenenda. Et qua pœna puniantur circumferentes talia animalia, ſi alicui damnum intulerint.* 89 & 90.
91. *Vias publicas qui, & quando teneantur purgare. & ſeq. num.*
94. *Domorum conductores, ſeu inquilini, an & quando teneantur reficere & purgare viam iuxta eorum habitationem. Et quid ſi à Repub. coacti fuerint ad expenſas purgationis, an poterunt illas ex penſione deducere. num.* 95.
96. *Aquam, vel aliud quippiam immundũ, in viam proijciens, qua pœna puniatur. num ſeq.*
98. *Sepulchra quam ob cauſam à maioribus noſtris ſint inuenta.*
99. *Sepulchra in ciuitatibus conſtruentes, qua pœna affici debent. Et ibi, quomodo puniantur magiſtratus, patientes talia fieri. Et an poßit quis monumentum in via publica conſtruere. & nu.* 100.
101. *Creditores defuncti an poßint petere ſibi ſatisfieri, antequam ipſius cadauer tradatur ſepulturæ, ſeu illud petere loco debiti & de materia. nu. ſeq.*
102. *Vſurarij cadauer ſepeliri prohibentes, antequam vſuræ extortæ reſtituantur, an incidant in pœnam l. cum ſit iniuſtum. & auth. ſeq. C de ſepulchr. viol.*
106. *Interpellatio facta tempore exequiarum, an & quando conſtituat debitorem in mora.*
107. *Excommunicatos ad ſepulturam ſociantes, & qui eorum funeralia celebrant, excommunicationis ſententiam incurrunt.*
108. *Parochianus ſepulturam impediens, donec pro ſepulturæ loco ſibi ſatisfiat, Simoniæ delictum incurrit.*
109. *Parochianus an, & quando poßit poſt exacta funeralia aliquid exigere pro exequijs, & terra cœmeteriata.*
112. *Parochianus an, & quando poßit aliquid recipere à ſponte dantibus pro ſepultura.* 113.
114. *Funus per vim rapientes, aut alio quouis modo impedientes, ne ſepeliatur, qua pœna ſint puniendi, & quid de ſepulchrorum violatoribus.* 115.
116. *Sepeliendi officium an, & quando poßit quis ſubire compelli.*

117. *Officium aliquod ignominioſum ſuſcipere, an & quando poßit quis cogi. nu. 118. 119. 126.*
120. *Sepeliendi officium ſuſcipere coactus, dicitur affectus maiori ignominia totius mundi.*
121. *Reipub. vtilitatis cauſa poſſunt naues cuiuslibet priuati capi, item plauſtra, boues & alia animalia pro conducendis blado, vino & ſimilibus ad exercitum, ſeu ad locum peſtiferum. Et an non habentes huiuſmodi animalia, poßint cogi ad ea emenda, ut ea reipublicæ commodent. 122. 123.*
123. *Reſpubl. poteſt cogere ciuem, vt equum vel aſinum ſuum commodet pro conducendo falſarium mitratum per ciuitatem, vel trahendum malefactorem ad caudam equi.*
124. *Reipublicæ vtilitatis cauſa an poßint cogi ſubditi ad conducendum delinquentes ad carceres.*
126. *Carnificis officium an cogatur vilis & abiecta perſona ſuſcipere. & ſupra. 117.*
128. *Defuncti hæres, ſi ſit vilis perſona, an cogi poßit, ipſum defunctum tradere ſepulturæ.*
129. *Peſtis tempore, an & quando poßit vilis perſona cogi ad ſepeliendũ mortuos.*
130. *Damnatus ad mortem, vel in metallum, an poßit cogi ad ſepeliendos mortuos tempore peſtis, vel ſuſcipiendum carnificis officium.*
131. *Funeraria actio an ſit proprium actionis nomen. vide alia num. ſeqq.*
134. *Actio funeraria an competat marito contra hæredes vxoris, vel contra eos, ad quos reuertitur dos. Et, an poßit maritus pro impenſa funeris mulieris retinere dotem pro rata. nu. 135.*
136. *Marito turpe valdè eſt, ſi mulier eius careat ſepultura.*
137. *Appellari non poteſt ad fines, ne defunctus ſepeliatur.*
138. *Noui operis nunciatio, an habeat locum contra facientem ſepulturam pro ſepeliendo homine iam mortuo.*
139. *Sepulturæ priuatio computatur inter maximas pœnas. & nu. 140.*
141. *Anatomia quo tempore fieri debeat.*
142. *Poßintne corpora damnatorum tradi de iure chirurgis pro facienda Anatomia. & nu. ſeq.*
144. *Excommunicatorum cadauera, an & quando poſſunt exhumari ex terra ſacra & in profanam ſepiliri. nu. 145.*
146. *Vendentes carnes putridas, piſces corruptos & cætera huiuſmodi victualia fœtentia, qua pœna plecti debeant.*

147. Aroma-

147. *Aromatarij vendentes quid pro quo, quomodo puniri debeant.* 150. 151.

148. *Venditor fructuum, qui in ſummitate calathi vel ciſtæ poſuit bonos fructus, & in medio malos corruptos, qua pœna puniatur.*

152. *Lepreſi ſeu alio morbo contagioſo affecti, ſunt extra ciuitatem abycciendi.*

155. *Timor ſeu ſuſpicio mali euentus, ac etiam mortis, etſi omni tempore, eo tamen potiſſimum, quo de peſte dubitatur, ablegandus eſt à cogitationibus noſtris.*

157. *Ludus & iocus neceſſarij ſunt ad effugiendos melancholicos affectus & cogitationes. In his tamen mediocritas eſt obſeruanda laudabilis, quam Græci eutrapeliam vocant. nu.* 159.

160. *Quænam exercitia vitanda peſtis tempore.*

161. *Lenones, lenæ, & communes caſtitatis vaſtatores, ſunt extra ciuitatem abyciendi, præſertim vbi de peſte viget ſuſpicio.*

163. *Meretrices tempore peſtis expellendæ ſunt extra vrbem.*

164. *Meretrix vicinis reclamantibus poteſt expelli de vicinia.*

165. *Mendicantes validi tempore peſtis, expellendi ſunt extra locum.*

166. *Mendicantes validi an poſſint cogi purgare vias publicas & plateas. nu.* 177. & 178.

167. *Validi mendicantes etiã ceſſante peſte vel cariſtia, excludi poſſunt.*

168. *Filio, qui poteſt ex induſtria parare ſibi victum, an poſſit pater alimenta negare.*

169. *Mendicantes validi delinquunt, qui eleemoſynas, inualidis neceſſarias, ſibi vſurpant.*

170. *Peccatoribus publicis non arctatur quis eleemoſynam facere. num.* 171. & 172.

173. *Mendicantes, qui medicaminibus tibias ſibi intumeſcere faciunt, qua pœna ſint plectendi.*

174. *Debilitans ſe aut filium vel alium, vt habilius mendicet, graui pœna venit plectendus.*

175. *Medici inſtruentes mendicantes validos, qualiter ſe poſſint debilitare, qua pœna teneantur.*

176. *Quilibet etiam priuatus explorare poteſt quouis modo, an infirmitas mendici ſit vera.*

179. *Infeliciſſimum genus infortunij eſt, aliquando fuiſſe felicem.*

180. *Nobilis, non habens vnde ſtatum ſuum & dignitatem ſeruare poſſit, pauper dicitur, licet habeat vnde viuere poſſit.*

181. *Annonæ ratio qualiter ſit habenda. Et an poßit collecta imponi pro ipſa habenda tempore cariſtiæ. nu. 182.*

183. *Ciuitas perfecta dici non poteſt, quæ vacat pauperibus.*

184. *Priuilegia ceſſant, vbi peſtis & bella vigent.*

185. *Neceßitatis tempore an poſſunt cogi pecunias habentes, illas reipublicæ mutuare & quomodo.*

186. *Salarium nemini conſtitui poteſt de publ. pecunia ſine licentia ſuperioris, niſi miſſis ad alienas prouincias pro frumento comparando tempore cariſtiæ.*

187. *Annonæ ratio vt habeatur, poßunt cogi ciues ad portandũ vno quoque die certam bladi menſuram ad plateam, vt ibi vendatur.*

188. *Vendere rem ſuam nemo cogitur, niſi cariſtiæ tempore.*

189. *Statutum, quòd quilibet mercator teneatur intra certum tempus præſentare præfectis annonæ tot ſextaria frumenti, an valeat.*

190. *Annonam ut in ciuitatem deferant, an & quando cogendi ſint comitatenſes. Et an æquè grauandi ſint remotiores, vt propinqui. num. 191.*

192. *Comitatenſes ſi nequeant ciuitati ſubuenire tempore cariſtiæ, an poßint cogi vicini etiam alterius prouinciæ à ſuo ſuperiore, ut eò alimenta deferant.*

193. *Annonæ præfecti an poßint ordinare, vt cuilibet, qui portauerit frumentum, vinum & ſimilia ad vrbem, detur aliquod precium pro ſuo labore.*

194. *Annonam, vt carius vendatur, impedientes, quomodo ſint puniendi.*

195. *Annonæ præfecti, an & quando poßint taxare precium vini, frumenti, carnium & aliorum victualium.*

196. *Eleemoſynam facere, an & quando diuites cogi poßint.*

197. *Furari an, & quando liceat pauperibus pro victu.*

198. *Annonæ ſeu victualium precij taxatio an & quo tempore à præfectis annonæ fieri debeat. Et ibi, qualiter puniri debeant, qui ea pluris vendiderint, quàm ſit taxatum. Et quid ſi pluris non vendiderint, ſed ementes fraudauerint in menſura. nu. 199.*

200. *Forenſibus an & quando poßint ciues & incolæ res vendere cariori precio, quàm habitatoribus.*

202. *Dardanarij qui & à quo ita dicantur. & quomodo puniendi ſint.*

203. *Monopolium facientes, quo annona carius vendatur, quomodo puniendi ſint.*

204. *Impoſtores annonam vel aliquid aliud cariori precio quàm valeat ementes vt cæteri eodem precio ad emendum inuitentur, quo crimine teneantur.*

205. Incan-

205. *Incantatores ſeu magi fructus pendentes arte damnata vaſtantes, qua pœna affici debeant.*

206. *Agrorum cultura ſummè vtilis eſt reipublicæ, ideoq; fauore illius multa ſtatuta fuerunt ſpecialiter, quæ videre potes ab hoc numero vſque ad num. 236.*

207. *Agricolæ, vt operas ſuas congruis temporibus exequantur, cogendi ſunt ab annonæ præfectis.*

208. *Ruſtici an poßint ab oneribus ſuis diſtrahi, & ad aliud obſequium deuocari.*

209. *Ruſtici qui dicantur. vide alia vſque ad nu. 212.*

212. *Ruſtici non tenentur dare gratis alimenta barigellis, exactoribus & nuncijs per comitatũ incedentibus, nec ipſis animalia cõmodare.*

213. *Ruſtici an cogi poßint à feudatarijs, ut tempore guerræ ipſis pecunias dent pro equis emendis.*

214. *Ruſtici non poſſunt cogi, vt alimenta præſtent militibus, & alijs iter facientibus, maximè iudicibus, imò epiſcopis ſi ſponte dent ruſtici, non ſunt accepṭanda.*

215. *Ruſtici non tenentur hoſpitio excipere milites cæterosq; iter agentes fauore publico, niſi per vnum dien. & noctem.*

216. *Ruſtici ſeminum, vindemiarum & meßium temporibus excuſantur ab omnibus muneribus extraordinarijs.*

218. *Ruſtici an poßint & debeant vexari pro debitis fiſcalibus, quibus tenentur eorum domini.*

219. *Ruſtici cogendi non ſunt pignori dare terras bonas & pecora creditoribus, à quibus mutuati ſunt frumentum, hordeum & ſimilia.*

220. *Ruſticis, frumentum, hordeum & ſimilia mutuantes, non poſſunt vſurarum nomine niſi octauam modij partem ab ipſis exigere & ſiliquam pro quolibet aureo, imò nihil hodiè ab ipſis vſurarum nomine exigere licet.*

221. *Ruſticorum boues, aratra & cætera inſtrumenta, an & quando poßint pro executione rei iudicatæ pignorari. Et an ex conuentione poßint pignori dari. num. 222.*

223. *Ruſtici boues aut agri inſtrumenta violenter capiens, inuadens, aut auferens, qua pœna puniatur.*

224. *Ruſtici agricultores dum villas habitant, & agros colunt, an detineri poßint pro debito.*

225. *Ruſtici portantes pullos, oua, frumentum, & ſimilia ad ciuitatem, vt ea vendant, non debent diu ibi commorari, ſi non inueniant,* cui

cui vendant, ſed cogendi ſunt, vt reuertantur rus ad opera ruſtica & venalia apud aliquem vrbanum cuſtodienda deponant.

226. Ruſticus, ſi litis cauſa agant vel conueniantur coram iudicibus ciuitatum, ius dicendum eſt ſummariè & velociter. Et ſi plures ſint litis conſortes, an debeant omnes vel vnus ipſorum retineri, & cæteri ad negotia remitti, num. 227.

228. Ruſtici tempore meßium vrbes incolentes, an cogi poßint vt rus petant & blada ſecent.

229. Ruſticitas ruſticum excuſat à vera contumacia.

230. Ruſticus verè contumax excuſatur à mulcta, quæ pro vera contumacia imponi debet.

231. Ruſticus contumax, an contumacia non obſtante poterit appellare.

232. Ruſticus excuſatur à dolo præſumpto, item à præſumpta vſurarum fraude. & nu. 233.

233. Ruſticos an, & quando liget regula, qui contra iura mercatur, in dolo eſſe præſumitur.

234. Ruſticus teſtis, qui contraria depoſuit, an poßit puniri pœna falſi.

235. Ruſticus, qui ſcripturas contrarias in iudicio producit, an poßit productionem reuocare.

236. Ruſtico an currat tempus præfinitum ad agnoſcendum bonorum poſſeßionem.

237. Ruſticus, an & quando poßit poſt litem conteſtatam opponere exceptionem declinatoriam, quæ debet opponi ante litem conteſtatam.

238. Ruſticum an & quando excuſet iuris ignorantia. & num. 244. 245. & ſeqq.

239. Ruſticus an poßit reuocare confeßionem ſui aduocati.

240. Ruſtica mater ad ſecunda vota tranſiens, an excuſetur propter iuris ignorantiam, & n. 241.

242. Ruſtici an & quando excuſantur ab his, quæ ſunt ad rigorem iuris conſeruandum inducta.

243. Contra ruſticum, qui per decennium ſoluit par caponum, amplius ſoluere recuſantem, non datur actio.

251. Agros deſertos, an & quando liceat vnicuiq; fauore agriculturæ propria auctoritate occupare.

252. Præſcriptio rei immobilis, an & quando fauore culturæ agrorum currat ſpacio duorum annorum.

253. Præſcriptio an & quando competat poſſeſſori malæ fidei, de iure canonico,

254. Statu-

254. *Statutum, quòd ſuſcipiens colonum vel maſſarium alicuius abſque domini licentia, teneatur ad omnia damna & intereſſe, an & quando valeat.*

255. *Emphyteuſis Eccleſiaſtica an & quando tranſeat in hæredes extraneos.*

256. *Emphyteuſi finita, an & quando teneatur dominus colonum pro primo precio reinueſtire. & ſeq.*

257. *Dominus volens emere à colono fructus rei locatæ, an & quando debeat cæteris præferri.*

263. *Opinio ita eſt interpretanda, ne reddatur eluſoria.*

264. *Clericus an expelli poſſit à terra Eccleſiæ, quam ex ſterili fecit fertilem, aut ex vinea, quam ipſe plantauit, licèt propter delictum fuerit beneficio priuatus.*

ACCEDO NVNC AD VLTIMAM PARtem tractatus, videlicet ad iuridica remedia. In qua primò videbimus remedia neceſſaria ad prouidendum ne locus inficiatur. Secundò videbimus remedia opportuna ad liberandum locum infectum à tanta morbi calamitate. Et ſic in prima parte tractabimus de remedijs præſeruatiuis. In ſecunda de remedijs curatiuis. Aggredior primam particulam. Quam vt planius abſoluã, quia ſuprà in præludijs aliquas huius morbi cauſas retuli, eas ſtudebo ex ordine remouere. Veriſsima enim eſt & vul-
1 gata concluſio, quòd remota cauſa † remouetur effectus. *c. cùm ceſſante. de app. c. cùm infirmitas. de pœnitent. & remiſſ. l. generaliter. 51. C. de epiſc. & cler. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur.*
2 *pat.* Quærat ergò, † qui vult præſeruari à peſtilentia, locum ſaluberrimum, in quo ſibi eligat domicilium. Nam loci opportunitas mirum in modum confert ad ſanitatem corporis conſeruandam. *l. 1. §. ſed rem. ff. ſi quid in fraud. pat.* Per quem *text.* ſingulariter decidit *Bartholome. Veronenſ. Capolla nuncupatus in tractatu ſeruitutum ruſticarum. ſub rubr. de aëre.* quòd
3 † ſicut minori conceditur reſtitutio aduerſus alienationem rei, ex eo, quòd res illa fuerat maiorum ſuorum. *l. ſi in emptionem. 35. ff. de minorib.* eodem modo concedenda eſt eidem reſtitutio, aduerſus alienationem prædij ex eo, quòd ſitum

ſit

ſit in loco ſalubri, & magis expedit minori vendere prædiũ
alio loco ſitum. Et *per illum text.* dixit *idem Bar. Veronenſ. tr. ct.*
4 *de ſimulat. contract. præſumptione 15.* quòd habens † plura prædia,
ſi vendat illud, in quo cadat affectio propter aëris amœnitatem,
ex hoc argui poteſt, quòd animum vendendi non habebat. Ideò additis quibuſdam alijs coniecturis argui
5 poterit contractus de ſimulatione. Dignoſcere † autem
poſſumus locum eſſe ſalubrem, *ſecundùm Vitru.* ſi is locus ſit
excelſus, non nebuloſus, regiones cœli ſpectans, neq; æſtuoſus, neque frigidus, cui nulla noceat paluſtris vicinitas.
Nam auræ matutinæ, quæ Sole oriente, ex palude ad oppidum nebulis quibuſdam adiunctis perueniunt, ſpiritus beſtiarum paluſtrium venenatos cum nebula mixtos, in habitatorum corpora ſpargunt, ſicque locum efficiunt peſtilentem. Dixi ex aqua putrida peſtem generari. Statuat ergò,
qui peſtilentiam vult euitare, ſibi domicilium in loco, vbi ſit
6 aquarũ ſalubritas & vbertas. Nulla enim † ex omnibus rebus tantas videtur habere ad vſum neceſsitates, quantas aqua, ideò quòd omnium animalium natura, ſi frumenti fructu priuata fuerit, arbuſtis, aut carne, aut piſcatu, aut etiam
qualibet ex his rebus vtendo vitam tueri poterit: ſine aqua
verò, nec corpus animalium, nec vlla cibi virtus naſci, vel
nata conſeruari poteſt. *l. fin. ff. de riuis.* Si aquarum penuria
nec armenta ſtare poſſunt, quid erit, ſi in loco aqua ſit fœtida
7 & venenoſa, vt in Theſſalia, ibi vt † aiunt, fons eſt, duos
riuos emittens, quorum alter mortiferam aquam dicitur
8 habere. Et † in Arcadia aqua eſt, ςυγὸς ὕδωρ nuncupata, quam
ſola vngula mulina poteſt continere, ex qua Alexandrum
9 necatum fuiſſe legimus. Et eam † rationem aſsignant naturales Philoſophi, quòd ea aqua per maleficum ſuccum ter-
10 ræ percurrat, recipiatque in ſe vim venenatam. Sicut † percurrens ſaliſodinas ſalſa eſt, & per pingues terræ venas
oleo ſimilis, vt flumen Liparis in Cilicia, in quo natantes &
11 lauantes aqua ipſa vnguntur. Et † in India fons eſſe dicitur,
qui ſereno cœlo magnam emittit olei quantitatem. Sed &
12 † Papia dulciſsima patria mea, vt à maioribus accepimus, in
ſuburbijs

ſuburbijs fontem oleo abundantem diutiùs habuit, nunc locus ille ampliata ciuitate intra mœnia eſt conſtitutus, & Bur-
13 gus olearius à fonte nomen retinet. † Ad cognoſcendam aquæ puritatem, ſalubritatemq; maiores noſtri inſpiciebant iecinora pecorum, quæ his locis paſcebantur, & ſæpius experti, ſi liuida vel vitioſa reperiebant, ex aqua & pabulo malignis id euenire arbitrantes, iudicio mutabant regiones, dubitantes aquam illam humanis corporibus peſtilen-
14 tem futuram. Probatur † etiam aquæ bonitas ex aſpectu incolarum, ſi ſint corpore robuſti, colore nitidi, non gibboſi, non ſtrumoſi, non vitiati cruribus, non lippis oculis, non
15 fatui. Eſt † enim quoddam aquæ genus in Italia equicolis & pontiſcurioni, quam qui biberint, efficiuntur turgidis
16 gutturibus. Et in inſula † Chio fons quidam eſt, vt refert Herodotus, ex quo qui biberint, fiunt inſipiéntes, & ideò in eo ſcriptum eſt epigramma, iucundam eſſe potionem fon-
17 tis, ſed bibentes ſaxeos futuros. Probatur † inſuper aqua, ſi in vas æneum vel Corinthium ſparſa maculam non fecerit, neque in fonte vaſis arena limusque inueniatur, ſi legumina
18 cum † ea aqua coniecta, & ad ignem poſita celeriter perco-
19 cta fuerint. † Cognoſcitur denique, ſi limpida & pellucida fuerit, &, quocunque profluxerit, locum ab omni inquinamento mundum reliquerit, neque muſcum, neque iuncos produxerit. His ſignis aqua tenuis, & in ſumma ſalubritate
20 nobis oſtenditur. Sancitum primo fuit, quòd † aquarij & aquarum cuſtodes, qui hydrophylaces nominantur, fauore publicæ vtilitatis omnium onerum perſonalium immunitate perfruantur. *l. decernimus. 10. C. de aquæduct. lib. 11.* per quam legem dicunt *ibi Bart. & Ioan. de Platea.* quòd gene-
21 rale bannum † regis, vocans quemlibet ad bellũ, non comprehendit hos aquarios, & aquarum cuſtodes, qui ab eorum officio non debent amoueri. Intelligo tamen illud procedere in aquarijs deputatis per principem, ſeu eius vicarium pro habenda, & cuſtodienda aqua ad vſum publicum, ſecùs in aquarijs noſtri temporis, qui operas locant ad tempus alicui communitati, probatur *in l. decernimus.* Vbi exigitur,

quòd in eorum manibus ſit Imperatoris nomen impreſſum, & ſic debent eſſe immatriculati, & in numero officialium
22 ipſius Principis aggregati. † Secundò conceſſa fuit immunitas prædiorum, per quorum fines aqua ad vſum publicum percurrit, ab omnibus oneribus extraordinarijs, & ſuperindictionibus, quæ pro illis prædijs imponuntur *l. 1. C. de aquaduct. lib. 11.* Quod ideò ſtatutum fuit, quia poſſeſſores prædiorum, per quæ aqua publica defluit, tenentur ſuo ſumptu aquæductum purgare, *vt ibi.* ex quo infertur, quòd ſi expenſis publicis alueus purgetur, vt communiter fieri ſolet, tunc domini prædiorum nullam habebunt immunita-
23 tem. Tertiò † ſtatutum, quòd liceat tranſducere aquam per priuatos agros dominis inuitis, *vt probatur in l. ſi locus. 14. §. cum via. in arg. ff. quemad. ſeruit. amitt.* & clariùs *in d. l. 1. C. de aquaduct. iuxta l. venditor. 13. §. ſi conſtat. ff. commun. prædio.* & ibi expreſsè decidit *Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. 9. in princ. de conſti.* vbi allegat *Bald. & plures ita tenentes*, quos breuitatis gratia non refero. Et iſtud verum eſt, ſi ad vſum
24 publicum aqua tranſducatur. Nam ad † vſum priuatũ non licet per fundum alterius eo inuito aquã traducere. *l. quemadmodum. 29. §. ſi protectum. ff. ad leg. Aquil.* licèt per decreta
25 ducalia Mediol. aliter ſit prouiſum. † Quartò interdictũ fuit dominis prædiorum, per quæ aqua publica commeat, ne plantent arbores propè aquæductum, nec natas vel renatas teneant per quindecim pedes. *d. l. 1. C. de aquaduct.* Ratio *ibi* aſsignatur, *ne arborum radices fabricam formæ corrumpant.* Ex quo datur intelligi iſtud tantùm procedere, quando aqua ducitur per canales lapideos, ligneos vel plumbeos, ſecùs ſi conducatur per patentes alueos, quorum ripæ arborũ radicibus magis muniantur quàm corrumpantur. *arg. l. 1. §. oportet. ff. ne quid in flu. pub. ripaue eius fiat.* Quintò deciſum
26 † fuit, quòd qui ex publico aquæductu ad ſuũ fundum aquã diuerterit ſine licentia principis, vel ad quem ſpectat, fundum amittat, & fiſco acquiratur. *l. 2. C. Aquaduct. lib. 11.* & vſurpatam aquam reſtituat, *d. l. decernimus.* & denarum etiã librarum auri mulcta plectatur. *l. fin. C. eod. tit.* Et contra

eos,

eos, qui in damnum accolentium quicquam in flumine publico ripaue eius faciunt, proditum fuit remedium & interdictum. *ff. ne quid in flu. publ. ripáue eius fiat. per tot.* Et quia
27 intereſt † Reipublicæ, ne aqua publica minuatur, corrumpatur, deteriorúe fiat, cuilibet de populo prodita eſt actio aduerſus
28 contrafacientes. *l. 1. §. interdictum. ff. eod.* Sextò † priuilegium extrahendi aquam ex publico aquæductu, fauore publico reſtringitur ad aquam ſuperfluã & ſuperabundantem. *l. ſi quis per diuinam. 5. C. eod. tit.* & ſi omnis aqua Reipublicæ ſit neceſſaria, priuilegium nihil tribuit. Quod facit
29 † ad indulgentiam per regem conceſſam Ianuenſibus, vt poſsint extrahere ex comitatu prouinciæ & Forcalquerij, vel de ducatu Medio. certam quantitatem frumenti. Nam talis indulgentia debet intelligi, ſi talis quantitas ſupereſt ab uſu habitantium, & ſic recipit conditionem, ſi Reſpublica non indigeat, *ſecund. Bart. & Io. de Pla. ibi.* Et meritò, quia priuilegium alicui conceſſum non extenditur ad ea, per quæ publica læderetur vtilitas. *l. fin. C. de officio magiſt. mili. l. humilioribus. 14. C. de ſuſcept. præpo. & arc. lib. 10. l. 2. C. de priuil.*
30 *Scholar. lib. 12.* nam priuilegia † publicæ vtilitati damnoſa nõ ſunt recipienda. *l. nec damnoſa. 3. C. de precib. Imp. offer.* Septimò, quia aquarum malignitas quandoque inficit ciuitatem,
31 † debent, qui curam Reipublicæ habent, prohibere, ne in publicum aquæductum, ad quem pro incolarum vſu neceſſario acceditur, quis res immundas proijciat, ne mulieres pannos cæteraque ſordida, ne ſeruitores mulas, equos, & alia huiuſmodi lauent, néue porcos admittant, iuxta illud, *Heu liquidis immiſi fontibus aprum,* néue in eo quis natet, vel ſe abluat, niſi fortè in inferiore parte & ſecreto modo, *vt eſt text. in l. cùm ſupra virentes. 12. vbi Ioan. de Pla. C. de re milit.*
32 *lib. 12.* Et qui contrauenerit † & quouis modo aquas publicas ſpurcauerit, arbitrio iudicis grauiter eſt puniendus.
33 *l. 1. §. 1. ff. de extraord. crimin.* Ideò † non licet habenti fontem, ſeu aquam priuatam, eam aliquo modo ſpurcam reddere, ſi cum eadem ſpurcitia in aquam vel fundum defluat alienum. *l. apud Trebatium. 3. in princ. ff. de aq. plu. arcen.* Et

contra artem cerdonum conſuluit *Are. conſil. 30. viſo themate. in primo dubio.* Ideò † non licet lauare ventres & pannos
34 in riuulo deſcendente ad conuicinos, *ſecundùm Barthol. Cæpoll. in tract. ſeruit. ſub rubr. de fonte.* † Et ſi in puteum priuatũ
35 vel in fontem aliquis quicquam immiſerit, quo aqua deturpetur, deteriorúe fiat, iniuriarum, & ad intereſſe domino fontis & putei tenetur. *l. is qui in puteum. 11. ff. quod vi aut clam. l. penul. ff. de iniur.* Erant & aliæ leges pœnales antiquitùs editæ contra corrumpentes aquas publicas, quas refert *Frontin. lib. quem de aquis in vrbem influentibus* eleganter tradidit.
36 Octauò † pro fontib⁹ conſtruendis & aqua habenda ad uſum publicum poſſunt decuriones collectam imponere, *ut infrà latius ſuo loco dicam,* dum generaliter pro ciuitate purganda, & à peſte conſeruanda, collectas indici poſſe, demonſtrauero. Fortius dico, † quòd pro habenda, & manu tenenda
37 aqua ad vſum publicum poteſt ciuitas certum datium erigere & deputare, puta, quòd pro qualibet ratione reddita, & calculata, certum quid ſoluatur, ut eſt caſus *in l. ad reparationem. 7. C. de aqueduct.* † Poterunt etiam ordinare, quòd
38 domini officiales in principio ſui officij donent aliquid conuertendum in cauſam aquarum publicarum. Sic enim facere ſolebant conſules Romani, qui centum libras auri ſui conſulatus initio in hanc cauſam donabant. *l. nemini. 3. & l.*
39 *pen. C. de conſul. lib. 12.* Quæ pecunia, † ad hunc vſum deputata, non poteſt de iure in alium vſum conuerti. *l. hac lege. 8.*
40 *C. de aqueduct.* Id † autem, quòd dixi, ciuitatem poſſe conſtituere certum datium, intelligo non ſolùm de ciuitate non recognoſcente ſuperiorem, quam conſtat poſſe noua datia inſtituere, *ſecundùm Bald. in c. 1. de pace Conſtant. & in l. fin. C. de vectigal. & commiſſ. Bart. in auth. præſides. C. de epiſc. aud. & in l. quò minus. 2. in 2. quæſt. ff. de flum. & d. Ant. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign.* ſed etiam intelligo de ciui-
41 tate recognoſcente ſuperiorẽ. Nec obſtat, † quòd ſine licentia ſuperioris non poſsint imponi noua vectigalia. *l. 2. C. vectigal. nou. inſtit. non poſſe.* quia verum eſt, quando communitas ſuperiorem recognoſcens, vellet generaliter nouum

vectigal

vectigal omnibus etiam forenſibus imponere, ſecùs ſi inter ſe pro neceſsitatibus loci velint nouum munus imponere, quia poſſunt, *ſecundùm Bart. in l. 1. C. de ſuperind. lib. 10. & in l. 1. §. fin. ff. quod cuiuſq; uni. not. gl. & ibi Felin. & al. in c. cum dilecta. de reſcript. Alex. conſil. 124. ſuper primo. lib. 4. Card. conſ. 12. In dubijs præmiſſis. Gem. conſ. 116. Quia prædicti. col. 1. traditur per Ang. Imol. & Moder. in l. 4. §. actor. de re iudicat.* Quod verum, dummodò talis impoſitio noui datij fiat per adu-
42 nantiam generalem totius populi, † quia ſolus decurionum ordo non poteſt nouas gabellas inducere, niſi habeat poteſtatem à conſilio generali, *ſecundùm Sali. in l. vectigalia. 2. C. vectigal. nou. inſti. non poſſe. per text. in l. prohibere. 3. §. planè.*
43 *ff. quod vi aut clam.* Nonò, † priuilegiũ immunitatis ab omni munere, non eximit priuilegiatum ab oneribus, quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus purgandis aut reficiendis. *l. ad portus. 6. C. de operib. public.*
44 Nam ad talia † onera etiam Eccleſia tenetur. *l. ad instructionem. 7. C. de ſacroſ. Eccl. ſecund. Ioan. de Plat. in d. l. ad reparationem. C. de aquæduct. adduci poteſt etiã text. in l. abſit. 4. C. de priuileg. domus Auguſtæ. lib. 11. & in l. 2. C. de immu. nemi. conced. lib. 10. Panorm.* tamen *in c. non minus. de immu. Eccl.* diſtinguit, *de quo infrà* ſubijciam. Sed pro enucleatione huius materiæ
45 † quæro, quis teneatur riuos reficere, & aquæductum purgare? loquor de aquæductu & riuis, per quos labitur aqua publica, nam de aqua priuata in præſentiarum nihil tractabo. Videtur, quòd onus reficiendi & purgandi ſpectet ad dominos prædiorum, per quæ aqua defluit. *l. 1. C. de aquæduct. & l. ædiles. §. conſtruant. ff. de via publica, & ſi quid in ea.* Vbi dicitur, quòd quilibet tenetur purgare viam & aquæductum iuxta domum ſuam. In contrarium, quòd debet refici & purgari expenſis publicis, videtur *text. in l. 2. C. de immun. nemin. conced.* Quidam dicunt, iſtud opus ſpectare ad principem, ad quem ſpectat emolumentum vectigalium & pedagium. Breuiter diſtinguendum eſt, Aut certa pecunia eſt deputata ad hunc vſum, & ex illa facienda eſt refectio & purgatio. *d. l. ad reparationem.* Aut nulla eſt pecunia ad hoc

 deputata,

deputata, & tunc, ſi aqua ſit principis, & ex ea capiat aliquod emolumentum, putà centum annua, tunc iſtud onus ad eum ſpectat, quia capit commodum. *l. ſecundùm naturam. 10. ff. de reg. iur.* & idem ſecundùm aliquos, ſi aliquod vectigal exigeret à tranſeuntibus occaſione dictæ aquæ, *argum.* eius quod dixit *Arch. in c. ſi quis Romipetas. 24. quæſt. 3.* decidit, quòd colligentes pedagia tenentur † itinera & vias
46 tenere ſecuras, alioquin ad damnorum emendationem poſſunt conueniri. & idem tenent *Hoſtienſ. in ſumma de cenſi. §. ex quibus. Bald. in l. ne quid. ff. de incend. rui. naufra. Bald. in c. 1. in fin. col. pen. de pace iuram. firm. Flor. in l. 1. §. ſumma. ff. de his qui deiec. vel effund. Guid. Papæ deciſ. 412. & ita tenet Ioan. de Plat. in l. vnica. C. de officio Iurid. Alexand. per illum text. & Ioan.*
47 *Bertrach. in tract. de gabellis. in 7. quæſt. quartæ partis.* † Sed veritas eſt, quòd ſi incolæ habent à principe vſum aquæ pergratuitum, quòd ipſi cogi poſsint ad refectionem & purgationem, *per text. in l. 2. §. viarum. ibi, quia vſum utilitatemq́ communem habet. ff. ne quid in loc. pub. & in l. 2. C. de collat. fund. pater. lib. 11. & in d. l. ad portus. C. de operib. publ. cum ſimilib.* Non obſtat *text. in d. l. vnica.* quia immunitas ab oneribus aquarum fuit incolis ex ſpeciali priuilegio conceſſa, ergò in contrarium eſt ius commune. Vel ibi princeps percipiebat datium etiam ab incolis nauigantibus in flumine, ſecùs, ſi nihil ab incolis ſolueretur. Si verò aqua eſt vniuerſitatis, refectio fieri debet expenſis vniuerſitatis. Et ſi vniuerſitas in communi non habeat modum, poteſt collectam imponere ad ratam patrimonij. ita procedat text. *in d. l. 2. C. de immunit. nem. conced. & d. l. ad portus.* Non obſtat *text. in d. §. conſtruāt.* quia loquitur de purgatione, & reparatione aquæductus ad effectum, ut iter per ciuitatem liberè fieri poſsit, non ad effectum habendæ aquæ ad vſum publicum, vel loquitur de aquæductibus per quos aqua pluuialis decurrit, vt ciuitas mundetur, non per quos decurrit aqua ad vſum bibendi, molendi & irrigandi. Ratio diuerſitatis eſt, quia purgatio aquæductus recipientis aquam pluuialē omnes grauat, cùm vbique aqua pluuialis defluat, & ſic eſt perinde, ac omnibus

omnibus collecta imponeretur. Sed purgatio aquæductus recipientis aquam ad vſum hominum bibendi, molendi, & irrigandi, omnes non grauaret, ſi fieret à dominis domorum iuxta quas aqua decurrit, cùm illa aqua non vbique defluat, ideò ab his ſolis fieri non debet, ſed paſſim ab omnibus. *d. §. viarum.* Tertiam cauſam peſtis ex fœtore dixi prouenire. Contra hanc cauſam remedium eſt iure proditum, ut locus
48 ab omni putredine mundus & nitidus conſeruetur. † Hac
49 de cauſa inuentus fuit cloacarum vſus. Eſt enim † cloaca locus concauus, per quem colluuies defluit. *l. 1. ff. de cloac.* & appellatione cloacæ etiam tubus & fiſtula continetur, *d. l. 1.*
50 *§. cloacæ.* † Conſulo ergò dominis meis Auenionenſibus, vt in locis neceſſarijs cloacas fieri faciant, quibus ſordes ſeclariorum in ſorgium conducantur. aliàs raró erunt ſine peſte,
51 vt dicit Iureconſultus *in d. l. 1. §. cura.* Donec enim † Roma cloacis vſa eſt, ſanum fuit & ſalubre ibi habitare, *ſecundùm gl. in c. qualiter. 7. q. 1.* Antiqui enim Romani maximam cloacarum curam habebant, *ſecundùm Capoll. in tract. de cloacis. Et Frontin. in lib. de aquis in vrbem influentibus.* Nunc autẽ, quia Roma cloacis caret, periculoſum eſt ibi habitare, *ſecundùm gl. in c. ſi verò. de iureiur. & dixi ſuprà in 2. parte in 2. ſpecia-*
52 *li 1. particulæ.* Et † in magnificis ciuitatibus, vt eſt ciuitas Auenionenſis, deberent eſſe tam priuatæ, quàm publicæ cloacæ, de quibus, ac primò de publicis, demũ de priuatis, aliqua
53 diſcurramus. Quæro primò, an ſine † licentia principis decuriones poſsint facere fieri cloacas publicas? Videtur, quòd non, quia viæ publicæ ſunt de regalibus. *c. 1. quæ ſint regal.* ergò eas aptari pro cloacis faciendis non licebit inconſulto principe. Et pro hoc videtur *text. in l. fin. ff. de cloac.* vbi ſtatuitur, quòd volens nouam cloacam facere, prius debeat ædiles curules conſulere. In contrarium facit, quia per cloacas publicæ viæ purgantur. Vias autem publicas cuilibet priuato purgare conceſſum fuit, dummodò via deterior non fiat. *l. in princ. ff. de via publ.* ergò etiam conceſſum videtur maximè decurionibus nouas cloacas facere. Sed primã partem arbitror veram, quia ad principẽ ſeu eius officiales,

quibus

quibus cura hæc fuit demandata, ſpectat cognoſcere, an expediat cloacam fieri in via publica. Et videtur de hoc caſus *in l. ſi in publico. 18. §. fin. ff. de aqua plu. arc.* vbi ſtatutum fuit, ne aqua ſine iuſſu principis ducatur per vias publicas. Et *per*
54 *illum text.* dicit *ibi Bald.* † quòd habentes molendina non poſſunt aquam ducere ad molendina per vias publicas, nec poſſunt iuxta eas facere cluſas ſine licentia ſuperioris, licèt
55 contrarium ſæpè viderim Papiæ de facto ſeruari. † Secundò quæro, cuius expenſis refici, & purgari debeant publicæ cloacæ? Reſpondeo, communi impenſa populi. *d. l 1. §. viarum. ff. ne quid in loc. public. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. de cloac.* quod intelligo, niſi ex cauſa cloacarum princeps habeat certum emolumentum, vel niſi in hanc cauſam ſit conſtituta certa pecunia, *vt dixi in ſecundo remedio, in vltimo ſpeciali.* Sciendum
56 † etiam eſt, prouiſum eſſe interdicto tàm prohibitorio, quàm reſtitutorio, ne quid immittatur in publicas cloacas, quo vſus earum impediatur, deteriorúe fiat, & ſi quid factum, immiſſumúe ſit, reſtituatur. *l. 1. in princ. & §. deinde. ff. de cloac.* Et ſi culpa vicini cloaca deterior fiat, ſolus ipſe ad reparationem tenetur, *ut latè conſuluit Do. Ant. de Butr. conſil. 14. incip. Requiſitus ego Ant. &c.* Tertiò quæro, quibus detur iſtud interdictum? Reſpondeo, ut in ſimili reſpondet *gl. in l. 2. §.*
57 *pen. ff. ne quid in loc. publ. fiat.* quòd competit † cuilibet de populo, & ſic hæc actio in factum eſt popularis, quia ius publicum tuetur, *l. 1. ff. de popul. actio.* Cura enim cloacarum ad publicam ſalutem ſpectat *l. 1. §. hoc autem interdicto. ff. de cloac.* Et non ſolùm cuilibet de illo populo, ſed etiā cuilibet alienigenæ, ſi pro publica agat vtilitate, *ſecundùm Capoll. tract. de cloac. in 7. q.* Sed *Bart. in d. §. pen.* videtur eſſe in contraria ſententia. Inquit enim, quilibet poteſt agere pro intereſſe proprio, & hoc reſpectu actio non eſt popularis, & ita procedit *ille text. & text. in l. penult. eod. tit.* Sed quia agit quilibet, vt nihil fiat, vt factum tollatur, quod publicam concernit vtilitatem, hoc reſpectu poteſt dici actio popularis. Et ex hoc infertur, quòd, ſi agatur ad publicam vtilitatem principaliter, tunc Syndico vniuerſitatis, & non cuilibet de populo,

pulo, competit actio. Sed ego credo, quòd cuilibet de populo etiam competat, & ſic pro publica vtilitate quilibet poterit agere, ne quid fiat, aut factum immittatur in publicas cloacas, & in publicas vias, flumina, & cætera ſimilia, & vt factum, immiſſumúe tollatur, *per text. clarum in l. 1. ff. de via & iti. pub. & in l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in flu. publ.*
58 *ripaúe eius fiat.* † Refert tamen, num actio proponatur pro intereſſe priuato, an pro publico? Primo caſu exceptio rei iudicatæ cum vno, non nocebit alteri: ſecundo autem
59 caſu, nocebit. *l. 3. ff. de pop. actio.* Item † ſecundo caſu mulier, & pupillus agere non poterunt, niſi ſua particulariter interſit. *l. mulieri. 6. ff. eod. tit.* Quartò quæro,
60 quis † in cauſis cloacarum ſit iudex competens? *Gloſ. & Bart. in l. fin. ff. eod.* dicunt, coram quolibet prætore agi poſſe interdicto de cloacis. Quod verum credo, niſi ſint deputati iudices ſpeciales, vt ſunt Papiæ iudices viarum publicarum. hoc caſu, ſi iſtis iudicibus ſit conceſſa iuriſdictio priuatiuè, coram illis tantùm agendum eſſet. Si verò eſſent certi iudices cloacarum ſimpliciter deputati, tunc locus eſ-
61 ſet præuentioni, quia iuriſdictio † intelligitur conceſſa cumulatiuè, non priuatiuè, *ſecundùm Bart. in l. 1. per illum text. C. de off. præfect. vrb. & Anch. conſ. 143. de viribus & efficacia. Lud. Rom. conſil. 393. Præſens conſultatio. & traditur per D. Iaſ. in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. 1. & per Paridem de Put.*
62 *in tract. Syndi. in verſ. arbitrium.* Et † iſtud verum videtur, etiamſi ſpeciales iudices cloacarum eſſent conſtituti taxatiuè, putà, ſi eſſet dictum, *talis ſolus vel duntaxat* cognoſcat de cauſis cloacarum, & viarum publicarum, adhuc locus erit præuentioni, tanquam cumulatiuè, & non priuatiuè ſit ei conceſſa iuriſdictio. *l. viros. 8. C. de diuerſ. offic. lib. 12. l. fin. C. vbi cauſ. fiſc. & latè conſuluit Dec. conſil. 3. col. 1. & ſeq.* Eſt benè verum, quòd huic ampliationi obſtat deciſio *Ang. in l. 1. per illum text. C. vbi & apud quem.* & propterea hanc ampliationem dicit Dec. fore periculoſam, licèt cum ea tranſeat. Sed ego credo, quòd non ſit vera, quia *dictio taxatiua* debet aliquid operari. Et *text. in d. l. viros.* allegatus pro contraria

R ſententia

ſententia fundatur ea ratione, quia iuriſdictio alteri competebat ex conſuetudine, cui derogatum non cenſetur. *c. 1. de conſti. lib. 6.* Vel ibi expreſsè reſeruata fuit iuriſdictio illis, quibus ex conſuetudine competebat, quaſi *text. ille* innuat, quòd etiam iuriſdictioni eorum fuiſſet derogatum, niſi ſpecialiter fuiſſet excepta: & conſequenter *textus contra Dec.* po-
63 teſt retorqueri. Quintò quæro, † an liceat aperire cloacas quocunque tempore? Non inuenio tempus purgationis fuiſſe determinatum, credo tamen, quòd tempore æſtatis purgari non debeant, propter fœtorem, quo aër corrumpitur, *ſecundùm gl. in l. pen. ff. quod vi aut clam.* Quæ aëris cor-
64 ruptio † ex fœtore habiliùs generatur æſtiuo tempore, quia à frigiditate omnis malus odor reſtringitur, à calore autem relaxatur. Hinc videmus, regiones æſtate peſtilentiſsimas, in hyeme effici ſalubres, eò, quòd à refrigerationibus naturales virtutes ſolidantur, à calore verò diſſoluuntur, feruoreque inoleſcentes, & imbeciiles efficiuntur, *ſecundùm gl. in c. cum dilecti. per illum text. de dol. & contu.* & ideò in æſtate;

Nos genus ignauum tecto gaudemus & vmbra.

65 † Et eadem ratione dicerem, cloacas de nocte potius, quàm de die aperiendas & purgandas eſſe. ſic etiam ſterquilinia nocturno tempore mandanda fore exiſtimo, ne malus odor
66 noceat vicinis, quibus † competit actio in factum contra vicinum in domus ſuas fœtorem immittentem. *l. 2. §. idem ait, ſi odore ſoli locus peſt. ff. ne quid in loc. publ.* Quod etiam *idem Capoll.* fieri voluit *in tract. de cloac. & de neceſſario, in fin.*
67 † Sextò quæro, an cuilibet licet facere priuatam cloacam? Iſta quæſtio habet tria capita. Primum, an liceat in proprio fundo? & conſtat licere, *l. altius. 8. C. De ſeruit. & aqua.* & quia in re propria quilibet habet liberum arbitrium. *l. in re*
68 *mandata. 21. C. manda.* † Secundum caput eſt, an liceat facere cloacam in proprio fundo, quæ in vicinorum ædes veniat? Videretur prima conſideratione dicendum, non licere, quia regula eſt, quòd non eſt licitum in ſuo quicquam facere, quòd aliquid immittatur in alienum. *l. ſicut. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. vend. l. ſi quando. 17. §. fin. ff. eodem tit. & l. fluminū. 24. §.*

69 *24. §. fin. ff. de dam. infect.* Hinc dicimus, † non licere in proprio fundo facere ſterquilinium, per quod putredo in vicinas ædes deſcendat, *ſecundùm Elorian. in d. l. ſi quando. §. fin. & Cap. in rubr. de neceſſario. in 2. q.* Iſtis non obſtantibus contrarium decidit Iureconſ. *in l. 1. §. vnde Flauius. ff. de cloac.* vbi notanter dicitur, interdictum competere, vt in vicini ædes veniat, & reſcindat pauimentum purgandæ cloacæ gratia, & licèt *text. ille* loquatur de purganda & reficienda cloaca, tamen etiam interdictū locum habet, vbi de noua cloaca facienda agitur, quia eadem eſt vtilitas, eademq; ratio. *l. fin. ff. eod. tit.* Quod ſanè eſt intelligendum, dummodò volens cloacam immittere in vicini ædes, paratus ſit ſoluere omne damnum, quod vitio operis factum erit. *d. l. 1. §. verendum. & §. ſi qui purgant.* Ratio autem, quare conceſſum fuerit immittere cloacam in vicini ædes, & pauimenta reſcindere, eſt publica vtilitas, quæ non ſolùm in publicis cloacis, ſed etiam in priuatis conſiſtit, cùm ex colluuie priuata etiam labes hæc peſtifera poſsit generari, vnde ratione communis ſalutis hæc facultas conceſſa fuit. *d. l. 1. §. curauit.* Tertium caput eſt, an liceat in publicam cloacam immittere priuatam? Et reſpondendum eſt, quòd ſic. *L. 1. §. Idem Labeo. ff. de cloac.* niſi ex immiſsione publica cloaca, aut via deterior fiat. *l. 2. §. ſi quis cloacam. ff. ne quid in loc. publ.* Et quia poſſet ex immiſsione via publica deterior fieri: noua cloaca priuata in publicam immitti non debet ſine licentia ſuperioris. *d. l. fin. de cloac.* Et licèt *Bart. ibi* ſentiat, non eſſe neceſſariam licentiam: tamen contrarium verius mihi videtur *per illum text. & per rationem* proximè adductam. Septimò quæ-
70 ro, † an reficienti vel purganti cloacā, obſtet nunciatio noui operis? Videtur, quòd ſic, *per text. in l. 1. in princ. & in §. 1. in ſui generalitate. ff. de nou. op. nunci.* Contrarium tamen deciditur *in l. de pupillo. 5. §. ſi quis riuos vel cloacas. ff. eod. & in l. 1. §. ſi quis purganti. & l. fin. de cloac. l. 4. §. pen. ff. de riuis.* Ratio ſpecialitatis eſt, fauor publicæ vtilitatis, ne ſordes & immunditiæ locum reddant peſtilentē. *d. §. ſi quis riuos.* Octauò
71 quæro, † an faciendi nouam cloacam vel nouum riuum

poſsit nunciari nouum opus? *Gl. in d. §. ſi quis riuos.* reſpondet, quòd non, *per rationem de qua ſuprà.* Contrarium tenent *Bart. & COMMVNITER ſcribentes, ibi, per text. in l. 1. §. fin. ff. de riuis.* Sed pro opinione gloſ. videtur mihi caſus *in d. l. fin. ff. de cloac.* Vnde *Paul. de Caſtr. in d. §. ſi quis riuos.* diſtinguebat, aut nulla ſubeſt neceſsitas faciendi nouam cloacam, vel nouum riuum, & tunc procedat *opinio Bart.* aut ſubeſt neceſsitas, & tunc propter publicam vtilitatem procedat *gloſſa.* nihil tamen allegat; ſed poterat adducere *text. in d. l. fin.* Vel poteſt dici aliud in riuis de nouo faciendis. *d. l. 1. §. fin.* aliud in cloacis, quia vtilius & fauorabilius eſt interdictũ de cloa-
72 cis, † quàm interdictum de riuis, *vt dicam in ſeq. quæſt.* Nonò
73 quæro, † an ei, qui vi vel clàm poſsideat cloacam, competat interdictum de cloacis? Videretur, quòd non, quia interdicta dari non ſolent poſsidentibus vi, aut clàm ab aduerſario. *Inſtit. de interdi. quaſi per totum,* & quia poſsidenti vi, aut clàm, non datur interdictum de riuis. *l. 1. in princ. ff. de riuis.* Sed in contrarium deciditur caſus *in l. 1. §. quia autem. ff. de cloac.* Et hoc fauore publicæ vtilitatis, quæ maior ver-
74 ſatur in cloacis, quàm in riuis. Decimò quæro, † quid ſi ſpreta nunciatione quis fecerit, vel refecerit cloacam, aut riuum, exindeque conſtiterit, nunciatum non habuiſſe ius faciendi vel reficiendi, an opus erit demoliendum? *Paul. de Caſtr. in d. §. ſi quis riuos.* reſpondet, opus non demoliendum, ſi interſit Reipublicæ, id in ſuo eſſe conſeruari. ſubdit tamen damnum paſſum per nunciantem de publico reſarciendum eſſe. *arg. l. venditor. 13. §. ſi conſtat in tuo. ff. comm. prædio.* Quod poteſt procedere in eo, qui fecit, vel refecit cloacam publicam, aliàs ſi quis fecerit, vel refecerit priuatã cloacã, de proprio tenetur ad emendationem damnum paſsi per nunciantem. *d. l. 1. §. vnde Flauius.* niſi nunciatus eſſet paratus opus deſtruere, & Reſpublica pro communi ſalute non vellet id deſtrui. Et hæc ſatis de purgatione, quæ riuis & cloacis fit, dixiſſe ſufficiat. Tranſeo ad alia remedia, prodita pro mundanda vrbe ab omni inquinamento. Habemus primò
75 interdictum, *ne quid in loco publico,* quod competit † contra illos,

illos, qui immittunt immunditias in viam publicã. *l. ædiles. §. fin. ff. de via publ. reſ.* vbi dicitur, non permittant ædiles in vijs publicis ſtercora proijci, neque morticinia, neque co-
76 ria jacere. † Quod facit contra Officiales Auenionenſes, qui patiuntur coria jacere in porcatoria, ideò utplurimùm oritur peſtilentia in illa infelici vicinia. Nam ſi odore ſoli locus peſtilentioſus fiat, ait Legiſlator, non eſſe ab re de eo interdicto vti. *l. 2. §. idem ait. ff. eod. tit.* Hac ratione non licet etiam in domo propria lauare vegetes, in quibus fuiſſent vina fœtida, & aquam illam immittere in viam publicam,
77 *ſecundùm Cæp. in tract. ſer. vrb. ſub rubr. de cloac. in 5. q.* † Et *per illum text.* infert, quòd habens ſeruitutem proijciendi, non poterit vrinam, ſtercus & ſimilia fœtentia proijcere, ne ex fœtore domus, quæ ſeruitutem debet, reddatur peſtilentioſa, *ſecundùm eundem Capoll. ſub rubr. de ſer. proijc. in 4. q.* Et
78 *per illum text.* † infertur etiam, quòd habens ſterquilinium in domo propria, cuius humor & putredo noceat vicino, compellitur illud obturare, *ſecundùm Ioan. Petr. de Ferra. in form. libelli, quo agitur pro hæred. vel re ſing. diuidend. in verſ. & in*
79 *futurum.* dicentem etiam † non licere ſterquilinium facere in pariete communi, ne aliquo modo ex fœtore vicinus incommodetur, & ſequitur *idem Capoll. ſub rubr. de neceſſario.* Et
80 *per illum text.* teneo, † quòd non licet ex aquariolo, ſeu ſeclario immittere lauaturam ollarum & ſcutellarum in viam publicam. Quia talis lauatura illicò corrumpitur, & tranſeuntibus propter fœtorem ſtomachum mouet, locusque ex tali odore efficitur peſtilentioſus. & maximè quando aqua ipſa fœtida reſtagnat, per ea, quæ ſcribit *idem Cæp. in rubr. de*
81 *aquæductu. in 8. q. princ.* † vbi concludit, non licere in agro ruſtico retinere aquam, quæ ex reſtagnatione noceat vicinis. minus ergò licebit in via publica, ſi reſtagnatio & aqua ipſa noceat tranſeuntibus. Et ad hoc adduco *text. clarum in*
82 *l. 2. §. proinde. ff. ne quid in loc. publ.* Imò † nemo poteſt in ſuo ædificare, ſi ex ædificio aqua reſtagnet in via publica, quia aqua ſtans citò corrumpitur, maximeq; fœtet, & tranſitum liberum non ſinit. *d. l. 2. §. ſi quis in ſuo.* ad iſtud quæſo ani-

 maduer-

maduertant domini mei Auenionenſes, quia hinc arbitror
83 locum perſæpè fieri peſtilentem. † Item infertur, non licere
in via publica tenere fimum, ſeu lætamen, quod benè pro-
84 batur *in d. l. ædiles. §. fin.* ſed † nec etiam licet tenere fimum
iuxta murum communem, multò minus alienum, imò nec
ibi propè, ſi fimi colluuies decurrat ad murum alienum vel
communem. *l. ſi quando. 17. §. fin. ff. ſi ſeruit. vindic. & l. fiſtula.*
85 *18. in princ. ff. de ſeru. vrb. præd.* Nec etiam † licet ponere pa-
leas in via publica, vt ibidem marceſcant, & in fimum con-
uertantur, ſi ex hoc via publica lædatur. *Ait enim prætor, ne
quid in viam publicam immittas, quo illi damnũ detur. l. 2. in princ.*
86 *ff. ne quid in loc. publ.* Item ex hoc † infertur, pelliparios, ſul-
phurarios, & ſimiles poſſe prohiberi, ne in domo ſua exer-
ceant moltotiam, ſulphurariam, & huiuſmodi fœtentes ar-
tes, quia malus odor nocet vicinis tranſeuntibus. *ſecund. gloſ.
in d. l. ædiles. §. fin. & Cepoll. ſub rubr. de aëre.* & benè probatur
in l. æquiſſimum. §. ſi tamen. in noua edit. eſt l. 13. ff. de vſufr. Et
87 † *ibi Alb. de Roſ. & Flor.* concludunt, quòd dominus pro-
prietatis poteſt prohibere vſufructuario, ne faciat candelas,
vel pellipariam, aliamúe artem fœtentem in domo ſua.
88 † Item ex hoc infertur, quòd habentes regimen ſanitatis,
poterunt edicere, ne quis porcos, aliudúe fœtidum aut ve-
nenoſum animal teneat in ciuitate; quia eorum flatus poſ-
ſunt locum reddere peſtilentẽ; *vt dixi ſuprà in primo remedio.*
89 † Et generaliter quilibet poteſt prohiberi, ne vllum animal,
quod alteri nocere poſsit, retineat in ciuitate, ſiue ſolutum,
ſiue ligatum. *l. & generaliter. 41. cum l. ſeq. ff. de ædil. edict.* Et
90 ideò † mimi & ioculatores ſecum ducentes fera animalia li-
gata, arceri poſſunt ab ingreſſu ciuitatis, *per illam l. & genera-
liter.* Sed dubium eſt, quid ſi eis conceſſus fuerit ingreſſus,
& animalia eorum aliquem interemerint, an mimi ipſi te-
neantur de homicidio? Tu diceres, quòd ſic, quia qui occa-
ſionem damni dat, &c. *l. qui occidit. 30. §. pen. ff. ad L. Aqui-
liam.* Sed contrarium deciditur *in l. Qui vulgo. 42. ff. de ædil.
edict.* vbi Iureconſ. talem circulatorem pœna ducentorum
ſolidorum plectendum eſſe dicit. *quem text. ad hoc reputat ſin-*

gularem Ludou. Roman. in ſingul. ſuis char. 44. & eſt in ſing. meis
in 2. part. ſing. 186. incip. quæro à te. Et ibi dicit, ſpeciale eſſe, pro-
pter tacitum conſenſum populi. Sed tu vide text. in l. fin. ff. de
extraord. crim. vbi dicitur, extra ordinem eſſe caſtigandos,
qui ſerpentes circumferunt, ſi cui ob eorum metum damnũ
datum ſit. Habemus etiam ſecundum interdictum de via
91 publicà reficienda, per quod † prouiſum fuit, vt vnuſquiſq;
poſsit aperire, reficere & purgare viam publicam, dum ne
92 ea via iterùe deterius fiat. l. 1. ff. de via publ. † Et, ſi non ſint,
qui reficiant purgentq;, poteſt iudex compellere habitato-
res loci captis pignoribus & mulcta indicta, vt vnuſquiſque
viam iuxta domum ſuam reficiat & purget. l. ædiles. §. con-
93 ſtruant. ff. de via publ. Et ſi † dominus domus ſoluendo non ſit,
pro eo contribuere tenentur eius vicini, d. l. ædiles. §. fin. in
94 vlt. glo. Sed † probabiliter poſſet dubitari, an inquilini, ſeu
conductores domorum teneantur ad reficiendam purgan-
damq; viam iuxta eorum habitationem? Breuiter, ad mo-
mentaneam purgationem conſtat eos teneri. l. 3. §. 1. ff. de
impenſ. in reb. dotal. fac. ad perpetuam verò non tenentur,
95 ſecund. Bart. in d. l. ædiles. † Et ſi à Republica inquilini coacti
fuerint facere expenſas purgationis perpetuæ, poterunt ex
penſione illas deducere, ſecundùm Flor. in l. ſi pendentes. 27. §.
96 ſed quid ſi cloacarij. ff. de vſufructu. † Eſt etiam à prætore pro-
poſitum edictum contra deijcientes & proijcientes res im-
mundas in viam publicam, l. 1. ff. de his qui deiecerunt vel effud.
97 per quem text. dicit ibi Flor. quòd † dominus domus tenetur
in duplum ei, cuius veſtem, vel caputium maculauit pediſſe-
qua ex lauatura ollarum, quam proiecit in viam publicam,
ſequitur Cep. in tract. ſeruit. vrbana. ſub rubr. de aqua proiectit.
98 † Ad remouendum etiam fœtorem ex cadaueribus proue-
nientem, à maioribus noſtris inuenta ſunt ſepulchra, non
defunctorum cauſa, quia quoad eos facilis iactura ſepulchri,
ſed viuentium gratia inſtituta, quibus cadauera naribus fœ-
99 tida, & oculis infeſta occultarentur. Et quia † ſepulchra, vt
plurimùm fœtent, malè olent, ſtatuit diuus Adrian. pœnam
quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate ſepulchrum fa-
ciunt,

ciunt, locumque publicari iuſsit, & corpus inde transferri, eadem magiſtratibus patientibus pœna imminente. *l. 3. §.*
100 *diuus Adrian. ff. de ſepul. viol.* † Sancitum etiam eſt, ne in via publica monumentum extruatur. *l. 2. ff. de loc. & itiner. publ.* quæ iura de conſuetudine malè videmus obſeruari. Et quia Reipublicæ intereſt, ne corpora mortuorum inſepulta iaceant, pro conſeruanda ciuitate à peſtilentia, quam fœtores producunt, vtile putaui, hîc interſerere quaſdam quæſtiunculas, quandoque in facti contingentia occurrentes inter hæredes & agnatos defuncti, de cuius ſepultura contenditur ex vna, & creditores, vel parochianum ſacerdotem ex
101 altera. Et † primò quæro, an creditores poſsint petere ſibi ſatisfieri, antequam defunctus tradatur ſepulturæ, ſeu petere cadauer loco debiti? Breuiter reſpondendum eſt, quòd non: imò talia petentes olim pœna quinquaginta librarum auri mulctabantur, hodiè verò tertia pars bonorum ſuorum confiſcatur, caduntq; ab actione, & tantundem hæredibus defuncti erogare tenentur, & infames efficiuntur. *l. cùm ſit iuſtum. 6. & Authent. item qui domum. C. de ſepulc. viol.*
102 † Qua pœna non plectuntur prohibentes ſepeliri vſurarium manifeſtum, antequam vſuræ extortæ reſtituantur. *c. quanquam. de vſu. lib. 6.* Quod credo verum, ſi contendant, manifeſtum vſurarium non debere ſepeliri in terra ſacra: ſecùs fortè, ſi etiam contenderent, ne ſepeliretur in terra profana, quia intereſt Reipublicæ, ne etiam anathematizatorum corpora inſepulta iaceant. ſunt enim, vt ſuprà dixi, naribus fœ-
103 tida, & oculis infeſta. † Secundò quæro, an liceat creditoribus ſaltem ab hæredibus petere, vt poſt traditum ſepulturæ cadauer, immediatè ſibi ſatisfaciant? Reſpondeo, quòd non licet hæredes, nec eos, qui funus aſſociant, ante exequias celebratas, in ius vocare. *l. 2. ff. de in ius voc.* Sed an creditores,
104 † temerariè in ius vocantes hæredes ante completas exequias, incidant in aliquã pœnam? Reſpondetur, quòd non, ſed acta omnia, non ſolùm geſta die exequiarum, ſed etiam intra nouenam, ſeu nouem dies à die obitus numerandos,
105 ſunt nulla. *§. meminerimus. auth. ut cum. de app. cogn.* † Et nota quòd

quòd ſi creditor exegerit ab hæredibus fideiuſſorem tempore nouenæ, quòd fideiuſſor non tenetur, *vt ibi dicitur*. Sis ergò cautus, ſi à te petatur debitum tempore exequiarum, quòd offeras cautionem, dummodò tibi velit terminum ſolutionis prorogare; nam fideiuſſor efficaciter non obligatur, & ſic pro nihilo obtinebis dilationem. Eodem modo
106 † interpellatio facta tempore nouenæ, non conſtituit debitorem in mora, tanquam incongruo tempore facta, *ſecund. Bart. in l. non ſolùm. 8. §. morte eius qui. col. pen. ff. de nou. oper. nunc.* & probatur *in d. §. meminimus. & ego dixi in c. cum M. Ferra. de conſt.* Quod credo verum, niſi defunctus, cuius exequiæ celebrantur, deceſsiſſet excommunicatus, quo caſu ſe-
107 peliri non debuiſſet. *c. ſacris. de ſepul.* † Nam & qui faciunt funeralia, & qui funus excommunicatorum aſſociant, incidunt in cenſuras, *ſecund. gl. in c. ad hæc. de priuil. quam ad hoc dicit ſingul. Lud. Rom. ſing. 122. in 2. par. incip. Dicam tibi dubia.* Item, quod dixi de nouena, intellige verum, ſi defunctus ſit agnatus vel cognatus: ſecùs, ſi ſcutifer, vel ſeruiens, tunc facientes funeralia pro prima die tantùm prohibentur in ius
108 vocari, *ſecundùm Alb. de Roſ. in d. l. 4.* Tertiò quæro, an † liceat parochiali ſacerdoti impedire ſepulturam, donec lectus ipſius ſepulti ſibi perſoluatur, vt mos eſt in quibuſdam partibus? Breuiter caſus eſt deciſus *in c. abolendæ. de ſepult. & in c. non ſatis. & ſeq. de Simon.* vbi ſtatuitur, quòd pro terra cœmeteriata, & ex cauſa ſepulturæ nihil exigatur à parochianis, aliàs delictum incurrunt Simoniæ, quacunque contra-
109 ria conſuetudine non obſtante. † Sed dubitatur, an ſaltem poſt ſepulturam poſsint parochiani pro exequijs, & terra cœmeteriata, vigore conſuetudinis, aliquid exigere? Iſtam dubitationẽ mouet *Pan. in d. c. cum M. Ferra. de conſt.* & diſtinguendo reſpondet: Aut viget ſtatutũ, quòd aliquid ſoluatur, & tale ſtatutũ non valet, quia habet principiũ præciſum & neceſsitatiuum. Aut viget conſuetudo; & talis conſuetudo poſt traditum ſepulturæ funus eſt obſeruanda, quia habet principium voluntarium. & ad hoc adducit *text. in c. ad Apoſtolicam. De Simon.* Et ſic vult, Laicos poſſe compelli ad ob-

ſeruantiam huius conſuetudinis, quod etiam voluit *gloſ. & Panor. in d. c. abolendæ.* Sed ego credo abſque dubio, quòd contrarium ſit verius, quia huiuſmodi conſuetudo damnatur *in d. c. abolendæ. & in c. cum in eccleſiæ tuæ. de Simon.* Et quòd talis conſuetudo non valeat, probatur *in c. ex multis. 1. q. 3.* Et quòd nihil exigi poſsit etiam poſt ſepulturam prætextu huius conſuetudinis, tenent *Gem. & Moder. in d. c. cum M. Ferr.* Nec obſtat *text. in d. c. ad apoſtolicam.* quia loquitur
110 de laudabili conſuetudine. † Vnde non poteſt intelligi de conſuetudine, quòd datur temporale pro ſpirituali, quia il-
111 la non eſt laudabilis. vnde poteſt † intelligi de conſuetudine, qua populus conſueuit omni anno facere eleemoſynam alicui pio loco. Iſta enim conſuetudo eſt laudabilis, & valet *ſecundùm Bart. in l. priuilegia. 12. C. de ſacroſ. eccleſ. & Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ. col. 38. de conſtit.* Et quòd ille textus non intelligatur de conſuetudine dandi temporale pro ſpirituali, volunt *Innoc. & Card. ibi, & Lud. Rom. in conſil. ſtatim allegando.* Non obſtat, quòd conſuetudo habeat principium voluntarium, quia ad inducendum delictum Simoniæ, quod contrahitur recipiendo temporale pro ſpirituali, inſpicere debemus tempus receptionis, & tunc conſuetudo iam inducta neceſsitat. Et in ſpecie ita conſuluit *Lud. Rom. conſil. 344. In caſu propoſitæ conſultationis.* Propterea *Hoſtien. Card. & Ant.* à quibus non diſcrepat *Panor. in d. c. abolendæ.* dicunt, aduertendum eſſe, qualiter parochialis ſacerdos format petitionem. Nam ſi petat, quòd obſeruetur conſuetudo dandi aliquid temporale pro funeralibus ſeu ſepultura, malè agit. Si verò petat, quòd ſeruetur conſuetudo dandi certum pro quolibet mortuo, tunc quia iſta eſt laudabilis conſuetudo, rectè agit. Et ita etiam conſuluit *Dom. Philipp. Corn. conſil. 296. Circa primum conſultationis articulum. lib. 4.* vbi etiam de-
112 clarat, qualiter induci poſsit huiuſmodi conſuetudo. † Sed ego amplius dubito, an ſacerdos poſsit pro ſepultura recipere aliquid à ſponte dantibus? *Pan. in d. c. cum M. Ferr.* videtur velle, quòd abſque vitio Simoniæ liceat recipere ſponte oblata, *per text. in c. etſi quæſtiones. de Simo. & in c. dilectus. 2. de Simon.*

mon. & in c. placuit in ſumma. 1. q. 2. & alibi ſæpè. Et hanc opinionem ſequuntur *Vin. Io. Goffr. & Archi. in c. eos. 1. q. 1. &* COMMVNITER *ſcrib. in d. c. cum M.* Ego tamen ſemper credidi contrarium eſſe de mente juris, quòd non liceat recipere temporalia pro ſpiritualibus, etiam à ſpontè dantibus, quia rationes prohibitiuæ militant etiam in recipiente ſpontè oblata. Ratio enim prima, ne quis credat, donum Dei poſſe pecunia poſsideri: altera, quia, qui pecuniam accipit, gratiam Spiritus ſancti non habet. *d. c. eos.* militant etiam iſto caſu, quia ſponte dans, ſi reſpectiuè pro ſpiritualibus det, credit donum Dei pecunia comparare, & accipiens, ſi reſpectiuè capiat, gratiam Spiritus ſancti confeſtim à ſe abdicat. Secundò videtur de hoc eſſe caſus *in d. c. emendari.* qui loquitur in ſponte dantibus, prout ſolebant, & tamen ibi ſacerdos prohibetur recipere, ne videatur precio diſtrahere ſpiritualia. Nec dicas, vt quidam dixerunt, quòd ille textus loquitur in ſoluentibus vigore pacti, quia non eſt verum. nam ſi virtute pacti ſoluerent, iam non viderentur diſtrahere, ſed verè diſtraherent. item, non dicerentur ſponte ſoluere, ſed coacti ex obligatione pacti. *l. 1. ff. de pact. & c.*
113 *1. eod. tit.* Terciò facit, † quia lex prohibens aliquid recipi, quia eſt illicitum ex parte recipientis, intelligitur etiam prohibere, ne quicquam recipiatur à volentibus ſponte dare, *ſecundùm Bart. in l. inuitus. 198. §. 1. ff. de reg. iur.* vbi ex hoc infert, quòd notarius actorum prohibitus aliquid recipere pro ſcripturis, intelligitur etiam prohibitus recipere à volentibus ſpontè dare. & benè probatur *in l. 2. & ibi no. Ioan. de Pla. C. ne ruſticani ad ullum obſeq. deuoc. lib. 11.* Non obſtat *text. in d. c. etſi quæſtiones.* quia palefrenus, de quo ibi, non fuit donatus Cardinali pro pallio reſpectiuè, ſed alia intentione, *ut cantat litera,* ergò à contrario ſenſu, ſi ea intentione & ſic reſpectiuè pro pallio fratri tradendo donatus fuiſſet equus, contractum fuiſſet vitium Simoniæ, vnde dico, quòd facit optimè pro mea opinione. Non obſtant *alia iura, & ſimilia ſuprà allegata.* quia licèt velint, quòd licet capere munera gratis oblata, non tamen aliquid faciunt ad punctum

noſtræ dubitationis, quia quod reſpectiuè datur, non poteſt dici gratis oblatum; imò honeſtè facerent ſacerdotes, ſi tempore quo conferunt ſpiritualia, nunquam caperent temporalia, ne videantur Dei donum pretio diſtrahere. *d.c.eos.* ſed vereor, *ne auaritiæ cæcitas iuridicum, & honeſtum conſilium noſtrum derideat, vel eludat*, dicendo, quòd pro eleemoſyna capiant, & non pro ſepultura. Sed ipſi viderint, *qui ſine ſpe præmij*
114 *vnicũ nudum, Requiem, non cantarent.* † Quartò quæro, qua pœna puniatur, qui per vim funus rapuerit, aut impedierit, quò minus ſepeliatur? Reſpondeo, pœna *l. Iuliæ. de vi publ. l. qui cœtu. 5. ff. ad L. Iul. de vi publ.* Cuius pœna hodiè eſt deportatio. *l. qui dolo. 10. §. fin. ff. eod. tit.* & bonorum confiſcatio. *§. item Lex Iulia. de publ. iudi. inſtit.* item tenetur pœna ſepulchri violati. *l. ſepulchri. 8. ff. de ſepul. viol.* Eſt autem pœna ſepulchri violati decem pondo auri. *l. ſi quis ſepulchra. 4. C. eod. tit.*
115 *& ibi aliæ pœnæ referuntur.* Quintò quæro, † qua pœna puniendi ſunt, qui ſepulchra aperiunt, ut cadauera ſpolient & denudent? Reſpondeo, ſi manu armata id admiſerint, pœnæ capitis rei ſunt: ſi ſine armis, in metallum damnantur *l. 3. §. aduerſus. ff. de ſepul. viol.* Et iudices, negligentes punire ſepulchrorum violatores, pœna viginti librarum auri ſunt feriendi. *l. ſi quis. 3. C. eod.* reperiuntur & aliæ diuerſæ pœnæ, quibus violatores ſepulchrorum plectuntur, quas vide *ff. de ſe-*
116 *pul. viol. per totum.* Sextò quæro, † an per ſuperiorem poſsit aliquis compelli ſubire officium ſepeliendi, ſi nullus reperiatur, qui ſpontè illud velit exercere? Videtur dicendum, quòd nemo cogi poſsit, per text. *in l. 1. & per totum. C. ne quis liber inuit. actum reipub. gerere cogatur. lib. 11.* per quem dicit
117 *ibi Odofr.* quòd nemo † liber poteſt cogi mundare latrinas, vel plateas. Et dicit *ibi Ioan. de Plat.* quòd nemo poteſt
118 † compelli ſuſcipere officium carnificis, ſeu manegoldi. Ad idem facit *text. in l. 1. C. de ope. à colla. non exig.* per quem
119 *text. dicit gl.* quòd nemo † poteſt arctari ad commodandum equum, vel bouem Reipublicæ ad aliquam aliam angariam vel parangariam: ergò multò minus cogi poterit ſepelire
120 mortuos. Quia coactus † ad huiuſmodi ſepeliendi officium, dicitur

dicitur affectus maiori ignominia totius mundi, *ſecundùm Bald. in l. fin. C. de execut. rei iud.* Ad idem facit *text. in l. 1. & 2. C. ne ruſt. ad ullum obſeq. devoc. lib. 11.* per quem dicunt *ibi ſcrib.* quòd non debent ruſtici cogi ad conducendum res fiſcales de loco ad locum, *licèt ſecundùm gl.* malè illud obſer-
121 uetur. In † contrariū facit *text. in l. 2. de nauib. non excuſ. lib. 11.* vbi propter neceſsitatem Reipublicæ conceditur capere naues cuiuslibet priuati, eo inuito. Et per illum text. dicit *Marti. Laud. tract. de libello. verſi. 23.* quòd pro mittendo bladum, vinum & ſimilia ad exercitum, poſſunt capi boues, plauſtra & reliqua animalia ſubditorum, & pro hoc eſt *text. in l. fin. §. patrimoniorum. ff. de munerib. & honorib. & ibi Bart. &*
122 *idem Bart. in l. iubemus. C. de ſac. ſanct. eccleſ.* † Et, ſi ſubditi non habeant animalia, poſſunt cogi emere, & Reipublicæ commodare, *ſecund. Bart. & Ioan. de Plat. in l. non videtur. 4.*
123 *C. de munerib. patrim. lib. 10.* † Qua ratione dicerem, etiam plauſtra & animalia poſſe capi ab inuitis pro conducendo vectigalia ad locum peſtiferum. Ad idem facit *text. in l. fin. §. fin. ff. de pign. act.* per quem dicunt ibi, *Guil. de Cu. Alb. de*
124 *Roſ. & Bart.* † quòd ciuis poteſt cogi commodare ſuum roncinum, vel aſinum, pro conducendo falſarium mitratum per ciuitatem, vel propter trahendū malefactorem ad caudam roncini. Ad idem, & magis ad rhombum facit *text. in l. 2.*
125 *C. de his qui latrones vel &c. occul.* † vbi ex cauſa publicæ vtilitatis poſſunt ſubditi cogi ad conducendum delinquentes ad carceres. cur ergò etiam cogi non poterunt conducere ad ſepulturam? Quid tenendum? Arbitror, quòd iſta vltima opinio ſit verior, ſanè tamen & modeſtè intellecta. intelligo ergò eam veram eſſe, ſi nullus reperiatur, qui ſpontè velit tale officium exercere. Item, intelligo procedere in perſona vili & abiecta, ſecùs, in perſona honeſta, cui aliàs valdè ignominioſum eſſet ſepelire defunctos, *per text. in §. ſi igitur monachus. in Auth. de ſanctiſſ. epiſcop.* per quem text. *Guil. Alb. Bart. & Mod. in d. l. fin. §. fin.* concludunt, vilem & abiectam perſonam poſſe in ſubſidium cogi ad exercendum
126 officium carnificis † & manegoldi. ſequitur *Bald. in d. l. fin.*

C. de exec. rei iud. & benè probatur *in l. vnica. C. de mendi. valid. lib. 11.* & in Dominica paſsione, vbi Iudæi angariauerunt Cyreneum quendam venientē de villa, vt tolleret crucem Ieſu. Item intelligo verum, præſtito ſibi condigno ſalario. *arg. l. 2. C. Quibus ex cauſ. ſer. pro præm. lib. accip. l. Lucius. 11. ff. de euict. & l. venditor. 13. §. ſi conſtat. ff. commun. præd. cum ſimil.*
127 † Nam ſi officialis accepit boues alicuius pro trahendo, ſeu taxinando hominem ad iuſticiam, tenetur Reſpubl. ſeu princeps ſoluere precium illorum boum, quia dici ſolet à ruſticis, *quòd dicti boues de cætero non arabunt, vel ſi arabunt, terra arata non germinabit fructum, ſecund. Parid. de Put. in tract.*
128 *Syndi. in verb. captura. verſi. an ſi officiales.* † Et crederem, quòd ſi hæres defuncti eſſet vilis perſona, quòd tam ad expenſas funeralium, *l. qui erat hæres. 49. ff. fam. hercif.* quàm etiam ad portandum cadauer ad ſepulturam compelli poſsit. *argum. l. & ſi quis. 14. §. ſi cui funeris ſui curam mandauerit. ff. de relig. &*
129 *ſump. fun.* Sed ſuboritur dubitatio, † An tempore peſtis poſſit vilis, & abiecta perſona cogi ad ſepeliendos mortuos? Fauor publicæ vtilitatis ſuadet quòd ſic, ſed humanitas contrarium dictat. Inciuile enim eſt, aliquem damnare od opus, quod ſalua ſalute conſummare non poſsit. *l. aut damnū. 8. §. quicunque. & l. Moris eſt. 9. §. Sunt & aliæ. ff. de pœn.* Ita mihi inhumanum videtur, damnare aliquem ad ſepeliendū cadauera tempore peſtis, maximè ſine culpa, ſine qua nemo
130 debet puniri. *c. cognoſcentes. de conſtit.* † Vnde concludendum, quòd cogi non poſsit, niſi eſſet aliquis damnatus ad mortem, vel in metallum perpetuò, tunc poſſet commutari pœna fauore publ. & eum damnare ad ſepeliendos mortuos, etiam tempore peſtis, *ſecundùm Bart. & Ang. in l. 2. ff. de pub. iud.* vbi concludunt, criminoſum poſſe condemnari ad cruciandum delinquentes in perpetuum. Ex his conſtat, cauſam ſepulturæ eſſe valdè priuilegiatam fauore publico, ne corpora defunctorum jaceant inſepulta. *l. ſunt perſonæ. 43. ff. de relig. & ſumtib. fun.* Et vltra priuilegia & fauores præmiſ-
131 ſos, † prætor conceſsit cuilibet liberam ſepeliendi facultatem, & ad conſequendas funeris impenſas dedit ei actionē,

quæ

quæ funeraria actio nominatur. *l. & ſi quis. 14. §. hac actio. & l. ſi quis ſepulchrum. 12. §. prætor ait. ff. de relig. & ſumtib. fun.* Eſt enim actio funeraria nomen proprium actionis, *ſecundùm aliquos*, ſed *ſecundùm Specul.* quem alij COMMVNITER ſequuntur *in §. porrò in tit. de ſepul.* eſt adiectio quædam. Dicitur enim actio in factum funeraria, quæ in pluribus eſt pri-
132 uilegiata. Primò † excedit naturam actio. negotiorum geſtorum, quia competit contra hæredem prohibentē huiuſmodi impenſas fieri. *d. l. & ſi quis. §. idem Labeo. ff. de relig. &*
133 *ſumpt. fun.* † Secundò præcedit omnes alias actiones, etiam anteriores. *l. pen. ff. eod. tit.* Et non ſolùm præcedit actiones perſonales aliorum, ſed etiam præfertur omnibus hypothecis etiam anterioribus. *l. & ſi quis. §. 1. ff. eod.* imò habenda eſt prius ratio huius expenſæ quàm legatorum, imò res alteri legatæ vendi poſſunt pro exequijs faciendis. *d. l. & ſi quis.*
134 *§. ſi res legata.* † Tertiò hæc actio datur marito contra hæredes vxoris, vel contra eos ad quos reuertitur dos. *iuxta*
135 *text. in l. in eum. 16. cum. l. ſeq. ff. eod.* † Quod procedit, etiamſi maritus promiſiſſet reſtituere totam, & integrā dotem, quia adhuc poteſt pro impenſa funeris retinere dotem pro rata, *ſecundùm Luc. Rom. & Ang. in l. qui bona. §. qui parietem. ff. de dam. infect. quos ſequitur Curt. conſil. 13. ſtatuto Ianuæ. col. fin.*
136 † Et ſcias, quòd valdè turpe eſt, & marito iniurioſum, vxorem carere ſepultura. *l. quòd ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumpt. fun.*
137 † Et quia propter fœtorem dilationem non recipit ſepultura, interdicta eſt appellatio ad fines, ne cadauer ſepeliatur interpoſita. *l. fin. ff. de appell. recip. c. ex parte. de ſepult. ſecund.*
138 *Speculat. tit. de app. §. 2. verſi. 8.* † Et hac ratione attenta, non haberet locum nunciatio noui operis contra facientem ſepulturam, pro ſepeliendo homine iam mortuo. *arg. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de nou. oper. nunc. & dixi ſuprà in materia cloacarum.* Et licet in multis caſibus reperiatur interdicta
139 ſepultura in pœnam enormiſsimi delicti. † Eſt enim priuatio ſepulturæ maxima pœna. *l. fin. C. de his qui parent. aut liber. occider.* per quam *Bald. conſil. 42. lib. 1.* dicit, pœnam
140 † furcarum eſſe maiorem pœna decapitationis, quia ſuſpenſi non

non ſolent tradi ſepulturæ : tamen ad petitionem Reipubl. ſuſpenſa corpora ſepeliri permittuntur, ne propter fœtorem
141 locus peſtilentioſus fiat. *l. 1. & fin. ff. de cada. punit.* † Hac ratione dicerem, æſtiuo tempore non eſſe faciendam anatomi-
142 am. † An autem corpora damnatorum tradi de iure poſsint Chirurgis pro facienda Anatomia? dubitauit *Bart. in d. l. fin. de cad. pun.* Et ratio dubitandi eſſe potuit, quia corpora damnatorum dilaniari per fruſta non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, propter atrociſsimum facinus. *l. capitalium. 28. §. famoſos. ff. de pœ. l. 2. ff. arbor. furtim caſar.* Magnus autem practicus Curt. & recolendæ memoriæ Dom. Lancel. Dec. *in l. imperium. col. 2. ff. de iuriſd. om. iud.* decidunt, poſſe iudices delinquentium corpora tradere phyſicis anatomatizanda ratione publicæ vtilitatis, vt medici in conſeruan-
143 dis corporibus viuorum peritiores fiant. † Quæ enim vtilitatis publicæ cauſa fiunt, etſi in contumeliã alterius cadant, non ſunt redarguenda, neque iniuriarum magiſtratus conueniri poſſunt. *l. quod reip. 33. ff. de iniur.* de conſuetudine autem exigitur principis, aut damnati licentia. Solentq; Phyſici officia ſolennia pro anima anatomatizati decantari facere, & ipſius oſſa ſepulturę cum debitis funeralibus tradere, vt ſæpè Papiæ vidi obſeruari. Inſuper propter hanc rationẽ, ne corpora inſepulta locum reddant contagioſum, *d. l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loc. publ.* crederem, quòd iura concedentia ſepultos exhumari poſſe vel debere, *vt in c. ſacris. de ſepul.*
144 † vbi mandatur, excommunicatorum corpora exhumanda eſſe de terra ſacra, debeant ſanè intelligi, dummodò exhumatio fiat de licentia Pontificis. *l. oſſa. 2. ff. de relig. & ſumpt.*
145 *fun.* Secundò, † dummodò ilicò exhumati ſepeliantur in terra non ſacra, vel in flumen proijciantur, nec nares, & oculos viuentium infeſtent. Præterea, quia omnia malè olentia ſunt
146 apta nata ad generandum peſtilentiam, † debet præfectus vrbis, ſiue iudex ad hoc deputatus, quem Papienſes iudicem victualium appellant, ſolicitè prouidere, ne vendantur putridæ carnes, piſces corrupti, & huiuſmodi fœtentia. *l. 1. §. cura carnis. ff. de off. præf. vrb.* Ex his enim hominum ſanguis corrum-

corrumpitur, ſtomachus laxatur, & inde peſtilentiæ & va-
147 riæ ægritudinum ſpecies generantur. † Pari modo debent aduertere, ne aromatarij *vendant quidpro quo*, vt communiter facere ſolent in maximum Reipublicæ detrimentum. Plures enim hac de cauſa occumbunt, alij in grauiores incidunt infirmitates, dum liberare ſe putant. Hos falſos aromatarios pœna ſtellionatus iura puniendos eſſe crediderunt. *l. 3. §. ſi quis. ff. de crimin. ſtellion.* vel extra ordinem. *l.*
148 *ſacculary. 8. in princ. ff. de extraord. crimin.* † Per quem text. dixit *Ioan. de Plat.* eum, qui in ſummitate ciſtæ, vel calathi apponit bonos fructus, & in medio malos & corruptos, extraordinaria pœna teneri. Et ſi conſtare poſſet propter ſuppoſita medicamina aromatarij infirmum deceſsiſſe, acerbiſſima eum pœna plectendum arbitrarer, *argum. l. ſi quis ali-*
149 *quid. 38. §. qui abortionis. ff. de pœn.* † Quos ſuppoſitos venditores ob negligentiam iudicis laici poteſt epiſcopus ſua ſeueritate compeſcere, *ſecund. ioan. Andr. Panor. & COMMVNITER ſcrib. in c. 1. de empt. & vend.* vbi ex hoc inferunt,
150 † quòd Epiſcopus etiam pœna pecuniaria mulctare poterit aromatarium miſcentem tritas fabas cum cera, quod reputat *ſingulare Lud. Rom. ſing. 6. 2. part. incip. Fuit interrogatus.*
151 *charta 22. ſecundùm meam impreſſionem.* † Sed non minus caſtigandi ſunt aromatarij, qui ex antiquis ſpeciebus medicinam conficiunt. Nociua eſt enim talis medicina magis, quàm ſalutaris, *ſecundùm Innoc. & Ioan. de Anan. in c. tua nos. de homic.* inferentes, aromatarium non poſſe abſque diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri, ſi inde infirmus deceſſerit. Quartò dixi de triſti imaginatione aliquando morbum hunc cau-
152 ſari. Fugienda eſt ergò triſtis imaginationis occaſio. † Abijciendi ex ciuitate ſunt leproſi, quorũ aſpectu hominũ corda cõmouentur ad triſtitiam, *ſecund. Ioan. de Plat. in l. cum ſupra virentes. 12. per illum text. C. de re mili. lib. 12.* Sunt enim leproſi & ſimiles à communione benè valentium ſeparandi. *c. 1. de coniug. lepros.* Suſpicio mali, & omnis peſtilentiæ cogi-
153 tatus eſt poſt terga ponendus. † Amplectenda honeſta lætitia, quæ floridam ætatem facit. *Prouerb. 17.* Lugere, de-

 plorare,

plorare, lamentari, miſerrimi hominis eſt & puſillanimi,
154 † exultare autem, & in aduerſis ſeipſum eleuare, conſtantis
155 eſt, & magnanimi. *c. vbicunque. 13. q. 2.* † Et ſic triſtis euentus quocunque tempore à noſtra conſideratione procul eſſe debeat. *l. inter ſtipulantē. 83. §. ſacram. ff. de verb. oblig. l. Iulianus. 6. ff. qui & à quib.* eo præſertim tempore, quo de contagione dubitatur, à cogitationibus noſtris eſt penitùs alienandus. Abſit omninò timor mortis. Nam *ſecundùm Catonem,*
156 *qui mortem metuit, quòd viuit, perdit idipſum.* † Et mihi repugnantius, ne dicā inſipientius, nihil magis videtur, quàm mortem formidare. Nam qui hinc diſcedere non vult, ad eum inuitus accedere recuſat, à quo æterna vita præmijs cœleſtibus donari exoptat, quod quàm ſtultum ſit, nemo non videt, *ſecundùm Cyprianum tranſumptiuè in c. quàm præpoſterum.*
157 *in 13. quæſt. 2.* † Ad has autem melancholicas cogitationes effugiendas, iocus & ludus neceſſaria eſſe videntur. † Iocus autem à ludo differt, quia hic in verbis totus verſatur, ille facto
158 expeditur, *ſecundùm Leon. Aret.* Et in ioco † mediocritas
159 illa laudabilis eſt, quam Græci εὐτραπελίαν vocant, nos verò, quandoque feſtiuitatem, interdum iocunditatem, plerunq; vrbanitatem, nonnunquam verò comitatem appellamus, *ſecundùm Soci. conſil. 16. circa prædictam conſultationem. lib. 1.*
160 † Colluctationes tamen, haſtiludia, choreas, pilæ ludos & cætera huiuſmodi, quibus corpus fatigatur, in peſtilentia non cōuenit exercere, *vt in 6. x. ſui operis Corn. Celſus* eleganter tradidit. Quintam peſtilentiæ cauſam in coitu immoderato
161 conſtare deſcripſi. † Hæc autem ceſſabit, ſi ſceleſtos lenones, peſtiferasq; lenas & communes caſtitatis vaſtatores extra vrbem eſſe iuſſerimus, *vt in auth. de leno. §. 1. & per totum.* Ceſſabit inquam, ſi has lenas, quæ non tantùm verbale auxilium, ſed etiam domum ortumque ad adulteria, & ſtupra
162 commodant, meritis pœnis iudices caſtigauerint. † Eas enim vltimo ſupplicio afficiendas eſſe conſtat. *l. 1 in fin. ff. de extraord. criminib.* Et licèt lupanaria tolerentur, vt euitentur adulteria, Sodomiæ, & deteriora ſcelera, *ſecundùm Pan. c. inter opera. poſt gl. de ſponſal. & probatur in c. nerui. §. fin. 13. diſtinct.*

163 *diſtinct.* † Tamen vbi de contagione probabiliter dubitatur, etiam meretrices extra vrbem eijci poſſe, & debere, non eſt
164 dubitandum. † Nam vicinis reclamantibus, iuſtè expellitur meretrix de vicinia, *ſecund. Gul. de Cug. Bald. Paul. de Caſtr. & Mod. l. 2. C. de ſum. trin. & fid. catho. Gemi. & alios in c. 1. de vſu. lib. 6.* Et ſi omni tempore continendum ſit, fugiendaq; libido, in peſtilentia multò magis, *ſecund. Corn. Tacitum.*
165 † Sed ſi tabificus morbus immineat, non ſolùm lenones & meretrices, ſed etiam mendicantes validos debent, qui curam Reipublicæ habent, ab vrbe ſecludere. Hi enim ſunt, qui morbum introducunt, introductumque nutriunt, dum vagantur, dum ſingulos vrbis angulos circumeunt, dum ſe ingurgitant, dum turpiter vitam agunt. *l. vnica. C. de mendicant. valid.* quem *text. notat ibi Ioan. de Plat.* dicens, quòd ſi mora forenſium mendicantium ſit ciuitati damnoſa, quia vigeat cariſtia, & ipſi auferant victum pauperibus & infirmis de loco, vel ſi eorum mora ſit ciuitati periculoſa, vt quia peſtis in vicina loca iam irrepſerit, omnes expelli poſſunt.
166 † Quin imò mendicantes validi, & corpore robuſti, etiam nulla ſubſiſtente peſte, nullaue cauſa explodendi ſunt, vel ad aliquod publicum miniſterium exercendum cogendi, putà ad purgandas plateas, viaſque publicas. *§. ſi verò. in auth. de quæſtore.* Et ſi ſine cauſa eijci poſſunt, quantò magis tempore cariſtiæ & peſtis, cùm domeſticis priùs ſuccurrendum ſit, quàm forenſibus. *c. non ſatis. 86. diſt. l. præſes prouinc. 6. C. de*
167 *ſerui. & aq.* † Ratio autem, quare etiam ceſſante peſte, vel cariſtia, excludi poſſunt, patet euidenter, quia cum valeant, ſibi proprio ſudore victum quærere, non eſt meritorium eis indebitè petentibus eleemoſynam facere. *c. non omnis. 5.*
168 *q. 5.* † Nam etiam filius, qui poteſt ex induſtria victum quærere, non eſt à patre alendus. *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius.*
169 *ff. de lib. agn.* † Non parum delinquit, qui poteſt ex induſtria, vel aliunde viuere, ſi eleemoſynas pauperibus inualidis neceſſarias ſibi uſurpet. *argum. c. ad aures. de reſcr. & d. c. non o-*
170 *mnis.* † Peccatoribus autem etſi pium ſit benefacere. *c. quieſcamus. 42. diſt.* quia tamen peccatores ſunt, non arctamur

171 eis eleemoſynam facere. *c. fratrem noſtrum. 86. diſtinct.* † Et
fortè meritorium eſt, illis eleemoſynam denegare, quos ab
172 ignominioſa mendicitate conuenit auocare. † optimum e-
nim eleemoſynæ genus eſt, errantes reprehendere. *c. tria ſunt.*
173 *45. diſtinct.* † Et nota, quòd, ſi mendicantes validi vtuntur
herbis & ſuppoſitorijs, quibus ſibi faciant tibias vel manus
intumeſcere, vt claudi, vel manibus contracti videantur,
cùm non ſint, non debent inulti pertranſire, ſed graui pœ-
na iudicum arbitrio taxanda, ſunt caſtigandi, *ſecund. Bart.*
174 *Ang. & Ioan. de Plat. in d. l. vnica. C. de mend. val.* † Et qui ſe-
ipſum, filium, vel alium verè debilitat, vt habilius valeat
mendicare, acerrimè eſt puniendus. *l. fin. ff. de his qui ſibi mor-
tem conſciuerunt.* Et tam conſentiens, & patiens debilitari,
quàm agens, eadem pœna tenetur, quia nemo eſt dominus
membrorum ſuorum, *l. liber homo. 13. ff. ad L. Aquil. c. ſi ve-
ro. de ſent. excom. ita Bart. in l. 1. §. vſqueadeò. ff. de iniur.* Ex cu-
175 ius dictis colligo, † quòd medicus, & barbitonſor, qui do-
cet qualiter debilitari quis poſsit, ſeueriſsimæ pœnæ venit
ſubijciendus. *l. 3. ff. de crim. ſtell.* & benè facit *text. in l. idem
176 iuris. 8. & in l. Item ſi obſtetrix. 9. ff. ad L. Aquil.* † Item ſcias,
quòd non tantùm officiales, ſed etiam priuatus quilibet
poſsit inueſtigare tactu, vel alio experimenti genere, an in-
177 firmitas mendici ſit vera vel ſimulata. *d. l. vnica.* † Aduerte
tamen, in quantum ſuprà dixi, mendicantes poſſe ad pur-
gandum plateas, & vias compelli, nam iſtud arbitror ve-
178 rum † in ruſtico, vel aliàs ad laborandum aſſueto. Secùs, in
nobili mendico, non conſueto laborare, maximè ſi latroci-
nijs, aut calumnijs, aut ſeditione populari, aut à tyranno
179 oppreſſus fuerit. † Huius enim miſerendum eſt, quia inter
omnes aduerſitates fortunæ infeliciſsimum genus infortu-
nij eſt, aliquando fuiſſe felicem. *c. conſideranda. & ibi gl. 86.*
180 *diſtinct.* † Et ſcias, nobilem dici pauperem, etiamſi in burſa
habeat centum aureos, ex quibus viuere poſsit, ſi dignita-
tem & ſtatum ſuum ſeruare non valeat, *ſecundùm Bald. in l. ſi
quis ad declinandam. 43. col. 2. verſ. circa tertium. per illum text.
C. de epiſc. & cleric.* Sextam huius morbi cauſam, ex alterna
penuria

181 penuria & vbertate procedere diximus. † Hæc autem remouebitur, ſi decuriones, ſeu vrbis præfecti ſtatum Reipub. & annonariam rationem aliquando firmauerint. *l. 1. C. de offic. præfect. vrb. & in Auth. de defenſor. ciuita. §. deinde competens.* Firmabunt autem, ſi tria quæ breuibus edocebo, obſeruare curauerint: Modum ſcilicet vbertatis habendæ, normam vbertatis conſeruandæ, & ordinem erogandæ publicæ annonæ. Vberrima autem & abundans ciuitas eſſe poteſt tàm ex publica, quàm ex priuata annona, de qua, & primò de publica, breuiter aliqua deliberabimus. Publica annona, vel ex publicis prædijs percipitur, vel ex pecunia publica comparatur. *l. 1. §. 2. & §. ſeq. ff. de admin. rer. ad ciui. perti-*
182 *nent.* † Si autem Reſpublica neque prædia poſsideat, neque ærarium habeat, & urgeat inedia, hic erit modus vbertatis habendæ, vt fiat collecta, à qua nemo, quantumcunque priuilegiatus excuſatur, quò minus ſecundùm ratam patrimonij conferre teneatur. *l. 1. C. vt nemi. liceat in emp. ſpec. ſe excuſ. lib. 10.* Intereſt enim Reipublicæ, ne pauperes moriantur,
183 quia ſine † pauperibus non eſt ciuitas perfecta. *l. 2. ff. de nund.*
184 † Silent enim priuilegia, nec loqui debent tempore famis & guerræ. *l. pro tironibus. 3. C. de priuil. domus. Aug. lib. 11.* Nam *ſecundùm Ciceron. Offic. lib. 2.* non eſt dubium propter ærarij tenuitatem tributum eſſe conferendum, vt omnes in-
185 telligant, pro ſalute Reipublcæ neceſsitati parendum. † imò illud vti veriſsimum affirmo, quòd tempore neceſsitatis habentes pecunias, cogi poſſunt eas mutuare Reipublicæ non ſub vſuris, vt plerunque faciunt, quia omni iure ſunt prohibitæ, ſed gratis, & reſtitutionem expectare tenentur, donec fiat collecta, ex qua ſibi poſsit ſatisfieri, *ſecundùm Guil. de Cu. in l. neminem. 11. C. de ſac. ſanct. eccleſ. per text. in l. 1. C. de omni agro deſert. in arg. lib. 11. & ibi expreſsè refert & ſequitur Ioan. de*
186 *Plat.* † Et ſi in prouincia ſit ſterilitas, poterunt præfecti annonæ eligere vnum, vel plures diſcretos, & expertos viros, qui pro frumento comparando ſe conferant in alienas prouincias, & eis ſine iuſſu principis ſalarium conſtituere. *l. 1. C. de frument. Alexand. lib. 11.* Nam aliàs decuriones, & ſi-

 miles

miles ſine licentia ſuperioris non poſſunt alicui conſtituere ſalarium de publica pecunia. *L. vnica. C. de præbend. ſalar.* Si verò ciuitas nolit collectam imponere, vt, quia cognoſcat apud ciues locupletes eſſe ſufficientem annonæ quantitatẽ, quàm vendere differant, vel cariori precio, quàm par ſit, diſ-
187 trahere contendant, hic ordo adhibendus. † Primò prouidendum erit, ut quilibet ſecundùm ratam facultatum, & bladorum recollectorum ſingulo die mittat in plateam ad vendendam certam annonæ menſuram. *l. 1. C. vt nemini lic.*
188 *in empt. ſpeci. ſe excuſ. ſecundùm tertium intellectum.* † Licèt enim nemo regulariter cogi poſsit rem ſuam vendere: *l. inuitum. 11. C. de contrah. empt.* tamen fallit fauore publ. *d. l. 1.* ſic etiam fauore piæ cauſæ cogitur quis vendere. *l. ſi quis ſepulchrum. 12. ff. de relig. & ſumt. fun. cum ſimil.* Et quòd habentes annonam tempore cariſtiæ compelli poſsint eam vendere, firmat *Bart. in l. annonam. 6. ff. de extraord. crim. Bald. & Alb.*
189 *in l. 1. C. de epiſc. audiend.* Fortiùs dixit *ibi Sal.* † quòd valet ſtatutum, quòd quilibet mercator teneatur intra certum tempus præſentare præfectis annonæ tot ſextaria frumenti.
190 ſequitur *Marti. Laud. in tract. de Official. domini. verſ. 23.* † Et non ſolùm ciues, ſed etiam Comitatenſes ad deferendam annonam, & victualia in ciuitatem arctari poſſunt, ſicut compelluntur portare commeatum ad exercitum. *L. pro*
191 *locus. 5. C. de annonis. & trib. lib. 10.* † Minùs tamen grauandi ſunt remotiores propter expenſas, quæ maiores fiunt ratione longioris itineris, vt dicitur in *d. l. pro locis. quam ibi notat Bart.* pro Comitatenſibus, qui quotidie grauantur deferre paleas, bladum & ſimilia, vt minus grauari debeant, qui longiùs diſtant. & benè facit *text. in l. 1. vbi Io. de Plat. C. de fund. limitroph. & in l. nemo. 7. C. de anno. & tribut.* Viciniores ergò primò ſunt grauandi, *argum. l. quicunque deſertum. 7. verſ. illud ſpeciali obſeruat. C. de om. agr. deſer. lib. 11. ſecundùm Ioan. de Plat. in d. l. pro locus.* & benè pro hoc facit text. *in l. Sicut fieri 4. C. de erogatio. militar. annon. lib. 12.* Et ſi propinqui paſſibus 20. mille poſſunt ſufficienter prouidere de annona neceſſaria, non ſunt remotiores vllo pacto vexandi. *l. 2. C. eod.*
tit. de

tit. de erogat. mili. anno. & *ibi not. Bart.* quòd ruſtici non ſunt compellendi deferre ſtramina, paleas, lectos & ſimilia mili-
192 tibus hoſpitatis in loco diſtanti vltra viginti milliaria. † Et ſi Comitatenſes non poſsint ſupplere neceſsitatibus ciuitatis, tunc vicini etiam alterius prouinciæ poſſunt à ſuperiore ſuo compelli portare annonam ad ciuitatem egentem, *ſecundùm An. in d. l. pro locis. per text. in l. in nomine Domini. 2. C. de offic. præfect. prætorio. Afric.* Et quia tempore neceſsitatis omnia debent eſſe communia. *l. 2. §. ſed ſi. ff. ad l. Rhod. de iact.* Et ſaltem iſto caſu relaxandus eſſet deuetus, ſeu prohibitio exportandi frumentum extra prouinciam. *arg. l. ſi quis per*
193 *diuinam. 5. C. de aqued. & quod ibi not. Bart.* † Vt autem exteri & Comitatenſes alliciantur ad portandum victualia in ciuitatem, poterunt ordinare, quòd quicunque portauerit frumentum, vinum & ſimilia, habeat pro labore ſuo duos
194 groſſos pro ſalmata. *l. 1. C. de fru. Alex.* † Item prouidebunt, quòd deferentes annonam, & cætera ad victum neceſſaria, nullam ab incolis vim patiantur, neque repræſal. capiantur, tunc ratione delicti, vel contractus conueniantur, neq; gabellis, portorijs, pedagijs, vllaúe impoſitione angarientur. *l. 1. C. de nauicularijs. lib. 11. facit text. in l. 1. ff. de nundi.* Et Papiæ viget ſtatutum, quòd venientes die Sabbathi ad mercatum non poſsint pro aliquo debito publico, vel priuato moleſtari, *vt habetur in ſtatutis de regimine poteſtatis. tit. 14.*
195 † Sed hîc occurrit dubitatio, an præfecti annonæ poſsint taxare precium frumenti, vini, carnium, & aliorum victualium vendendorum per ciues & exteros in ciuitate? Videtur quòd non, *per text. clarum in l. fin. §. item reſcripſerunt. ff. ad l. Iul. de annona.* In contrarium videtur caſus in *l. 1. §. cura carnis. ibi, vt iuſto precio vendatur, ad officium præfecti vrbis ſpectat. ff. de offic. præfect. vrb. ad idem text. in c. 1. de empt. & vend. & in l. 1. C. de epiſc. audi.* imò videtur, quòd liceat præfectis annonæ taxare precium etiam minus, quàm res ipſa valeat. *l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. 1. C. vt nemini lic. in empt. ſpecierum ſe excuſ.* Quid dicendum? Breuiter pro concordia iſtorum iurium diſtinguendum eſt, prout diſtinguit *Bart. in d. §. cura carnis.*

& Panor.

& Panor. in d. c. 1. Aut ſubeſt neceſsitas, quia eſt tempus cariſtiæ, & tunc taxare poterunt etiam minus quàm valeat ar-
196 bitrio ſuo. Ita procedant *iura vltimo loco allegata.* † Nam tempore cariſtiæ diuites non ſolùm cogi poſſunt vendere iuſto precio, ſed etiam officio iudicis poſſunt compelli facere eleemoſynam, *ſecundùm gl. in c. exigunt. 1. q. 1. Panor. in c.*
197 *1. de cler. ægr.* † Imò ſi tali tempore diuites recuſarent facere eleemoſynam egentibus, liceret ipſis egenis furari & derobare pro neceſsitate victus tantùm. *c. ſi quis propter. de furt. c. diſcipulos. de conſec. diſt. 5.* Aut nulla ſubeſt cariſtia, tunc aut volunt taxare minus iuſto precio, & non poſſunt; *ita loquitur text. in §. item reſcripſerunt.* Aut volunt taxare iuſtum precium, & prohibere, ne carius vendantur, & tunc poſſunt. *d. c. cura carnis. cum alijs ſuprà alleg. & l. fin. §. item epiſcop. qui præſunt pani. ff. de mun.* & *hon.* Et ideò *Bart. in l. 1. C. de frument. vrb. Conſtantinopol.* dicit, quòd priores ciuitatis poſſunt ordinare, qualiter, quanti & quo ordine vendi debeat frumen-
198 tum. † Hæc autem taxatio precij victualium à præfectis facienda eſt immediatè poſt feſtum natiuitatis S. Mariæ. *§. poſt natale. de pac. ten. in vſib. feud.* Qui autem pluris vendiderit, quàm taxatum fuerit, ſi pœna per ſtatutum limitata non fuerit, pœna decem librarum puniendus eſt. *d. §. poſt natale.* vel extraordinaria pœna mulctandus. *l. annonam. 6. ff. de ex-*
199 *traord. crim.* † Quid autem, ſi pluris non vendiderit, ſed ementes in menſura fraudauerit? Reſpondeo, eadem pœna eſt caſtigandus. *d. §. poſt natale.* vel pœna falſi comprimendus eſt. *d. l. annonam. §. onerant.* Sed ulterius moueo dubitationem, quam vidi de facto in loco Maſani comitatus Ve-
200 nayſsini. † Macellarius, & Piſtor volunt ciuibus fugitiuis propter peſtem vendere carnes, & panes cariori precio, quàm habitatoribus loci, cum quibus de precio conuentum extiterat, quæritur an poſsint? Tunc conſultus reſpondi, quòd non poterunt forenſibus cariùs vendere, quàm in pacto locationis datij contineretur, *per text. in c. 1. de empt. & vendi.* vbi dicitur, placuit, vt presbyteri admoneant plebes ſuas, vt hoſpitales ſint, nec cariùs vendant, quàm in mercato

vendere

vendere poſſunt, *& per text. in l. 1. C. de epiſc. aud.* vbi text. clarior. Mouebatur etiam per text. *in l.cum ad præſens. ſecund. vnũ intellectũ. C. de murileg.li.11.*per quẽ dicit *ibi Bar.& ſequuntur alij*, quòd licèt † conuentũ ſit,quòd vaſtagarij ſeu macel-
201 larij tenentur ſingulo die occidere tot animalia, nihilominùs ſuperueniente caſu, quòd adueniat multitudo forenſiũ, poterunt cogi mactare tot, quot ſufficiant omnibus. & idem dicit de piſcatoribus. *ſequitur Felin. in c. nonnulli. in princ. ver. ad euitandos. de reſcript. Alex. in l.ſi ex toto. 8. in princ. ff. de legat. 1.* Ego nunc dico, quòd ſi precium conuentum non ſit iuſtum,quia multò pluris valeant carnes,& ſic eſſet damnoſum vaſtagario, eodem precio vendere forenſibus, quòd præfecti annonæ poterunt arbitrari pluris vendendas eſſe ipſis forenſibus, per text. *in l. ſi pendentes. 27. §. ſed & ſi quid municipio. ff. de vſufr.* vbi dicitur,ſolent aliquando poſſeſſores fructuum viliori precio municipibus fructus adijcere, non tamen honeſtum videtur,eodem precio eos teneri alijs vendere. Si verò precium conuentum ſit iuſtum, tunc non licet forenſibus cariùs vendere, quàm habitatoribus loci. *d.c.1. cum ſimil.* Et pro iſta diſtinctione benè facit *text. & quod ibi nota. Ioan. de Plat. in l. animalia. 18. C. de curſu publ. lib. 12.* vbi mandatur prouincialibus, ne ſpeltam, auenam, & fœnum cariùs vendant militibus,quàm cæteris, ſed omnib⁹ æquum ſit precium. & *ſic text.* ſe refert ad iuſtum precium, quo alijs venditur, non ad iniuſtum. Inſuper diligenter animaduertent præfecti annonæ, ne Dardanarij tranſeant impuniti.
202 † Sunt enim Dardanarij emptores omnis annonæ,quam inueniunt in prouincia, ea ratione totam ementes, vt ſoli poſtea precio, quo velint, eam vendere poſſint, dicti Dardanarij à Dardano authore. pœna autem in iſtos variè ſtatuitur. aliquando relegantur: interdum, ſi humiliores ſint, ad opus publicum damnantur, quandoque negociatione
203 priuantur. *l. annonã.6.ff.de extraord. crim.* † Et qui monopolium faciunt, quò annona carior fiat, pœna 20. aureorum puniuntur. *l. vnica. C. de monopol.* & qui quicquam faciunt, quò annona carior vendatur, & qui dolo impediunt, quò

 minus

minus ad ciuitatem deferatur, L. Iulia de annona tenentur.
204 *l. 2. ff. ad L. Iul. de anno.* † Et qui impoſturam faciunt, id eſt, qui publicè emunt annonam, vel aliquid aliud, pluris quàm valeat, vt cæteri eodem precio ad emendum incitentur, tenentur crimine ſtellionatus. *l. 3. §. item ſi quis. ſecundùm intelle-*
205 *ctum Bart. ff. de crimin. ſtellio.* † Prouidebunt etiam, ne fructus pendentes per incantatores, & magos arte damnata vaſtentur. prouidebunt autem, ſi procurauerint tales capite truncari, vt merentur. *l. 4. C. de maleſic. & mathemat.* ſed ſuper omnia, qui volunt vbertatem fructuum habere in ciuitate, debent exactiſsimè prouidere, ne agrorum cultura
206 deſeratur. *l. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11.* † Intereſt enim Reipublicæ, vt ruſtici agriculturæ ſedulò vacent. *l. 1. C. de colla. fun-*
207 *dor. patrim. eod. lib.* † Inprimis curandum eſt, vt ruſtica opera ſuo tempore fiant, quia intempeſtiua cultura agrum deteriorem facit. *l. ſi merces. 25. §. conductor omnia. ff. locat.* Et hac de cauſa in fauorem agricultorum & ruſticorum plurima
208 ſtatuit noſtra juriſprudentia. † Primò ſancitum fuit, ne ruſtici à ruſticanis operibus diſtrahantur, & ne ad vllum obſequium deuocentur. *l. 1. & per totum. C. ne ruſtic. ad vllum obſeq. deuoc.* pœna exilij & confiſcationis bonorum impoſita Officialibus, cogentibus ruſticum, aut eius ſeruos, aut animalia ad aliquod obſequium. *l. 2. C. eod.* Qua pœna eſt etiam puniendus ruſticus ſponte exequens, & officialibus obſequens. *d. l. 2. ad fin.* Ex quo datur intelligi, quòd fauore publico prohibentur auocari ab operibus ruralibus, aliàs poſſent impunè parere iuſsionibus officialiũ, & iuri ſuo renunciare. *l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact. c. ſi diligenti. de foro*
209 *compe.* † Sed expedit hîc videre, qui dicantur ruſtici. *Bart. in l. conficiuntur. ff. de iur. Cod.* intelligit omnes ruſticos appellari, qui morantur extra muros ciuitatis, vel caſtri, *per text. cum gl. in d. l. 1.* ſequuntur COMMVNITER *Doct. in l. fin. C. de teſta.* vbi concludunt, ruſticanos eſſe habitantes ruri, etiamſi nobiles nati ſint. Sed in propoſito noſtro ruſtici dicun-
210 tur, qui quotidie ſunt ruri agri colendi cauſa. † & differunt ab adſcriptitijs, quia ruſtici liberi ſunt, & domini prædiorum
ſuorum

ſuorum, adſcriptij autem ſunt ſolo adſtricti, ad vtilitatem alterius, *ſecundùm Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de agri. & cenſit.*
211 † Hi autem ruſtici agriculturæ intendentes, ſunt ab omnibus iniurijs, & oppreſsionibus defendendi. *l. 2. C. de lucris*
212 *aduocator. lib. 12.* † Et propterea malè faciunt bariſelli, exactores, & nuncij incedentes per comitatum pro malefactoribus inquirendis, vel pro exactionibus collectarũ, qui grauant ruſticos, vt ſibi præſtent alimenta, vel vt commodent ſibi equos. Non enim hoc debent pati iudices. *d. l. 2. & ibi.* ad hoc, *illum text. not. Io. de Plat.* quia non tenentur ruſtici dare alimenta iſtis bariſellis & ſimilibus. *l. animalia. 18. C. de curſ. publ. lib. 12.* Nec grauari etiam poſſunt à ſuis dominis, vt ſibi commodent equos, & boues. *l. comperimus. 19. C. eod.*
213 † Quod facit contra feudatarios noſtri temporis, qui tempore guerræ extorquent pecunias à ſubditis pro equis emendis, quod non licet, *ſecundùm Ioan. de Plat. in d. l. compe-*
214 *rimus.* † Nec debent milites, nec alij iter facientes, maximè iudices hoſpitantes in domibus ruſticorum, alimenta, aut aliquid aliud ab ipſis ruſticis, etiam ſponte dantibus, recipere, & qui contrà fecerint, decem librarum auri mulcta ſunt feriendi. *l. deuotum. 5. C. de metat. & Epideme. lib. 12.* Quæ omnia notanda ſunt ſecundùm *Ioan. de Plat.* contra quoſdam magiſtros extraordinarios ducatus Mediolan., qui conuiuantur ſplendidè expenſis ruſticorum, & ſingula milliaria ſingulis diebus conficiunt, vt ventrem impleant, & ſe omni-
215 nò ſaginent. † Et milites cæteriq; iter agentes, fauore publico non debent, niſi per diem & noctem in eadem ruſtici domo hoſpitari. *d. l. deuotum. & l. unica. C. de ſalgam. hoſpitib. non præbendo. lib. 12. & l. fin. §. ſui etiam. C. de re milit.* Quæ iura (proh dolor!) malè obſeruantur in maximã populorũm perniciem. Quò fit, vt principes odio ſubditis ſint, & ſtatuũ
261 reuolutionib⁹ eos infeſtos perſæpè ſentiant. † Quia intereſt Reipublicæ, ne ruſtici diſtrahantur à ſuis operibus. Excuſantur agricolæ tempore ſeminum, meſsium & vindemiarum ab omnib⁹ munerib⁹ extraordinarijs. *d. l. 1. C. de agric. & cenſi.* & pari modo, tempore quo arant, refricant, foſſata faciunt,

& ſimilia præparatoria ad fructus neceſſaria, excuſandi ſunt, quaſi idem iudicandum ſit de tali tempore, quod de tempore ſeminum, *arg. l. diuortio. in nou. edit. eſt. l. Fructus. 7. §. non ſolùm. ff. ſolut. matrim.* Et quia militat eadem ratio, *ſecundùm*
217 *Ioan. de Plat.* † ex hoc infero, quòd ruſtici, & ſimiles perſonę vacantes agriculturæ, non poſſunt cogi, vt pro Guaſlatoribus vadant in exercitum. benè facit *text. in l. 1. & in l. fin. C. de colo. fund. patr. lib. 11. & l. 1. C. de agricol. & cenſ. eod. lib.*
218 † Item, non poſſunt ruſtici, neq; debent etiam pro debitis fiſcalibus, quibus tenentur eorum domini, aliquo modo vexari, neque inquietari, *l. colonos. 15. C. de agric. & cenſi.* Et ibi aſsignatur *ratio, quia nec momento à gleba ſunt auocandi.* Iſtud tamen malè ſolet obſeruare d. Louini qui angariat colonos & maſſarios pro collecta impoſita dominis prædiorum.
219 † Item, fauore agriculturæ ſancitũ fuit, vt creditores, qui pro frumento, hordeo & ſimilibus, quæ ruſticis mutuarunt, non accipiant pignora illorum terrulas, boues & pecora, ſub pœna priuationis ſui crediti. *auth. ad hæc qui fructus & in corpore,*
220 *vnde ſumitur. C. de vſur.* † Item, eodem fauore ſtatutum fuit, vt mutuantes frumentum, hordeum & ſimilia ruſticis, non poſsint vſurarum nomine vltra octauam partem modij exigere, & vltra ſiliquam pro aureo, aliàs cadant ab actione, *vt in authent. vt nullus cred. agr. per totum. & in d. auth. ad hac.* Hodiè autem nihil vſurarum nomine exigi poteſt. *c. 1. & per*
221 *tot. de vſur.* Item † boues, aratra, & cætera inſtrumenta agrorum non poſſunt etiam pro executione rei iudicatæ pignorari. *l. executores. 7. C. Quæ res pignori obligari poſſunt vel non.* & licèt *ille textus* videatur ſolùm loqui de bobus & inſtrumentis agrorum tributariorum, ne ſolutio tributi retardetur: tamen *ſecundùm gl. Bart. & COMMVNITER Doct.* idem dicendum eſt, etiamſi prædia non ſint tributaria, quia licèt ceſſat ratio ſolutionis tributorum, militat tamen alia ratio, ſcilicet, ne ſterilitas fructuum damno ſit Reipublicæ. *argum. l. 1. §. de opere. ff. de aq. plu. arc.* Sed quid ſi ruſticus in bonis nihil aliud habeat, quàm boues, & aratra? *gl. ibi* reſpondet, tunc ea pignorari poſſe *per text. in l. ſtipendia. 4. C. de execu. rei. iud.*

rei iud. ſed *Cyn. Petr. & Alber. de Roſ. ibi* tenent contrarium, niſi vnà cum prædio capiantur. Quæ opinio poſſet procedere, ſi prædium eſſet ipſius ruſtici. Sed ſi non haberet, niſi boues & inſtrumenta, vt in Italia, vbi maſſarij ſunt pauperes, tunc *puto opinionem gl.* præualere. Et ſic vides, quòd boues & inſtrumenta fundi capi non poſsint pro pignore præ-
222 torio vel iudiciali. † Sed an poſsint ex conuentione pignori tradi? *Gloſ. in l. pignorum. 8. C. Quæ res, pignori obligari.* tenet, quòd ſic. Contrarium determinant *Cyn. Odofr. Pet. & Alb. ibidem* concludentes, etiam in iſtis non valere pignus conuentionale, *per text. in d. l. executores. in verſ. aut creditor.* Et credo, quòd *glo.* idem voluerit, licèt Doct. aliter eam referant. & ita eam intellexit *ibi Bart.* dum allegat *text. in auth.*
223 *vt null. cred. agris.* Item, † qui boues, aut agri inſtrumentum aliquod violenter ceperit, inuaſerit, abſtulerit, in quadruplum tenetur ruſtico, notam infamiæ ipſo iure incurrit, & nihilominus arbitrio iudicis mulctari poteſt. *auth. Agricul-*
224 *tores & in corpore vnde ſumitur. C. quæ res pign. obl. poſſ.* † Item, agricultores, dum villis inſidunt, dum agros colunt, non poſſunt pro debito detineri, ſed ſecuri eſſe debent quacunq; parte terrarum. *d. auth. agricultores. & ibi per Bald.* Item, ru-
225 ſtici † portantes pullos, oua, frumenta & ſimilia ad ciuitatem, ſi ilicò non reperiant emptorem, cogi poſſunt ſubitò reuerti ad opera ruſtica, & quæ portarunt, dimittere penes aliquem vrbanum, qui ea vendat, ne dum in foro ſedent, agricultura deſtituatur. *l. 2. ff. de nundin.* Quod credo procedere *ſecundùm terminos illius legis*, videlicet, quando ruſtici ex iuſſu ſuperioris portarunt victualia in ciuitatem. Tunc enim officium ſuperioris eſſe debet, non teneri ruſticos diu occupatos, ſed debet prouidere de officiali, qui importata vendat nomine ruſtici. Secùs ergò videtur dicendum, quando ruſtici voluntariè veniunt ad vrbem, tunc quia præſumuntur venire eo tempore, quo vacare poſſunt ab opere, non tenetur officialis prouidere de vrbano, qui importata per ruſticos vendat. Item intelligo procedere in ruſticis maſculis, ſecùs fortè in mulieribus, quæ in ciuitatem veniunt, non pro

pullis tantùm vendendis, ſed vt complaceant domino ſuo, vel mercatori, qui ſibi donat ſcufias & bindellos. In mulieribus enim, vel ceſſat ratio. *d. l. 2.* vel intereſt Reipublicæ, eas longiorem moram in vrbe facere, vt ab vrbanis & nobi-
226 libus imprægnentur. *arg. l. 1. ff. ſolut. matrim.* † Item, ſi agricolæ litis cauſa, vel agant, vel conueniantur coram iudicibus ciuitatũ, eſt illis ſummariè, & velociter ius dicendum. *§. 1. in*
227 *auth. de quæſto.* † Et ſi plures ſint litis conſortes, vno ad litem peragendam retento, cæteri ſunt remittendi, ne ex abſentia pluriũ agricultura damnũ patiatur. *§. ſi verò forſitan. eod. tit. de*
228 *quæſtore.* Item, † tempore meſsiũ poſſunt ruſtici incolentes vrbẽ cogi rura petere, & blada ſecare, quia officiũ ſuperioris eſt prouidere, vt fructus oportuno tempore colligantur. *l. 1. C. de agr. & cenſi. & ibi illũ text. ad hoc not. Io. de Plat. col. fin.* Ha-
229 bet etiã ruſticitas plurimas alias prærogatiuas. † Primò excuſat ruſticũ à vera contumacia *l. 2. §. fin. ff. ſi quis in ius voc. non*
230 *ierit. & in l. 1. §. fin. ff. de edend.* † Et hac de cauſa ruſticus excuſabitur à mulcta, quæ non niſi pro vera cõtumacia imponi de-
231 bet. *l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.* † Ex hoc etiã ſequitur, quòd ruſticus contumax poterit appellare, contumacia non obſtante, quia ad hoc, vt contumax excludatur à beneficio appellandi, oportet, quòd ſit verus cõtumax. *l. ex conſenſu. 23. §. fin. & ibi not. ff. de appell. l. & poſt edictũ. 73. §. fin. ff. de iudic.* modò ruſticus excuſatur à vera contumacia, ergò appellare poterit. *ſecund. Bald. Paul. Alex. & Mod. in d. l. 2. §. fin. Imol. in d. l. ex conſenſu. §. fin. cum alijs concord. alleg. per Alex. in d. l. 2.*
232 † Secundò ruſticitas excuſat à dolo præſumpto. *l. ſi quis id quod. 7. ff. de iuriſd. om. iud.* vbi præſumitur, ruſticũ potiùs per ſimplicitatẽ, quàm per dolum corrupiſſe album prætoris, & ibi ad hoc plura congerunt Mod. & optimè ad practicã de-
233 duxit *Corn. conſ. 215. videtur prima fronte. col. 3. lib. 2.* † Hinc eſt, quòd ruſticus excuſatur à præſumpta fraude vſurarũ, *ſecundùm gl. in l. cum allegas. 15. C. de vſuris.* Nam ſi emerit fundum cum pacto de retrouendendo, & pro modico precio, non creditur in fraudem vſurarum emiſſe, licèt in vrbano contrarium præſumatur, *& traditur in c. ad noſtram. de empt. & vend.*

& vend. & ita determinat *Raph. Fulg. in d. l. ſi quis id quod.* & ſequitur *ibi Dom. Iaſ. & Capoll. in tract. de ſimul. contract. in 6. caſu principali. col. 6.* Hinc *Tho. Ferrat.* docuit vſurarios vnam cautelam, vt ſubmittant ruſticos, qui eorum nomine, abſque tamen mandato, de quo fides fieri poſsit, emant cum tali pacto. nam ſecuta ratihabitione fundus erit ipſius, cuius nomine fuit emptus. *l. multum. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi,* eritq; tutus à præſumptione vſurarum, cùm ipſe non contraxerit, nec ſuo nomine contractum eo modo fieri mandauerit, *vt docet idem Ferra. caut. 17. incip. Magna eſt quæſtio.* Sed certè iſta cautela etiam fieri poterit per aliam perſonam non ruſticam, quæ contraxerit alterius nomine, ſi de mandato fides fieri non poſsit. Habes tamen iſtud notare *ad regulam,* qui contra iura mercatur, in dolo eſſe præſumitur. *l. quemadmodum. 7. C. de agric. & cenſi.* nam iſta regula non vendicat ſibi locum in ruſticis, ut etiam *ibi viſa fuit velle glo. per text. in l. 1. C. non licere habitatorib. metroc.* & firmat *Corn. conſil. 147. quia cauſa. col. 2. lib. 2.* vbi conſuluit, ruſticum, vbi non emit rem non ſeruata forma ſtatuti, non præſumi mala fide emiſſe.
234 † Hinc eſt, quòd ruſticus teſtis, quia depoſuit contraria, excuſandus eſt à præſumpta falſitate, quia per ſimplicitatem variaſſe præſumitur, *ſecund. Ang. in §. & licet. in Auth. de teſtib. col. 2. ſequitur Ferrat. in d. caut. 17.* Sed contrarium tenent *Ioan. Andr. in c. cum Ioan. Eremita. de fid. inſtr.* Et Bald. in *l. ſcripturæ. 14. C. eod. tit. & Dom. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod.* quia non poteſt eſſe ſimplicitas, vbi eſt contrarietas. Et iſta opinio videtur verior, quia ruſticus vacillans poteſt torqueri. *§. ſi verò ignoti. in auth. de teſti.* Prudens tamen, & circumſpectus iudex conſiderabit naturam perſonæ ipſius ruſtici, & qualitatem facti, ſuper quo vacillauit, & omnibus rectè penſatis amplectatur, quam opinionem ſecundùm rei exigentiam
235 veriorem eſſe exiſtimabit. † Hinc etiam dixit *Bald. in d. l. ſcripturæ.* quòd ruſticus, qui produxit contrarias ſcripturas, poteſt productionem reuocare, quia ruſticanæ ſimplicitati eſt aliquid indulgendum. Sed *Salic. ibi* contrarium tenuit, quia nemo poteſt à iudice fidem ei iam factam tollere,

ſequitur

235 *ſequitur Felin. in c. imputari. col. 2. de fid. inſtrum.* † Item, ruſtico non currit tempus præfinitum ad agnoſcendā bonorum poſſeſsionem, quia præſumitur ignorare ius, quæ iuris ignorantia ſibi non debet nocere. *l. pen. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſionem.* Hinc eſt, quòd licèt exceptio dilatoria ſit opponenda ante litis conteſtationem, maximè ſi ſit declinatoria: *l. ſi conuenerit. 18. ff. de iurisd. omn. iudic. c. inter monaſterium. de*
237 *re iudicat.* † tamen ruſticus poteſt etiam poſt litis conteſtationem opponere declinatoriam, quam præſumitur omiſiſſe propter iuris imperitiam, *ſecundùm Spec. tit. de compet. iud. adi. §. 1. verſ. ſed nunquid. Ang. in l. fin. C. de except. ſequitur Mart. Laud. in d. l. ſi conuenerit.* Sed *Dom. Iaſ. ibi* reprobat hanc deciſionem, quia ruſticus debuit conſulere peritiores. Quod verum eſt, ſi peritorum copiam habere potuit, vt infrà dicam: ſed ſi non potuit, ſtabit firma deciſio. Vnde alia
238 ratione eam reprehendit *Do. Iaſ.* † quia ignorantia iuris non excuſat ruſticum, niſi in caſibus à iure expreſsis. *l. fin. C. de iur. & fact. ign.* Quod an ſit verum, infrà ſubijciam. Item, licèt is, qui non reuocat confeſsionem ſui aduocati in continenti, ſibi præiudicet. *l. 1. & 2. C. de error. aduocat. not. in l.*
239 *error. 7. C. de iur. & fact. ignor.* † tamen fallit in ruſtico, qui poteſt aduocati confeſsionem quandocunque reuocare, quia præſumitur ilicò non reuocaſſe propter imperitiam, *ſecund. Bald. in c. fin. col. 6. de confeſſ. & in c. ſi cautio. de fid. inſtrum.* Item, licèt mater tranſiens ad ſecundas nuptias priuetur hæreditate filij pupilli, ſi non inſtiterit, vt tutor ab ea petitus, conficeret legitimum inuentarium *l. 2. §. idoneos. & ſeq. ff. ad S. C. Tertull.* ac etiam priuetur donatione propter nuptias, legatis & fideicommiſsis à marito ſibi relictis, *auth.*
140 *eiſdem pœnis. & auth. item ea. C. de ſecund. nupt.* † Tamen fallit in matre ruſtica, quæ excuſatur propter iuris ignorantiam, ſi non fuerit confectum inuentarium per tutorem, vel non fuerit ſeruatus legitimus ordo in creatione ipſius tutoris, putà, ſi tutor adminiſtrauerit, antequam ſibi fuerit decreta adminiſtratio. ita conſuluit *Mar. de Se.* qui refert idem *conſuluiſſe Paul. de Caſtr. d. Honofr. de Peru. conſ. 39. viſis & inſpectis. lib. 1.*

lib. 1. Sed contrarium facit, quod decidit *Bald. in l. fin. & in*
241 *princ. col. fin. C. de iure delib.* † vbi vult, quòd mulier, vel ruſticus non excuſetur, ſi non confecit inuentarium. ſequuntur *Alex. & Mod. in l. iuris ignorantiam. 6. C. qui admitti ad bonor.*
242 *poſſeſſ.* † quia in his quæ ſunt ad rigorem iuris conſeruandum inducta, ruſticitas non prodeſt, *ſecundùm gl. in §. 1. 38. diſt.* Conſidera autem, ſi dici poteſt, quòd deciſio *Bald. in d. l. fin.* ideò procedit, quia ſi ruſticitas excuſaret, præiudicaretur creditoribus certantibus de damno euitando. in caſu *Soc.* præiudicatur ſolùm alijs venientibus ab inteſtato certantibus de lucro captando. Vnde non videtur par ratio lucri &
243 damni. *l. fin. C. de codi.* † Item licèt ex diutina præſtatione præſumatur contracta obligatio: *l. cum de in rem. verſ. 6. ff. de vſur.* Tamen fallit in ruſtico, *ſecund. Specul. in tit. de reſti. ſpo. §. nunc dicamus. verſ. ſi autem non ſint.* Et ideò, ſi ruſticus per decennium continuum ſoluerit ſingulis annis par caponum, vel vnum plauſtrum lignorum, ſi poſtea ſoluere detrectet, contra eum nulla datur actio, neque interdictum, niſi cauſa & obligatio aliter probetur, *vt per Spec. tit. de cauſ. poſſ. & propr. §. 2. verſ. certum. ſequitur Lud. Rom. in l. qui aliena. 6. in princ. ff. de acquir. hæredit. & Bald. in l. ſolent. 6. in fin. ff. de offic. proconſ.* qui volunt, quòd in ruſtico requiratur præſtatio triginta annorum ad hoc, vt præſumatur obligatio. Quod etiã voluit *Soc. conſi. 145. Circa primum. col. 2. lib. 1.* & *Barb. conſil. 9. col. 15. lib. 2.* Poſſem alia plura interſerere, in quibus ruſtici excuſantur propter iuris ignorantiam. Sed omnia miſſa faciam, quia aliquantum impertinenter hîc tradi viderentur. Solum declarabo, quomodo intelligatur, quòd iuris ignorantia excuſat ruſticos & ſimiles. Vnde ſcias, *duas* tradi
244 *regulas.* † Vna eſt, quòd in damnis euitandis iuris ignorantia ruſticis, & alijs non nocet. *l. error. 8. ff. de iur. & fact. igno.* altera eſt, quòd iuris ignorantia in lucris captandis non prodeſt ruſticis, nec mulieri. *l. iuris ignorantiam. 6. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ.* Quæ regula procedit, quando ruſticus, & mulier potuerunt conſulere peritiores, aliàs ſi non potuerunt, iuris ignorantia eos excuſat, ſibique prodeſt. *l. in bono-*

245 *rum. 10. ff. de bon. poſſ. tit. generali.* † Scias duas alias in hæc materia dari regulas, primo aſpectu contrarias. Prima eſt, iuris ignorantia ruſticos ſolùm excuſat in caſibus expreſsis à iure. *l. fin. C. de iur. & fact. ign.* qui *text.* licèt loquatur in mulieribus, extenditur tamen à Doct. vt etiam procedat in ruſticis. ſic eum extendit *gl. in §. fin. 1. q. 4. Ant. in c. 2. col. 4. de conſtit. Do. Alex. conſ. 14. viſo & conſiderato. lib. 2. & in l. ſi quis id quod. 7. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in d. l.* iuris ignoran-
246 tiam. & *vbique Do. Iaſ. & idem Iaſ. in d. l. fin. & alibi ſæpè.* † Altera regula eſt, quòd ignorantia iuris poſitiui regulariter excuſat ruſticos, niſi contrarium à iure ſtatutum reperiatur, quam regulam tradidit *gloſ. in c. ſuper literis. & ibi Panorm. de reſcript. per text. in l. cùm de indebito. 25. ff. de probat. & in l. 1. §. fin. ff. de edend. & ibi benè probatur, & adde text. in l. fin. ibi, ruſticitati ſemper conſultum eſt. C. de teſtam.* Credo, quòd iſtæ duæ regulæ non ſint aduerſæ, ſed potiùs diuerſæ. Primam enim ſic intelligo, quòd ignorantia iuris nō excuſat ipſo iure, niſi in caſibus expreſsis in iure, id eſt, immediatè iuris ignorantia non releuat ruſticos contrauenientes iuri poſitiuo, niſi ita ſtatutum reperiatur. ita procedat *text. in d. l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* Secùnda verò debet intelligi, quòd iuris ignorantia excuſet ruſticos, & mulieres, officio iudicis implorato ex æquitate. Et iſtud eſt, quòd volunt iura dicere, dum dicunt ruſticitati ſubueniendum, ſcilicet, vbi æquum iudici viſum fuerit, ſimplicitati ruſticanæ eſſe indulgendum. *d. l. 1. §. fin. ff. de edend. & d. l. cùm de indebito. §. ſin autem is. cum ſimil.* Vel prima debet intelligi in his, quæ ad rigorem iuris conſeruandum inducta ſunt, in quibus ruſticitas non conſideratur, ſicut nec ætas. *l. properandum. ad fin. C. de iudic. §. pupillus. in authent. de hæred. & falc.* niſi in caſibus expreſsis à iure, *vt in l. fin. C. de teſtam. ita dicunt Bald. & alij in d. l. iuris ignorantiā. & gl. in d. §. fin. 1. quæſt. 4. & per D. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. &*
247 *in l. fin. col. 37. verſ. ſextodecimò quæro. C. de iure emphy.* † Plus dicunt *Moder.* maximè *Do. Iaſ. in d. l. iuris ignorantia.* quòd in his, quæ ad rigorem iuris conſeruandum ſtatuta ſunt, non excuſatur ruſtic⁹, etiam qui non potuit conſulere peritiores. Quod

Quod verum eſt ipſo iure, & immediato legis beneficio, ſed ei tunc ſuccurritur beneficio reſtitutionis in integrum, non ex cauſa iuris ignorantiæ, ſed quia peritiores conſulere non potuit, *ſecundùm Bart. Sal. & Iaſ. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Alex. Paul. & Mod. in d. l. iuris ignorantiæ. & Petr. de Anchor. conſi. 375. viſa diligenter gratia.* ſuper quo aliquando dubitaui, propter *text. in l. in bonorum. 10. ff. de bon. poſſeſſ.* vbi tempus
248 † ad agnoſcendum bonorum poſſeſſ. cenſeri debet de forma, *authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. imperat. offer.* & tamen ruſticus, qui non potuit conſulere peritiores, excuſatur ipſo iure, abſque beneficio reſtitutionis. Sed nunc conſideraui, quòd tempus ita demum dicitur de forma, ſi apponatur ad ſubſtantiandum actum, ita quòd remoto tempore actus de ſe nihil eſſet. *l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.* ſecùs, ſi tempus apponitur, non ad actum ſolennizandum, ſed ad actum tollendum, ſeu excludendum. *d. l. in bonorum.* Vel dici poteſt, quòd tempus propriè non eſt de forma, ſed largo modo, *ſecundùm Paulum de Caſtro in d. authent. quæ ſupplicatio.* præcedens tamen ſolutio magis ſatisfacit. Secunda verò regula intelligenda eſt in alijs, non inductis ad rigorem iuris
249 conſeruandum, neque pro forma. † Scias etiam, quòd iuris ignorantia ſolùm excuſat ruſticos ſimplices, non autem ſagaces, & ceu, *ſecundùm Baldum* quadratos. eſt *text. in l. athletæ.*
250 *§. fin. ff. de excu. tut.* † Et coram Vicarijs ruralibus & baiulis caſtrorum proceditur ſimplici via, nec curatur de aptitudine libelli, nec de tot juris apicibus, *ſecundùm Bald. & Salicet. in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui. rec. Alexand. conſil. 71. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ioan. col. pen. lib. 2. & Dom. Iaſ. in l. 1. ff. de offic. aſſeſſo.* Quod videtur contra præmiſſa. nam ordo iuris inductus videtur pro forma, ad iuris rigorẽ conſeruandum, & tamen iſti volunt, quòd ruſticitas excuſet, niſi fortè dicamus, quòd ideò in cauſis, quæ coram magiſtratibus ruralibus agitantur, relaxatæ ſint iuris ſolennitates, quia breues ſunt, & reputantur. *dict. authent. niſi breuiores.* Quod credo verum, licèt *Do. Alex.* ſentiat indiſtinctè, coram iudicibus caſtrorum, ignorantibus iura, non eſſe diſputandũ

de iuris apicibus. Sed iterum ad culturam reuertamur.
251 † Cuius fauore etiam ſancitum eſt, vt propria authoritate liceat cuilibet occupare deſertos agros, & ad culturam illos reducere, ſiue ſit vicinus, ſiue non, ſiue ager ſit omninò habitus pro derelicto, *vt ff. pro derelicto. per tot.* ſiue ſimpliciter ſit deſertus à domino. *l. quis agros. 8. C. de omni agro deſer. lib. 11.* Quòd ſi dominus deſertum fundum rehabere voluerit, reſtitutis expenſis intra biennium auditur. at poſt bienni-
252 um omninò excluditur, *vt ibi.* † Et ſic habemus caſum, in quo fauore culturæ res immobilis præſcribitur duorum annorum curriculo cum mala fide, & ſine titulo contra communes præſcriptionis regulas. Eſt verum, quòd *gloſſa & COMMVNITER Doct. ibi & Bart. in l. rem quæ nobis. 15. ff. de acquir. poſſeſſ.* intelligunt *illum textum* procedere in agris tributarijs tantùm fauore tributorum exoluendorum, quorum fauore etiam lapſis ſex menſibus poſt propoſitum, ſi nullus compareat, qui ius in agro deſerto prætendat, ſecurus eſt occupator. *l. locorum domini. 11. C. de omni agro deſer.* Sed certè *d. l. qui agros.* loquitur indiſtinctè, & licèt ibidem dicatur ſic fuiſſe determinatum propter priuatum, publicumque compendium, tamen intelligendo de publico compendio, id eſt, de publica vtilitate, quæ conſiſtit in agricultura, *d. l. 1. & l. colonos. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & l. 1. §. de opera. ff. de aq. plu. arc.* lex illa locum habebit omni caſu. Sed vltrà hîc du-
253 bitari poteſt, an *d. l. qui agros.* ſit correcta per *ius Canon.* † quo iure malæ fidei poſſeſſor nullo tempore poteſt præſcribere. *regula poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. c. fin. de præſcript.* fortè verius eſt, quòd non corrigatur, quia ex cauſa lex poteſt auferre dominium vni, & dare alteri. *l. item ſi verberatum. 15. ff. de rei vendic.* lex enim priuat dominum dominio fundi deſerti in odium negligentiæ, & illud transfert in diligentem, qui agrum excolit, quod facere poteſt. Sed etiam ex cauſa lex poteſt ſtatuere, quòd mala fides non obſit præſcribenti, *ſecundùm Bald. in ſua diſput. incip. ſtatuto cauetur, quòd fœnerator. & Petr. de Ancho. in d. reg. poſſeſſor. colum. 19. & domi. Ioan. Bapt. de S. Seue. in l. omnes populi. 9. col. 23. ad fin. ff. de iuſt. & iur.*

Dica-

Dicamus ergò, vt vberior ſit ſtatus publicus, quòd poſſeſſor
254 malæ fidei agrum deſertum præſcribere poſsit. † Item, excolendorum agrorum fauore valet ſtatutum, quòd ſuſcipiens maſſarium, vel colonum alterius abſque domini voluntate, teneatur ad omnia damna, & intereſſe, & ad omnia debita, per maſſarium, & colonum, domino, à quo inuito receſsit. Quod ſtatutum viget in ducatu Mediol. & Papienſ. comitatu, & benè probabatur *in argumentum in l. omnes. 8. C. de agri. & cenſi.* Et *ibi no. Ang.* quòd ſuſcipiens colonum alterius, tenetur ad tributa, ad quæ tenebatur dominus dereli-
255 ctus, qui ſoluendo non eſt. † Item, licèt emphyteuſis Eccleſiaſtica non tranſeat ad hæredes extraneos, *ſecundùm opinionem Bart. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & Panorm. in c. in præſentia. de probat.* Tamen fallit, ſi emphyteutæ à principio conceſſus fuerit fundus ſterilis, qui cura & diligentia emphyteutæ redactus ſit ad culturam, & fertilitatem, tunc fauore, & priuilegio culturæ tranſit ad extraneos, *ſecund. Bart. in l. quicunque. C. de omn. agro deſer. per illum text.* & ante eum viſus eſt velle *Andr. de Baru.* licèt non firmauerit, *prout Barto. auſus fuit firmare.* ſed *Ioan. de Plat.* audacter *ibi* ita concludit, & ſequitur *Lud. Rom. in rubr. ff. de arbitr. in 9. char. ad fin.* Et dictum *Bartol. in d. l. quicunque.* reputat ſingulare *Lud. Rom. ſing. 369. incip. Fundus ſterilis.* ibi tamen ſubdit, ſufficiat tibi authoritas Bart. quaſi ſentiat, quòd non ſit verum. Et illud reprehendit idem *Lud. Rom. in l. etiam. in princ. 18. ff. ſolut. matrim. per text. in c. ad aures. de reb. Eccleſ. non alien.* vbi dicitur, quòd pręlatus poterit in emphyteuſin hæreditario iure concedere ei, qui ſyluam ſterilem reduxerat ad culturam. Pondera quòd non tranſit, quia ſi iure communi tranſiret, fruſtrà impetratum fuiſſet, vt ibi præſupponitur. Item pondera verbum *poterit*, quod denotat liberum arbitrium. *l. ſæpè audiui Cæſarem. 8. cum gl. ff. de offic. Præſidis.* ergò non arctatur prælatus dare in emphyteuſin, ſi nolit. Et ſic *iſte text.* videtur deſtruere *dictum Bart. ſecundùm Andr. Sicu. ibi*, licèt dicat, ſe vidiſſe conſilia maximorum Doctorum, qui conſuluerunt *ſecundùm opinionem Barto.* Et contra *Bart.* tenet *Alex. in d. l.*

quicunque in addi. Sed ego reperi, quòd Paul. de Caſtr. conſulendo ſecutus fuit *opin. Bart. conſil. 63. videtur dicendum. & Curt. conſil. 48. exordiente, ſuper controuerſia. col. 2.* Et iſta *ſententia Bart.* tanquam benignior magis placet, attento maximè, quòd eſt altercatio inter Doctores, an emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat ad hæredes extraneos: & plures tenuerunt, quòd tranſeat, *vt Felin. & alij, quos ipſe refert in d. c. in præſentia.* Quorum opinionē in iſto caſu ſuſtinendam puto, &
256 quæ ex ſequenti optimè iuſtificatur. † Nam ſi cultura coloni, vel emphyteutę fundus ad longū tempus ſterilis, effectus fuit fertilis, dominus tenetur finita locatione, ſeu emphyteuſi eundem reinueſtire pro ſimili precio, & ad ſimile tempus, etiamſi à tertio offeratur maior penſio, *ſecund. Paul. de Caſtr. in d. conſil. 63.* Mouetur *per text. in d. l. quicunque.* quæ lex *ſecundùm eum* non videtur intelligenda in eo, cui in perpetuum fundus locatus fuit, quia ab eo fundus auferri non poteſt, etiamſi illum fertiliorem non reddiderit. *l. cotem ferro. 11. §. agri. ff. de publican.* & pro hoc facit *text. in l. fin. C. de omni agro deſer.* vbi deciditur, emphyteutam, cuius diligentia fundus melior effectus fuit, non poſſe grauari maiori penſione, quàm à principio conuentum fuerit. Quem *text. notat ibi Barto.* contra inſatiabiles prælatos. Et ratio eſt, quia culto-
257 res non debent deplorare ſuas operas. *l. fin. C. de alluuio.* † Eſt enim inſpiciendus valor, & reditus fundi tempore primæ inueſtituræ, non tempore, quo res repetitur meliorata. *l. 3. C. de prædijs & omnibus rebus nauicul.* vbi caſus, & *ibi not. Bart.* quòd emptor, qui rem alteri hypothecatam meliorauerit, offerendo tantum, quantum detractis melioramentis res ipſa valet priori creditori, habet ius retentionis. Et etiam *illum text. not. Andr. de Baru. & Io. de Plat.* contra auaros prælatos, alienantes, vel dantes in emphyteuſin rem ſterilem, vel domum ruinoſam, & poſtea cùm vident rem effectam pretioſiorem, & meliorem, aſſerunt Eccleſiam eſſe læſam, & hoc prætextu nituntur reuocare ſuos contractus. Non enim poſſunt, neque debent, quia inſpicienda eſt æſtimatio, quæ erat tempore alienationis, *vt ibi, & l. ſi voluntate. 8. C. de reſcinden.*

ſcinden. vendit. & c. 3. extra de emt. & vendit. & quòd augeri non debeat penſio colono, cuius induſtria res melior reddita fuit, eſt caſus *in l. 2. C. de fundis rei priu. & ſalt. diuin. dom. lib. 11. & in l. 2. C. de locat. præd. ciuil. vel fiſc. eod. lib.* quem etiam *Bart. ibi not.* contra prælatos. Benè facit, quod dixit *Bart. in l. cognouimus. 3. C. de mancip. & colo. patrimo. &c. lib. 11.*
258 † vbi vult emphyteutam Eccleſiæ non poſſe expellere colonum repertum in fundo emphyteuticario, qui diu laborauerat, & cultiuauerat fundum illum ſterilem: aliàs priuari debet emphyteuſi. Iſta deciſio *Paul. de Caſtr.* duriſsima vide-
259 tur, † quia finita emphyteuſi finitum eſt ius emphyteutæ, & finita locatione finitum eſt ius coloni. *l. fin. §. ſanè. C. de loca. præd. ciuili. vel fiſc. lib. 11.* Et finito tempore locationis, & inueſtituræ, poteſt dominus aperire oſtia etiam claudente colono, *ſecundùm Innoc. in c. 1. de immun. Eccleſ. & Bald. in c. 1. in fin. de controu. int. dom. & fidel.* nec habet colonus iuſtam conquerendi cauſam, ſi dominus nolit ſibi reuocare inueſtituram finitam, cùm nemo inuitus contrahere compellatur. *l. ſicut. 5. C. de act. & oblig.* & pro hoc videtur caſus *in l. ne cui. 32. C. loca.* Et contra *Paul.* videtur quæſtionem decidere *glo. in l. 2. C. de loc. præd. ciuil.* quæ relata ad textum, contrarium expreſsè determinat. Et contrarium probat *text. in d. c. ad aures. de rebus Eccleſ. non alien. in verb. poteſt.* Eſt verum, quòd *ſuper iſto textu* non eſt faciendum magnum fundamentum, quia *ſecundùm Andr. Sicul.* poſt antiquos, verbum, *poteſt*, non fuit ibi poſitum, vt denotaret liberam poteſtatem dandi in emphyteuſin ſyluam redactam ad culturam induſtria coloni. Sed vt denotaret prælatum impunè poſſe res ſteriles dare in emphyteuſim eis, quorum cultura effectæ ſunt fertiles, non obſtante legis prohibitione, & iuramento de non alienando &c. nec ibi determinat, an finita locatione prælatus teneatur pro eodem precio dare rem ipſam in emphyteuſim. Vnde conſideraui *ſuper iſto puncto* diſtinguendum eſſe: aut quis confiſus de domino rei ſterilis abſque pacto, & vlla inueſtitura reduxit fundum ſterilem ad culturam, aut prius accepit fundum ſterilem in emphyteuſim, & poſtea eum red-

dditi

didit fertilem. Primo caſu, aut dominus vult ſoluere expenſas factas in cultiuando, & fundum pro ſe retinere, & poteſt, *ſecundùm omnes Canoniſt. in d. c. ad aures.* dum volunt *illum textum* ideò procedere, quia ibi præceſſerat conuentio de inueſtiendo, & iſtud optimè probat textus *in l. qui agros. C. de omni agr. deſer.* Aut dominus non vult pro ſe retinere, ſed vult ſoluere expenſas, & alteri dare in emphyteuſim, & tunc ſi is, qui cultiuauit, vult eandem ſoluere penſionem, quam alius offert, dico eum ex æquitate præferendum, *arg. l. congruit. 4. C. de locat. præd. ciuil.* Et ſi fundus ſit Eccleſiæ, prælatus ſine licentia Papæ non poteſt illum dare in emphyteuſim alteri quàm ipſi cultori, *ſecundùm Card. Flor. & Pan. in d. c. ad aures.* Secundo caſu ſubdiſtinguendum arbitror. Aut is, qui reddidit agrum fertilem, fuit inueſtitus in perpetuum, aut ad tempus. ſi in perpetuum, conſtat quòd ab eo non poteſt auferri, *d. l. 2. cum gl. & l. fin. C. de locat. præd. ciuil.* neque ſibi penſio augeri, *l. fin. C. de omni agr. deſer.* Si ad tempus, aut finito tempore petit ſe inueſtiri, offerendo tantum, quantum ab alio reperitur: & tunc audiendus eſt, & præferendus, tum ratione prioris culturæ, tum quia antiquus colonus, cæteris paribus, eſt præferendus nouo conductori. *d. l. congruit.*

260 † Sicut è contra dominus volens emere à colono fructus rei locatæ, eſt alijs anteponendus, *ſecundùm Bart. & Ioan. de Plat. in l. 1. & ibi Ioan. de Plat. per illum text. C. de metall. lib. 11.* & ita tenuit *Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti.* vbi decidit, quòd finita emphyteuſi, per generationem poſſunt deſcendentes petere ſibi renouari emphyteuſim, &, ſi dominus deneget, poterunt à tali denegatione appellare, quia grauantur, & iniuriantur, & iudex appellationis debebit compellere dominum ad renouandam eis inueſtituram. *alleg. text. in c. bonæ. de poſtu. præla. & induxit text. in d. §. permittitur. & in l. nullus. C. de decur. lib. 10.* & idem tenet Bart. *in l. ſi mihi & Titio. 110. ff. de verb. obligat.* vbi *Dom. Alex.* latè inſtat, & tandem dicit, opinionē Bart. habere in ſe magnam æquitatē, & quòd in practica ita ſemper vidit obſeruari. Et *ſecundùm opinion. Bart.* conſuluit *Lud.*

Rom.

Rom. conſil. 22. Pro propoſitæ mihi conſultationis. &c. Alex. conſi. 10. viſo & optimè animaduerſo. lib. 1. & conſil. 9. viſis dicto themate. col. 5. lib. 2. Imol. conſil. 38. In caſu præmiſſo. vbi reſpondet ad contraria, quòd procedunt de rigore. Opinio verò Bart. procedit de æquitate. & idem latiùs conſuluit Imol. *conſi. 68. In caſu præmiſſo.* & ibi loquitur in emphyteuſi, finita per lapſum temporis. Idem conſuluit *Petr. de Ancho. conſil. 171. Dom. Lazar. & Cur. conſil. 48. Super controuerſia. per totum.* vbi dicit, quòd ferè tota juriſprudentia tranſit cum opinione Barto. & quòd idem in practica obſeruatur. idem tenet *Barb. conſil. 18. colum. 3. lib. 2. Dec. conſil. 131. Reuocatur in dubium* vbi ex pluribus oſtendit *opinionem Barto. eſſe* C O M M V N E M. Aut non vult ſoluere tantum, quantum alius offert, ſed petit renouari inueſtituram pro ſolita & prima penſione, & tunc credo, quòd dominus non teneatur renouare, *contra Paul. de Caſtr. per iura & rationes ſuprà alleg.* Et *contra Paul.* videtur text. *in d. l. congruit*, à contrario ſenſu. Non obſtat text. *in d. l. quicunque.* in ratione decidendi, quia finito tempore locationis, & inueſtituræ, non excluditur à domino & fructu laboris ſui, ſed ex pacto excluditur, & ſic ex proprio conſenſu. *l. 1. ff. de pact.* facit text. *in l. fin. ff. de condi. inſti.* Et ponderatio *Pauli*, quòd *ille text.* loquatur neceſſariò in conductore ad tempus, quia ſi in perpetuum conduxiſſet, non poſſet expelli, etiamſi rem ſterilem non melioraſſet. *d. l.*
261 *cotem. §. agri.* non videtur iuridica. † Nam ego crederem, à conductore perpetuo rem ſterilem auferri poſſe, ſi monitus intra congruũ tempus eam non reduxit ad culturam. *argum. l. quicunque. & l. qui agros. C. de omni agro deſer.* ſi enim cuilibet extraneo licet occupare res ſteriles deſertas, & eas redigere ad culturam inuito domino, quantò magis licebit ipſi domino? & eò maximè, quia conductor rei ſterilis tacitè videtur ſe obligare, ad redigendum ipſam rem ad culturam. Quod ſi non facit, vtpotè contraueniens promiſsis, non video, quare expelli non poſsit ab emphyteuſi, *Auth. qui rem. cum ibi not. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et hoc eſſet expeditum, ſi in inueſtitura promiſiſſet emphyteuta rem ipſam meliorare, vt

 commu-

communiter fieri ſolet. Fortè ſaluari poſsit *opinio Paul.* quando labores,& impenſæ eſſent maiores, quàm fructus percepti, tempore locationis, & emphyteuſeos finitæ, vel parum, deductis impenſis, eſt ſupralucratus, tunc ex æquitate & ex ratione, *d. l. quicunque. & l. fin. C. de alluuio.* ſcilicet ne ingemiſcat operas ſuas, putarem ſibi renouandam eſſe inueſtituram pro eadem penſione. Ita enim fiet, vt cultiuator quandoque fruatur, & gaudeat ſuis operibus, ſuoque labore. Sed
262 hîc probabiliter dubitari poſſet, † Quid, ſi dominus finita emphyteuſi, velit fundum pro ſe retinere? Videtur eum poſſe retinere, quia dicitur in alpibus, *pereat, qui ſe plus diligit vllum. l. præſes. 6. C. de ſer. & aqua. c. viſi. de authorit. & vſu pall.* & ita tenuit *Pan. in c. bonæ. 2. col. pen. de poſtu. prælat.* dicens, ita reſtringendum eſſe dictum *Bart. in d. §. permittitur.* Sed contrarium reperio conſuluiſſe *Dec. conſil. 131. Reuocatur in dubium.* quia ſi dominus poſſet pro ſe retinere, *eluſoria eſſet* COMMVNIS *opinio Bart. & Doct. in d. §. permittitur.* nam poſ-
263 ſet dominus ſemper dicere, volo pro me retinere. † Eſt autem COMMVNIS *opinio,* quòd quælibet diſpoſitio ita ſit interpretanda, ne reddatur eluſoria, vt in ſimili arguit *Panor. in c. quæ in Eccleſiarum. col. fin. verb. limitarem tamen. de conſtit.* benè facit text. *in l. 1. §. pecuniam. ff. de calum. & in c. ſi ciuitas. de ſentent. excommuni.* Quid tenendum? Certè videtur contemplandam eſſe æquitatem, ſuper qua fundatur COMMVNIS *opinio.* nam ſi emphyteuta reddidit fundum ſterilem, ſua cultura fertilem, æquitas videtur pro emphyteuta, & eius hæredibus, ne lugeant amiſiſſe fructus laborũ ſuorum. Sed ſi emphyteuta recepiſſet fundum fertilem in emphyteuſin, quæ eſſet finita tempore vel generatione, dicerem æquitatem eſſe pro domino, qui vult gaudere fructibus rei ſuæ. Poſſem plura alia circa dictum *Bart. in d. §. permittitur.* hîc congerere, quæ omitto, quia non benè ſeruiunt ad propoſi-
264 tam agriculturæ materiam. Vltimò ſciendum eſt, † quòd clericus, qui terram Eccleſiæ incultã ſua diligentia fertilem fecit, vel qui in terra Eccleſiæ ſterili plantauit vineam, vſq; ad eius obitum poteſt illam retinere, etiamſi propter de-

lictum

lictum beneficio fuerit priuatus. Et hoc fauore agriculturæ, & ne lugeat perdidiſſe ſuos labores, vt eſt text. *in c. fin. de pecul. cleric. ſecundùm intellectum Innoc. quem ſequuntur Panor. & Moder.* Et hæc ſufficiant, quantum ad modum vbertatis habendæ.

De remedijs ad conſeruandam vbertatem. Cap. V.

SVMMARIVM.

1. *Ciuitates ex malo regimine, & inordinata adminiſtratione, vtplurimùm depauperantur, fame & peſtilentia pereunt.*
2. *Annonæ theſaurarij, ſeu ſuſceptores, cuius qualitatis & conditionis eſſe debeant. Et in principio officij iurare debent omnem iniunctam ſibi ſolicitudinem obſeruare, remotis omni fraude & dolo. num. 3. ad ſimilitudinem tutorum & curatorum. nu. 4*
5. *Annonæ ſuſceptores ſeu theſaurarij debent librum conficere, in quo deſcribantur annona ſuſcepta, & pecunia frumentaria, qui reponatur à decurionibus in archiuio publico.*
6. *Quilibet adminiſtrationis ſuæ tenetur reddere rationem.*
7. *Præſumptio eadem eſt contra non conficientem librum rationum, quæ eſt contra non conficientem inuentarium.*
8. *Annonæ ſuſceptores, ſeu theſaurary, ſi aliquid omiſerint ſcribere, qua pœna puniantur.*
9. *Annonæ ſuſceptores, ſeu theſaurarij debent cuilibet deferenti annonam, vel pecuniam frumentariam, apocham facere de recepta ſumma. Et eiuſmodi apochæ præſtatur plena fides & nu. 10.*
11. *Annonæ theſaurarij, vel ſuſceptoris negligentia, ſi quicquam ex publica annona deperierit, ad ipſius debet damnum referri.*
12. *Annonæ vel alicuius rei adminiſtrator cenſetur in maxima culpa conſtitutus, ſi eius negligentia res ſibi commiſſa pereat, aut deuaſtetur, & quid ſi culpa ſui ſubſtituti id euenerit, an veniat excuſandus. num. 13.*
14. *Idem accommodatur ad tutores, & curatores.*
15. *Annonæ præfecti, & theſaurarij, aliquid de publica annona in vſus proprios conuertentes, qua pœna puniantur.*

16. *Officiales, qui de pecunia communitatis, vel de frumento faciunt mercantias, quam pœnam ſubire debeant. Et an lucrũ inde proueniens, debeat communitati applicari. nu. 17.*

18. *Theſaurarij, ſeu ſuſceptores, quibus non licet pecuniam frumentariam in alios vſus conuertere, quàm in emptionem frumenti, an & quando poßint ipſam pecuniam mutuare piſtoribus, qui artem piſteriam aliter exercere nequeunt, niſi ipſis ſubueniatur. & de materia numeris ſeqq.*

19. *Theſaurarius, qui ſoluit ſtipendia Doct. & militibus, licitè poteſt ijſdem indigentibus mutuare pecuniam.*

20. *Theſaurarij ſeu ſuſceptoris officium quanto tempore durare debeat. & ſeq. Et an, & quando poſt finitum officium poßit ad illud reaſſumi. num. 25.*

21. *In reaſſumendo theſaurario omnes debent conſentire in ordine Decurionum.*

22. *Ciuitas non debet vllo modo eligere officiales perpetuos. & ratio.*

23. *Theſaurarij, vel ſuſceptores, an, & quando teneantur reddere rationem de adminiſtratione ipſis impoſita. Et, quis ordo ſeruari debeat in ratione reddenda. & nu. 24. & 25.*

26. *Qui conueniri debeant, ſi malè adminiſtrauerint, ſeu diſpenſauerint.*

27. *Theſaurarios, ſeu officiales de præda ſuſpectos, an poßit ciuitas vel communitas ab officio ſubmouere, & alios ſubrogare, & qua pœna puniri debent, ſi conuicti fuerint fraudem in officio commiſiſſe. nu. 28.*

29. *Annonæ publicæ ſuſceptores, ſeu theſaurarij, an poßint frumentum priuatum in horreis annonæ publicæ reponere?*

30. *Maſſarij, agricolæ, an, & quando poßint aliena animalia in terris dominorum ſuorum intromittere.*

31. *Nautis an, & quando liceat in naui publicas merces deferenti quicquam priuati imponere.*

32. *Equi conductor, qui ex impoſitione valiſiæ, ſiue malæ, aut ſocij equum conductum deteriorem fecit, qua pœna teneatur.*

33. *Debitores reipublicæ ex cauſa frumentaria, an cogi poßint immediatè poſt redditam rationem ad precium ſoluendum. Et an habeant dilationem quatuor menſium, iudicatis à iure conceſſam. num. 35. Et an eorum bona cenſeantur tacitè ciuitati hypothecata. nu. 37.*

36. *Debitores debitorũ an fauore vbertatis conſeruandæ cogi poßint ad ſoluendum.*

38. Theſau

38. Theſaurariorum ſeu adminiſtratorum bona regulariter cenſentur tacitè reipublicæ obnoxia.
39. Theſaurarij, laudabiliter officio functi, conſequuntur immunitatem à muneribus perſonalibus.
40. Annonæ deſcriptio, quando, qualiter, & à quibus fieri debeat. Et an diſcuſſores ipſius aliquid à ſubditis extorquere debeant. n. 41.
42. Annonæ præfecti an, & quando edictum facere poßint, ne quis extra prouinciam annonam deferat ſub pœna.
43. Frumenti appellatione an veniat farina. & nu. 44.
45. Lanæ appellatione an veniat lana filata.
46. Frumenti, & farinæ eadem eſt ὕλη.
47. Pecuniam numeratam mutuare prohibitus filiofamilias, an poterit mutuare frumentum, vel farinam. & num. 48.
49. Extenſio fauore publico in pœnalibus eſt licita ex identitate rationis. & nu. 50.
51. Gabellam ſiue exactiones, an & quas liceat fraudare.
52. Frumenti appellatione an contineantur panis, legumina, hordeum, ſpelta, auena, & ſimilia. & ſeqq. nu. 53. 54. 55. 56. 57.
58. Victualium appellatione quid veniat. nu. 59.
60. Vini appellatione, an veniant vuæ, vinum aquaticum, ſeu lymphatum, quod poſcam ſeu trampum vocant, cereuiſia, vina artificialia, & acetum. & num. ſeqq.
69. Regula l. oratio. ff. de ſponſalib. an, & in quibus habeat locum.
70. Argumentum de toto ad partem, an & quando valeat.
71. Statutum puniens exportantem vinum vel bladum, an & quando comprehendat repertum in via portantem huiuſmodi prohibita.
72. Virgo; quæ iter arripuit vt corrumperetur, an amplius poßit virgo appellari.
73. Extenſio in pœnalibus an, & quando ſit licita. & ſeq.
76. Delictum cœptum, ſed nondum conſummatum, quomodo puniri debeat.
77. Iudex in pœnarum impoſitione cautus eſſe debet, & omnia ad vnguem conſiderare.
78. Coniecturis, & præſumptionibus quando, & quibus ſit locus. n. 79. 80. & ſeq. vſque ad verſi. Nonò quæro, quid ſi ſtatutum. &c.
79. Via inſolita, & inuſitata non eſt eligenda, aliàs præſumitur contra repertos ire per ipſa deuia, niſi via ſolita & recta eſſet occupata, vel aliàs ſuſpecta. vſque ad nu. 87.

86. *Vias publicas & itinera ſecura tenere obligatus, an teneatur de caſu & damno eius, qui per iter inſolitum eundo talia paſſus fuit.*
88. *Via breuior, niſi ſit ſuſpecta, & terreſtris potiùs quàm naualis, eſt eligenda.*
105. *Deprehenſus an dici poßit is, qui conuictus eſt teſtibus.*
106. *Teſtium diuerſimodè deponentium dictum, an & quando valeat.*
107. *Statutum vetans ſub pœna, ne quis extrahat frumentum extra territorium, an, & quando liget agricolas forenſes, ne poßint partem ſuam frumenti exportare ad domum ſuam. Et an ciuis, cui agricola extraneus vendidit partem ſuam, poßit dictam partem impunè extra territorium mittere vel portare. nu. 108.*
109. *Statutum prohibens ſub pœna, ne frumentum extra territorium ſub pœna extrahatur, an, & quando liget ciuem ſe & familiam abſentantē à territorio, quò minus exportet frumentum ad vſum familiæ neceſſarium. Et qualiter probabit, quòd vſus ſui gratia dictum frumentum exportet. nu. 110. & 111.*
112. *Propoſitum ſiue initium primum, an, & quando ſpectandum eſt. num. 113.*
114. *Statutum, an, & quando liget portantem extra territorium frumentum illud aliunde aduectum.*
115. *Statutum prohibens pannos forenſes intromitti in ciuitatē, an comprehendat pannos illuc intromiſſos tranſitus gratia.*
116. *Tranſitus debet eſſe liber mercatoribus. Et an militibus volentibus tranſire abſque incolarum damno negari poßit tranſitus. n. 117.*
118. *Statutum, vetans forenſes ducere vinum cum plauſtro ad ciuitatē, an, & quando vim habeat in ipſos forenſes. & 119.*
120. *Statuti ignorantia an, & quando excuſet forenſes. Et an & quando forenſis præſumatur ignorare. nu. 121.*
122. *Statutum prohibens frumentum extrahi de ciuitate, an, & quando liget perſonas Eccleſiaſticas. Et an, & quando liget ipſarum colonos. nu. 124. Et an liget eos, qui ab ipſis emerant frumentum. num. 129.*
125. *Statuta quæ per indirectum lædunt ius Eccleſiæ, quatenus non valent.*
126. *Statutum, quòd coloni teneantur ſoluere collectas pro Eccleſia, an & quando valeat. num. 127. Et an teneantur ſoluere decimas fructuum collectorum ſuper poſſeßionibus eccleſiæ exemptæ. nu. 129.*
130. *Statutum ſi puniat exportantes frumentum de territorio, ſub pœna confiſca-*

conſiſcationis frumenti, an appellatione frumenti conſiſcabitur & ſaccus.

131. Conſiſcata an cenſeantur res, quæ ſine corruptione ſubiecti ſeparari poſſunt à re conſiſcata.

132. Statuto prohibente aliquid exportari ſub pœna conſiſcationis plauſtrorum & animalium, cum quibus exportantur, an, & quando comprehendat animalia, & plauſtra commodata exportanti. Et an, & quando in ſimilibus ignorantia excuſet. nu. 133. & ſeq. Et quid, ſi ſtante dicto ſtatuto, duo ſucceſſiuè ſunt reperti cum eiſdem animalibus, & curru exportare res prohibitas. nu. 136.

137. Ea, quæ ex cauſa pœnæ acquiruntur, titulo lucrat. haberi dicuntur.

138. Statuto punienti pœna amiſſionis plauſtrorũ, & boum ſeu aliorum animalium, quemcunque exportantem frumentum de territorio, ſæpius contrauenìens, an & quando incidat in pœnam toties quoties contrauenerit.

139. Annonæ publicæ erogatio à quibus, qualiter, & quibus ſit facienda. & ſeq. vſque ad num. 181. incluſiuè. Et qualiter appellari poſſint officiales, ſeu erogatores dictæ annonæ.

140. Actuarij, ſeu officiales ad erogandam annonam deputati, quale iuramentum præſtare debeant. Et de iſtorum officio habetur ab hoc numero vſque ad num. 181. incluſiuè.

142. Annonæ publicæ erogatores, quos fructus, & quanto tempore retinere, & quos erogare debeant. Et qualiter conſeruanda ſit dicta annona, ab hoc nu. 142. vſque ad nu. 181. incluſiuè.

143. Vini veteris erogatio, quo tempore fieri debeat. Et ibi, qua pœna puniatur tutor, vinum vetus dans familiæ tempore vetito.

146. Aromatarius an, & quando poſſit licitè ceram corruptam cum noua miſcere.

147. Erogatio potiùs fieri debet in pane cocto, quàm in frumento.

148. Frumentum, vel pecunias an, & quando dare poſſit capitulum obligatum ad tot panes, & amphoras vini pro quoquo die Canonicis intereſſentibus diuinis.

149. Clerici abutentes reditibus eccleſiaſticis. Et ad reſtitutionem tenentur, ac ſi fures eſſent & latrones. nu. 151. quomodo de reditibus poſſint, & quibus ſubuenire. nu. 162. 166. 167. 168. 169. & ſeq.

152. Eleemoſynæ quæuis immenſitas menſura dici poteſt in pauperes.

153. Ciues ſunt præferendi alienigenis tam in eleemoſynis, quàm in collationibus beneficiorum & officiorum.

154. Bene-

154. *Beneficium impetrans à Papa, nulla facta mentione de natione ſua vel patria, ſubreptitiè impetraſſe cenſetur, & impetratio eſt nulla.*
155. *Statutum vocans ad honores prius ciues, quàm extraneos, valet.*
158. *Moniales in eleemoſynis præferendæ ſunt viris etiam religioſis. & num. 159.*
160. *Pauperes nobiles cæteris pauperibus præferendi ſunt in erogatione eleemoſynæ, & ſenes iuuenibus. Et an & quando præferendi ſint conſanguinei pauperes reliquis pauperibus. nu. 161. & ſeq.*
163. *Teſtamentorum executores quomodo, & quibus pauperibus diſtribuere debeant eleemoſynas, & bona à teſtatore in teſtamento pauperibus relicta. nu. 164. & 165.*
166. *Prælati quomodo conferre poſſint beneficia cognatis & num. ſeq.*
170. *Prælati an, & quomodo poſſint infeudare conſanguineis ſuis res eccleſiæ etiam ſolitas alijs infeudari.*
171. *Papa, qui bona Eccleſiæ dat agnatis & affinibus, vt diteſcant, quibus ſit pœnis dignus. nu. 172. 173.*
174. *Data paritate paupertatis, cognatis magis eſt ſubueniendum.*
175. *Annonæ publicæ, ſiue cuiuſdam alterius facultatis erogatorem, ſeu diſpenſatorem ratione & prudentia fultum eſſe oportet. Et modus erogationis optimus quis ſit.*
176. *An reſpublica cogere poſſit ciues, vt emant annonam aliàs ob vetuſtatem perituram.*
177. *Princeps, an cogere poſſit ſubditos, vt res ſuas, præſertim ſal, & ſimilia emant pluris, quàm communiter vendi ſoleant. Et quid de huiuſmodi exactoribus, contra quos omnia iura inſurgunt. num. 178.*
179. *Annonæ ſeu cuiuſpiam alterius rei erogatores ſeu actuarij, debent villicationis ſuæ reddere rationem ſoli. ſemotis numerarijs, ſeu calculatoribus. Et de erogatione, facta pauperibus, tenentur intra triginta dies fidem facere per publicum inſtrumentum. Et quittantias ſingulorum demonſtrare. nu. 180. 181.*
182. *Peſtis ex participatione, & conuerſatione cum morboſis contrahitur.*
183. *Peſtilentioſi, ac de peſte ſuſpecti, & eorum bona debent ab ingreſſu arceri.*
184. *Cuſtodes portarum à quibus ſint eligendi.*
185 *Medicorum electio ad quos pertineat.*
186. *Electio profeſſorum, obſtetricum, cuſtodum, banneriorum ſeu ſaltuariorum,*

tuariorum, & ſimilium ad quos ſpectet, & pluribus ſeqq. Et quæ requirantur ad hoc, vt cuſtodes electi dicantur ſufficientes. num. 194.
188. Cuſtodia clauium portarum ad quos pertineat.
190. Cuſtodes portarum electi à decurionibus ſunt à domino loci confirmandi. Et quid ſi dominus recuſet eos confirmare. nu. 193.
192. Irenarcha quid ſit.
195. Duo debent eſſe cuſtodes portarum, & ratio.
196. Cuſtodes portarum electi debent in manu domini eos confirmantis, fidelitatis iuramentum præſtare.
197. Electores, ſi ſcienter elegerint inhabilem, qua pœna debeant puniri. Et quam pœnam incurrant patroni, qui huiuſmodi cuſtodes repræſentarunt. nu. 198 & 199.
201. Cuſtodes an, & quando in negligentiam ſubditorum poſſint eligi à dominus loci. Et quis ordo ſit ab ipſo domino ſeruandus in electione cuſtodum dicto caſu. nu. 202. 203. 204. Et an, & quando ipſe dominus poſſit alios addere cuſtodes. nu. 205. & 207.
206. Dominus proprietatis, an inuito vſufructuario poſſit ponere ſaltuarios ſeu camparios ad cuſtodiam prædiorum.
208. Cuſtodes an, & quando poſſint ſubditi reuocare, ſi tempore peſtis dominus alios cuſtodes appoſuit.
209. Dominuſne, an ſubditi teneantur cuſtodibus ſatisfacere.
210. Cuſtodiam facere an quilibet cogi poſſit tempore peſtis, & ſeq. vſq; ad num. 225. incluſiuè.
211. Cuſtodia portarum eſt officium viliſſimum.
212. Scholares elapſis viginti quinque annis non præſumuntur proficere. Et ideò non excuſantur ab oneribus perſonalibus.
213. Adoleſcentia liberalibus artibus inſtruenda, & ibi ratio.
214. Literarum profeſſores an, & quando excuſentur ab omnibus muneribus ciuilibus & publicis. & nu 215.
216. Priuilegium immunitatis ab oneribus cuſtodiendi portas cenſetur conceſſum fuiſſe ratione dignitatis.
217. Immunes ſunt aduocati, qui, ſi poſtulando vt decet, legibus vtantur, meliorem, durioremq; vitam agunt, quàm fratres prædicatores & mendicantes.
218. Doctore ſeu aduocato iniquo nil pernicioſius.
219. Licentiati tantùm, an, & quando excuſentur à muneribus perſonalibus. Et an æquiparentur doctoribus vel ſcholaribus. & ſeq.

221. Mechanicas artes ad docendum admiſſi in ciuitate, an, & à quibus muneribus ſint exempti.

222. Senes quinquaginta quinque annos nati, excuſantur à cuſtodia portarum, & cæteris oneribus perſonalibus. Et idem dicendum de ſcientiis [illegible] valetudinarijs. nu. 223. Quorum omnium excuſatio ceſſat propter ciuium inopiam, vel niſi conſuetudo contrarium induxerit. nu. 224. & 225.

226. Collectam ſoluere qui teneantur tempore peſtis. & ſeq. vſque ad num. 236.

232. Peſtis tempore nullum calamitoſius.

237. Cuſtodes portarum, an tempore peſtis poſſint quoſcunque arcere ab ingreſſu loci. Et quæ actio competat contra eos, ſi [illegible] non ſuſcipiant. nu. 238.

239. An decretum factum, quòd nullus forenſis recipiatur in locum vſq; ad octo dies, valeat? & nu. 240. 241. & 242. & ſeqq.

243. Verbum liberè, quid importet.

244. Repræſaliarum actio non habet locum in peregrinis & ruſticis, qui eundo, & redeundo plena ſecuritate gaudere debent.

245. Conſuetudo dat iuriſdictionem non habenti.

246. Quibus & ob quas cauſas denegandus ſit introitus. & nu. ſeq.

248. Cuſtodes, an poſſint denegare introitum domino loci peſte infecto. & vſque ad nu. 255. incluſiuè.

249. Pactum, factum inter ſubditos & dominum ſuum, quòd non poſſit niſi cum certo armatorum numero locum intrare, an valeat.

250. Vaſallus, iurans defendere dominum aduerſus quoſcunque, non intelligitur comprehendere ſeipſum, neque patriam, niſi conſtaret dominum iuſta arma mouere contra ipſam. nu. 251. Et an teneatur iuuare dominum malè operantem. nu. 252.

253. Dominus ſuis ſubditis tenetur ad illa ſex, de quibus in iuramento fidelitatis, quæ nos. in c. 1. de forma fidelit. & c. de forma. 22. q. 5.

256. An & quando tempore peſtis poſſit denegare territorium, fugientibus à loco infecto. & nu. 257. vſque ad nu. 259. incluſiuè.

258. Defendere ſe poteſt quilibet etiam cum damno tertij.

260. Sanus quilibet præſumitur, niſi conſtet de contrario.

262. Vbi de maiori agitur periculo, cautiori remedio opus eſt.

263. Sanitatem qualiter quis probare debeat. & nu. ſeq.

264. Iuramento decidenda eſt quæſtio in cauſis ſummarijs.

265. Iuramentum purgationis ei deferendum eſt, in [illegible] procurationis quæritur.

266. Iura-

266. *Iuramento eius; qui res deſert in ciuitatem, ſtandum eſt, an eas vſus ſui cauſa deferat.*

267. *Iupiter omnipotens periuria ridet euntis.*

268. *Bulletino, quod alio nomine dicitur litera dimiſſoria, probatur aliquem non eſſe de peſte ſuſpectum. vide vſque ad num. 289. vbi oſtenditur à quo habendæ ſint literæ dimiſſoriæ, quis eorum tenor ac forma, & id genus alia.*

277. *Saluus conductus, qui alio vocabulo dicitur ſalua guardia, per ſcripturam ſolùm probari poteſt: Et ſcriptura eſt de eſſentia Bulletini.*

278. *Inſtrumentum, & maximè protocollum debet eſſe ſcriptum manu notarij rogati, alias præſumitur falſum.*

279. *Bulletinum ſcribi poteſt etiam ab alio, dum tamen ſubſcribatur per officialem, & quomodo.*

280. *Bulletinum album ſi officialis det amico ſuo, qua pœna veniat puniendus.*

281. *Bulletinum quare ſic nominetur, & quo ſigillo ſignari debeat. & nu. ſeq. Et ſi ſigillum non ſit benè impreſſum, bulletino non erit danda fides. nu. 286.*

285. *Bulletini data debet ſcribi extensè non per literas abaci ſeu ciphras. Et ſi inter cuſtodes & volentes intrare oriatur controuerſia ſuper veritate bulletini, quis erit de hac quæſtione competens iudex. nu. 287. Et an à ſententia talis iudicis, ſi fortè non videatur iuridica, licebit appellare. nu. 288.*

289. *Iudici de facto reſiſtendum eſt, vbi conſtat de eius iniuſticia, & damnum eſt irreparabile.*

290. *Iudex mandans cuſtodibus ſub pœna fuſtigationis, ne quenquam ſuſpectũ de peſte, & præſertim Titium intromittant, & modò venit Titius cum bulletino legitimo, quem cuſtodes intromiſerunt, an poſſit dictos cuſtodes dicta pœna afficere. & nu. ſeq.*

292. *Fuſtigatio eſt minimi gradus meri imperij.*

293. *Præcepto nudo an, & quando parendum ſit.*

294. *Cuſtodes, qui accepta pecunia, ſinunt venientes ſine bulletino intrare locum, qua pœna ſint puniendi.*

295. *Proditores, qui inimicos intromiſerunt deprædandi, & occidendi cauſa, qualiter ſint mulctandi.*

296. *Cuſtodes, ſi dum confabulantur, vel ob eorum negligentiam aliquis ingrediatur locum, an ſint puniendi. Et quid ſi poterant reſiſtere, & non reſtiterunt. nu. 299.*

297. *Cuſtodes, quibus commiſſus eſt populus, debent eſſe vigilantiſſimi.*

298. *Cuſtos equi, vel alterius animalis, ſi ipſum dimiſit in paſcuus, qua pœna teneatur domino animalis, ſi perditum fuerit.*

300. *Statutum, quòd nemo audeat ſub pœna exire locum ſine licentia deputatorum, vel ſine bulletino, an, & quando valeat.*

301. *Statutum domini loci, quòd nemo audeat exire territorium pro molendo, vel laborando, eſt iniquum, & non obſeruandum.*

302. *Statutum, quòd nemo audeat exire locum, niſi ſecum duxerit vnũ ex incolis loci, an, & quando valeat.*

303. *Statuto cauenti ſub pœna, quòd nullus receptet forenſem in loco vel caſtro, an contraueniat recipiens forenſem in ſua caſſina extra caſtrum.*

DEVENIO NVNC AD MODVM, ET normam vbertatis conſeruandæ. Eſt enim modus, & ordo in rebus agendis adhibendus, maximè in
1 conſeruanda vbertate, † quia ex inordinata adminiſtratione, & malo regimine ciuitates depauperantur, fame & peſtilentia deſtruuntur. *l. 1. C. de frum. vrb. Conſtantinopol. lib. 11.* ſic ex imprudenti regimine patrisfamiliâs ſæpè dilabuntur facultates. *l. ius alimentorum. 3. ff. vbi pupillus educari vel morari debeat. & in authent. vt determinat. ſit numerus cler. §. cum verò. verſ. nam ſi aliquis. & c. cum Apoſtolus. e. ſopitæ. c. nuper. de cenſi.* Qui ergò conſeruare ubertatem voluerint, priùs, & ante amnia idoneos ſuſceptores, qui annonam, & pecuniam frumentariam ſuſcipiant, & cuſtodiant, eligere
2 procurabunt. † Debent autem ſuſceptores eſſe nobiles, prudentes, fideles, bonæ conſcientiæ, & optimæ integritatis. *l. 1. C. de conditis in publicis horreis. lib. 10.* habere etiam debent rerum experientiam. *Conſtit. de nou. Cod. confirm. §. ſed*
3 *cùm ſit neceſſarium.* Qui † in principio officij iurare teneantur pro iuſticiæ ratione omni dolo, & fraude remotis iniunctam ſibi ſollicitudinem peracturos. *l. iubemus per hanc diuinam. 12.*
4 *C. de erogat. mil. anno. lib. 12.* † Sic etiam iurant tutor, & curator. *§. fin. in auth. vt ij qui obligatas ſe habere perhibent res minor.* tradit *Bart. in l. legitimos. 5. ff. de legit. tutor.* idem faciunt executores teſtamentorum. *l. de creationibus. 21. C. de epiſc. audient.*

audient. Et idem faciunt rectores hoſpitalium. *Clement. quia*
contingit de religioſis domib. Iurant etiam iudices *in auth. iuſiu-*
randum quod præſta. ab his qui adminiſt. accip. in princ. quod iu-
ramentũ etiam Notarij ſubire tenentur. *c. ad audientiam. De*
5 *præſcript.* Debent autem † ſuſceptores annonæ ſuſceptæ, &
pecuniæ frumentariæ librum conficere, & illum tradere de-
curionibus, qui ipſum ponant in archiuo publico, vt, cùm
opus fuerit, cognoſci poſsit quantitas annonæ, reique fru-
mentariæ. *l. excellentia. 9. C. de erog. mil. anno. l. 1. C. de apochis*
6 *public. lib. 10. & in authent. de coll. in princ.* † Sic etiam tuto-
res librum rationum conficere, & pupillo reddere tenentur,
l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. Sic quilibet obligatus
habitorum, & geſtorum rationem reddere, codicem ratio-
num conſcribere debet. *l. ſi ſeruo ſub conditione rationum. 31. ff.*
de ſtatu lib. facit *l. inter cætera. in nou. edit. l. creditor. 31. §. fin. ff.*
de libert. lega. Aliàs contra non conficientes librum, iurari
poteſt in litem, *ſecundùm Bald. in d. §. officio. & in l. tutor qui re-*
7 *pertorium. 7. in princ. per illum text. ff. de adminiſtr. tut.* † Ita
enim præſumitur contra non facientem librum, ſicut contra
non conficientem inuentarium, *ſecundùm Socin. conſi. 46. cum*
8 *in præſenti. in 2. dub. lib. 1.* † Et ſi ſuſceptores & theſaurarij
aliquid ſcribere omiſerint, in duplum Reipubl. tenentur.
d. l. excellentia. quem *text.* dicit *ſingul. Lud. Rom. ſing. 375. ex-*
ordiente, poſitus ad ſcribendum. vbi dicit, quòd poſitus ad ſcri-
bendum introitus communes, ſi deficiat in ſcribendo ali-
quem particularem, ſibi manus eſt amputanda, *vt in auth. de*
manda. prin. §. coges. Sed ſi ſcribit diminutiuè, ita quòd tota-
liter non omittatur, tenetur in duplum eius, quod omiſit.
9 *d. l. excellentia.* † Tenentur etiam ſuſceptores cuilibet anno-
nam, vel pecuniam frumentariam deferenti apocham de
ſumma recepta facere. *l. frumenta. 6. C. de ſuſcept. præpoſ. &*
arcar. lib. 10. cui apochæ præſtatur plena fides contra ipſum
ſuſceptorem, adeò, quòd contra ipſam apocham non poteſt
opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. *l. in contra-*
ctibus. 14. §. ſed quoniã. C. de non num. pec. & l. 1. C. de apoch. pub.
& l. ſecuritates. 11. C. de ſuſce. & arca. vbi *Andr. de Baru. & Io.*

10 *de Plat.* inferunt, † quòd, ſi camerarius regis, vel ciuitatis confiteatur ſe debitum recepiſſe à debitore regis, vel ciuitatis, illicò debitor eſt liberatus, licèt reuera non ſoluerit. licèt in ſubſidium agi poſsit contra debitorem camerario exiſtente non ſoluendo. Quod, an verum ſit, videndus eſt Sali. *in d. l. in contractibus. §. ſed quoniam.* vbi optimè diſtinguit.
11 † Vbi autem ſuſceptoris negligentia quicquam ex publica annona deperierit, ad damnum ipſius referendum eſt, maximè ſi pluuijs ſtillicidio cadentibus, frumentum fuerit de-
12 uaſtatum. *l. 2. C. de conditis in publicis horr. lib. 10.* † Eſt enim adminiſtrator in maxima culpa, & negligentia, ſi domos, & horrea non inſpexerit, & ſarta tecta reparari non fecerit, in tantum, quòd non erit excuſandus, etiamſi idoneum factorem ad cuſtodiam dimiſerit, quia ſarta tecta per ſeipſum inſpicere debuit, *vt ibi dicitur per Imperatorem, & clarius per*
13 *Bart. explicatur.* † Et ſic nota, quòd, licèt aliàs adminiſtrator magni patrimonij excuſetur, ſi ſubſtitutũ, quem factorem vulgariter dicimus, communi æſtimatione idõneum in adminiſtratione pro ſe poſuerit. *l. argentum. 20. ff. commoda. l. 1. C. de conditis in publ. horr.* tamen quoad prouidendum circa ſarta tecta, & domus reparationem, non excuſatur, ſi ſubſtitutus non reparauerit. *d. l. 2. vbi Bart. & alij notant.*
14 † Quod facit contra tutores, qui ruentes domus pupillorum non reficiunt. Nam tenentur ad omnia damna, & intereſſe.
15 *l. lex quæ tutores. 22. §. ergò & domus. C. de admin. tut.* † Suſceptores etiam, & annonæ præfecti, qui aliquid de publica annona conuertunt in proprios vſus, & quicunque alius, qui annonam publicam ſubtrahit, bonorum publicationis & deportationis pœna plectitur. *l. fin. C. de cond. in publ. hor.* licèt aliàs pro furto ſit impoſita pœna arbitraria. *l. fin. ff. de furt.*
16 † Quæ omnia notanda ſunt contra Officiales, qui de pecunia communitatis detrimento faciunt mercantias. Nam contra tales duriſsimè agunt iura, & acriter ſunt caſtigandi. *l. 2. C. de his quæ ex publ. coll. illat. ſunt non vſurp. lib. 10.* Et vltra criminales pœnas etiam reipubl. tenentur in quadruplum. *l. 1. & 2. vbi Bart. C. de his qui ex publ. ratio. pecu. mut. accep. lib. 10.*

lib. 10. vniuerſaliter in duplum. *l. 2. C. de frument. vrb. Conſtantinopol. lib. 11.* facit text *in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & l. fin. C. de cano. frumenta. vrb. Rom. lib. 11.*
17 † Sed quæritur, quid ſi ſuſceptores, ſeu theſaurarij ex pecunia publica, vel ex frumento publico mercati fuerint, an lucrum inde factum ab eis auferri debeat, & communitati applicari. *Bart. in l. 1. C. de auri publ. perſecutor. per illum textum* determinat, quòd tale lucrum acquiratur reipublicæ. Inquit enim, Nota, *quòd iſti publici exactores non poſſunt pecuniam ſuſceptam redigere in florenos, vel florenos in pecuniam, ſine licentia ſuperiorum,* & ſic omne lucrum inde perceptũ, debet eſſe publicum. Vnde *qui tale lucrum retinet, contra conſcientiam facit,* & fiſcus, ſeu reſpublica illud poteſt repetere. Nam lucrum debet eſſe eius, cuius eſt pecunia, ex qua prouenit. *l. apud Labeonem. 20. ff. de praeſcript. verb. & l. is qui. 13. §. ſi quero. ff. commod.* & idem tenet *Bart. in l. diu minimè. 7. C. de ſuſcept. per illum text.* Ex quo colligit argum. contra eos, qui publicas pecunias retinent, & ex eis mercantur. Et idem dixit *Bart. in l. 1. & 2. C. de his qui ex publ. rat.* quem notat contra mutuantes pecunias communitatis, vel in proprios vſus conuertentes. Sed in contrarium facit, quod decidit Bart. *in l. Titium aut Meuium. 47. §. altero. verſ. quæſitum. ff. de admin. tut.* vbi dicit, quòd ſi tutor eſt debitor in genere de certa pecunia, lucrum talis pecuniæ debet eſſe tutoris, quia etiam damnum ad eum ſpectat, cùm ſit debitor in genere, & genus perire non poteſt. *l. incendium. 11. C. ſi cert. pet.* Sic ergo dicendum videtur in exactoribus, & ſuſceptoribus, qui videntur debitores in genere pecuniæ, vel quantitatis annonæ. Et quod lucrum ſit exactorum, liciteque poſsint retineri, *conſuluit Raph. Cuman. conſil. 178. Theſaurarium. in 2. dub.* Quid igitur tenendum? In pecunia frumentaria, & publica annona teneo *primam opinionem Bartoli,* quòd lucrum totum debeat eſſe reipubl. quia pecunia frumentaria, & ipſum frumentum ſemper debent eſſe parata ad vſum deſtinatum. *l. 2. C. de fru. vrb. Conſtantinopol. & l. 2. §. frumentaria. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* Et quia expreſsè prohibetur ſuſceptoribus,

ne ex

ne ex publica annona, pecuniaque frumentaria mercentur. *d. l. 1. & 2. C. de his quæ ex publ. coll. illa. ſunt. &c. & l. comperimus. 2. C. de nauicularijs. lib. 11.* Ad contrarium reſpondetur, quòd poteſt procedere in theſaurarijs, & exactoribus, qui non tenentur ſemper promptam habere pecuniam reipubl. pro vſibus publicis, vt ſunt exactores, qui ſe obligant intra certum terminum dare reipubl. tantam pecuniam, & ipſi eam à publicis debitoribus paulatim exigunt. iſti benè ſunt debitores in genere, & ideò lucrum ad eos debet ſpectare, quia nihil ad rempublicam, ſi volunt cum debitoribus eiſdē conſignatis mercari, vel aliter ex pecunia exacta lucrari. Nos autem loquimur in ſuſceptoribus & theſaurarijs, quibus pecuniæ publicæ conſignantur ad effectus, vt eas cuſtodiant, & ſemper paratas habeant pro neceſsitatibus reipub. & in iſtis terminis loquuntur *iura not. per Bart.* Et ita conſuluit *Dec. conſil. 6. per totum.* vbi tamen ſubdit, quòd in dubio theſaurarius, vel ſuſceptor non præſumitur lucrum feciſſe de pecunia publica, *vt voluit Bart. in l. facult as. 7. C. de iure fiſc. lib. 10. Cyn. & Guil. in auth. licentia. C. de epiſc. & cler. Bald. in l.*
18 *ſi quis presbyter. 20. C. eod. tit.* Vnum † tamen notandum eſt ad limitationem prædictorum, quòd ſuſceptores, & theſaurarij, licèt non poſſunt pecuniam frumentariam in alios vſus conuertere, quàm in emptionem frumenti, tamen poſſunt hanc pecuniam mutuare piſtoribus, qui aliter non poſſunt officium piſtrini ſuſtinere, niſi ſibi ſubueniatur. Ratio eſt, quia tale mutuū quodammodò tendit ad fines, ad quos præparata erat pecunia frumentaria. *argum. l. ad rem mobilem. 56. & l. ad legatum. 62. ff. de procur.* Et pro hoc eſt caſus
19 *in l. 2. C. de frum. vrb. Conſtant. & ibi not. Bart. & alij,* † inferentes, quòd theſaurarius habens pecuniam publicam, pro ſoluendis ſtipendijs Doct. & militum, licitè poteſt mutuare illas pecunias ſine licentia ſuperioris, Doctoribus & militibus indigentibus libris, armis, & equis, vt valeant melius
20 officium ſuum exercere. † Officium autem ſuſceptoris & theſaurarij debet eſſe annale, & non vltrà, niſi conſuetudo ciuitatis, aut authoritas ordinis decurionum illum per biennium

nium in officio permanere compellat. *l. neminem. 4. C. de*
21 *ſuſcep. & arc.* † Et vbi ordo voluerit ſuſceptorem, theſaurarium, & ſimiles ad biennium refirmare, omnes debent conſentire. Aliàs vno reluctante, non valebit confirmatio, vt eſt *textus vnicus in iure. §. fin. in auth. de defenſ. ciuitat.* quem *ſingularem dicit Lud. Rom. ſing. 96. Heri fui interrogatus. & in not. 147. Ad intelligendam. Felin. in c. cum omnes. col. 10. verſic. fallit. 1. de conſtit. vbi alias authoritates adducit, quas repetit D. Iaſ. in l. iurigentium. §. fin. ff. de pact.* Et illum textum adduxit *Lud. Rom. in concilio Baſilienſi contra dominos meos Auenion. vt patet ex ſuo*
22 *conſil. 452. Quaeritur primò, nunquid domini Aucnionenſes.* † An autem elapſo biennio ordo decurionum iterum poſsit ſuſceptorem in officio refirmare? *Gl. in d. l. neminem.* determinat, quòd non, & ſequuntur *Doct. ibi*, ne videatur ſuſceptor vſurpare dominium dicti officij, & benè probatur *in d. §. fin. in verſ. modis omnib. & ibi gl.* ita expreſsè concludit. Non enim ciuitas vllo modo debet eligere officiales perpetuos, niſi velit rempublicam occupatam, & oppreſſam teneri. *l. 1. & per totum. C. de mun. & hono. non continuand.* declarant rationes &
23 cauſas *Panor. & Felin. in c. fin. col. 2. de iud.* † Suſceptores, & theſaurarij nunquam debent poſt finitum officium ad illud reaſſumi, niſi priùs reddiderint rationem adminiſtrationis. Et generaliter, nullus, qui ex aliqua adminiſtratione praetendatur debitor reipubl. poteſt ad honores in eadem ciuitate promoueri. *l. reſcripto. 6. §. debitores. ff. de muner. & hon.*
24 † Debentque ſuſceptores, & ſimiles illicò poſt finitum officium rationes reddere, vt ſi fuerint inuenti in furto, facilius queant recentem reintegrare iacturam. *d. l. neminem. & facit*
25 *text. in l. 1. C. Vt omnes iudices tàm ciuil. quàm crim.* † In ratione autem reddenda tenentur edocere, quibus titulis ſuſcepta diſpenſauerint, id eſt, quibus nominatim tradiderint cauſam traditionis, & diem. *l. 2. C. de Naucul. & ibi Bart.* dixit notandum hic eſſe textum, qui docet modum conficiendarum rationum. † Pro mala adminiſtratione, & praeſtatione reliquorum ex ordine, primò conuenitur ſuſceptor, mox eius fideiuſſor, demùm in ſubſidium nominator *l. 2. C.*

27 *de ſuſcept.& l. 2. C. quo quiſq; ord. conue. lib. 11.* † Si etiam ciuitas dubitauerit, officiales eſſe de præda ſuſpectos, poterit officium interdicere, & alios ſubrogare. *l. 2. C. de frum. Alexandrin. lib. 11.* Et idem in ſuſpectis tutoribus, & curatoribus, quibus adminiſtratio interdici poteſt. *l. ſi minoris. 25. ff. de admin. tut. in fin. & ff. de ſuſpect. tutor. per totum. facit text. in l.*
28 *fin. C. de lucr. aduocat. lib. 12.* † Et ſuſceptor, vel theſaurarius, qui fraudem in officio commiſiſſe conuictus fuerit, efficitur ineligibilis ad quæcunque officia. *l. 2. C. de Palatin. ſacr. largitio. lib. 12. l. ſi cui. 7. §. iiſdem. ff. de accuſatio.* & idem in Notarijs, & ſimilibus, *ſecundùm Ioan. de Plat. in l. ſi aliquid. 12. per*
29 *illum text. C. de ſuſcept.* † Illud etiam notandum eſt, quòd ſuſceptores annonæ publicæ non debent in horreo publico annonæ, reponere aliquod frumentum priuatum. *l. frumen-*
30 *ta. 6. C. de ſuſcept.* quem textum inducit *Ioan. de Plat.* † contra maſſarios, qui in terris domini intromittunt aliena animalia, quòd non poſſunt hoc facere ſine licentia domini,
31 facit *text. in l. vnica. C. ne quid oneri publico. imp. lib. 11.* † vbi nauita prohibetur in naui deferente publicas ſpecies impo-
32 nere quicquã quod ſit alicuius priuati. † Et illum text. inducit *Bart.* contra eos, qui in dorſo equi conducti ſuperimponunt valiſiam ſiue malam, aut ſocium, vel quodlibet aliud, quia non poſſunt. Et ſi equus deterior fieret, tenerentur ad
33 damna & intereſſe. † Item ſciendum eſt, quòd debitores Reipublicæ ex cauſa frumentaria tenentur præciſè ſoluere, nec exceptionem compenſationis opponere poſſunt. *l. 3. & l. ſi ex venditione. 7. C. de compenſ.* Et *ea ratio eſt*, quia pecunia frumentaria non debet ad alios vſus conuerti, vt ſemper ci-
34 uitas vbertatem ſeruare valeat. Et propterea † datiarij non poſſent opponere exceptionẽ compenſationis contra rempublicam Auenionenſ. pro ſumma ſalariorum noſtrorum, quia in alios vſus ea ſumma conuerti non poteſt, *vt decidit expreſſè Alb. de Roſ. in d. l. 3. per illum text. in verb. neque eius qui ſtatutis ſumptibus ſeruit.* Ad idem *eſt bonus text. in l. au-*
35 *fertur. 46. §. vt debitoribus. ff. de iure fiſ.* † Nec debitores ex hac cauſa frumentaria habent dilationẽ quatuor menſium,

quæ

quæ iudicatis à iure conceditur, ſed illicò cogi poſſunt præciſè ſoluere, quia pecunia frumentaria moram ſolutionis non patitur. *l. 2. §. frumentaria. ff. de adminiſt. rer. ad ciuitat.*
36 *pertin.* † Et contra debitores debitorum fauore vbertatis conſeruandæ exactio fieri pôteſt. *d. §. frumentaria. ſecundùm vnum intellectum. & facit text. in l. in fraudem. 45. §. multa. ff. de iure fiſc.* Et debitor ex hac cauſa poſt moram ad vſuras ſemiſſes olim tenebatur. *d. l. 2. §. ſi indemnitas.* Et ſi frumentariam pecuniam ſuſceptor in vſus proprios conuertiſſet, ad centeſimas vſuras conueniri poterat. *l. qui ſine. 38. ff. de neg.*
37 *geſt.* † Et licèt regulariter ciuitas non habeat tacitam hypothecam in bonis debitorum ſuorum; *l. ſimile priuilegium. 10. ff. ad municipal. traditur per gl. & Bald. in l. 2. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr.* tamen bona debitoris ex cauſa frumentaria ſunt reipublicæ tacitè hypothecata. *l. Imperatores. 9. §. item reſcripſerunt. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertinent.* & præcipuè
38 bona ſuſceptoris pro mala adminiſtratione. nam † bona adminiſtratorum regulariter ſunt tacitè obnoxia reipublicæ, *ſecundùm gl. Pan. & Can. in c. 2. de pign. Bald. in l. ſi pignus. 8. ff. qui pot. in pign. hab. not. in l. 2. C. de iure reip. lib. 11. & in l. fin. C. de debitoribus ciuitatum lib. 11.* Quorum debitorum bona & capi & diſtrahi poſſunt, iuxta formam traditam in *l. 1. & 2. C. de capiend. & diſtrah. pign. trib. cauſ. lib. 10. ſecund. gloſ. in d. §.*
39 *item reſcripſerunt.* At † ſi ſuſceptores, & theſaurarij laudabiliter officio functi ſint, à muneribus perſonalibus immunitatem conſequuntur. *d. l. Imperatores. §. item reſcripſerunt,* σιτώνας, aliàs σιτοδόμας, id eſt, curam annonæ habentes, *vt clariſſimus & eloquentiſſi. collega meus Andreas Alciat. annotauit lib.*
40 *annot. c. 2.* Inſuper † pro conſeruanda vbertate præfecti annonæ poſſunt, cùm expediens videbitur, mittere diſcuſſorem, qui prouinciam viſitet, diſcutiat, & diligenter inquirat quantitatem annonæ: & ſingula capita, numerumque deſcribat, vt ſciatur, an tantum annonæ ſit in prouincia, quæ ſingul. neceſsitatibus ſufficiat? An verò vrgeat neceſsitas præuidendi aduerſus ingruentem inediam? qua nihil durius
41 & populo pernicioſius, *vt dixi in præludijs in 5. q.* † Quam

A a 2 bladorum

bladorum deſcriptionem facere debent abſque damno ſubditorum, nec quicquam pro eo debent extorquere. *§. deinde competens. ibi, pro vbertate neceſſarium. iuncto §. illud tamen, ibi, ſed per quandam occaſionem. in auth. de defen. ciuit. faciunt quæ*
42 *dixi ſuprà in hoc remedio. ver. & malè faciunt bariſelli.* † Et vbi, deſcriptione facta, cognouerint, non plus annonæ in prouincia eſſe, quàm ſit neceſſarium vſibus prouincialium, poterunt edictum proponere, ne quis extra prouinciam annonam deferat ſub pœna, quæ eis conuenire videbitur. Valet enim tale edictum, & obſeruandum eſt, pœna contrafacienti imminente. *l. ſi quis poſt. 6. C. de ædific. priu. l. cotem ferro. in princ. ff. de publ. l. 1. & 2. C. quæ res expor. non deb.* Sed quia ſuper huiuſmodi edicto, ſiue ſtatuto exoriuntur ſæpè variæ dubitationes, non impertinenter ſtatui quaſdã quęſtiones ad declarationem eiuſdem ſubnectere. Quæro igitur primò, ſi ſtatutum puniat exportantem frumentũ, an etiam intelligatur punire exportantes farinam? Videtur, quòd non, quia verba ſtatuti non conueniunt, ergò non conueniet etiam diſpoſitio. *l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. l. quod conſtitutum. 21. ff. de*
43 *teſtam. mil.* † Nam appellatione frumenti non continetur farina, quia frumenti potentia per mutationem in farinam adeò victa eſt, vt ad ſuas vires, ſuaque initia amplius reuerti non poſsit. *l. Iulianus. 9. §. ſed ſi quis. ff. ad exhib. l. quæſitum. 78. §. illud. ff. de leg. 3.* & *ibi* ita determinauit *Dynus*, & ſequitur *Alb. Gand. in tract. male. ſub rubr. de reb. non portand. contra denetum. q. 4. verſ. item pone.* dicens, ita fuiſſe iudicatu Paduæ. Et pro hac parte ſententia facit, quia à verbis ſtatuti non eſt recedendum. *l. non aliter. 69. ff. de leg. 3.* præſertim cùm vocibus etiam largo modo ſumptis, caſus emergens comprehendi non poſsit, *ſecundùm Cy. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. &*
44 *Innoc. in c. literis. de reſcript.* † Tertiò facit, quia per remedium non prohibitum fieri poteſt tranſitus in effectum non permiſſum. *l. & per iuſiurandum. 13. §. ſi fideiuſſori. ff. de acceptilat.* Et propterea dixit *Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ. col. 42. de conſtit.* quòd portando farinã fraudari poterit epiſcopus, cui ex conſuetudine, vel priuilegio debetur certa parua menſura

menſura frumenti pro quolibet modio, quod portatur in ciuitatem *alleg. Rotam in ſuis deciſ. & eſt in meo libro deciſ. 435. in antiq.* Pro contraria opinione, quòd habeat locum ſtatutum, plura adduci poſſunt. Et primò adducitur *text. in l. ſi*
45 *cui lana. 70. ff. de leg. 3.* † vbi lanæ appellatione etiam continetur lana filata, quæ ſemper lana dicitur, donec ponatur in tela. Sic ergò dicamus, quòd appellatione frumenti contineatur farina, donec conuerſa fuerit in panem, & ſic, donec peruenerit ad finem deſtinatum. Et *per hunc text. & hanc*
46 *rationem* ita determinant *Ray. & Bart. in d. §. illud.* † Corroboratur, quia frumenti & farinæ eadem eſt *ὕλη. l. in venditionibus. 9. §. fin. & l. ſeq. ff. de contrahenda empt.* imò, quod dicitur de lana, fortius dicendum videtur de farina, quæ non videtur noua ſpecies à frumento, ſed ea, quæ prius latitabat, detecta potiùs apparet. *l. adeò. 7. §. cum quis. ff. de acquir. rer. dom.* Secundò allegatur text. *in l. ſed Iulianus. in nou. edit. l.*
47 *item ſi filiusfam. 7. §. mutui. ff. ad S. C. Maced.* † vbi prohibitio *Senat. C. Maced.* de non mutuando pecuniam numeratam filiofamiliâs extenditur ad frumentum, & farinam, ne fiat fraus legi. Idem ergò *in caſu noſtro* dicendum videtur, & multò magis, quia non tantum diſtat frumentum à farina, ſicut farina à pecunia numerata, & per iſtam rationem ita determinat *Bald. in l. non dubium. 5. col. 3. C. de legib.* & *idem* voluit *Bald. in l. quod non ratione. 39. ff. eod.* Tertiò facit, quia ratio, & mens ſtatuentium fuit prouidere, ne proueniat cariſtia propter exportationem frumenti, quæ ratio prohibitionis etiam militat in exportatione farinæ, ergò & militabit diſpoſitio. *l. à Titio. 108. ff. de verb. oblig. l. illud. 32. ff. ad L. Aquil.* Et huic opinioni adhæreo in caſu noſtro, quam firmat *Ioan. Ber. in tract. de gab. in 11. q. 2. partic. 7. part. princ.* Ad contraria reſpondeo, verum eſſe, quòd appellatione frumenti de proprietate vocabuli non continetur farina. Et ſi alicui legatum ſit frumentum, non cenſetur legata farina, *ſecundùm Bald. in l. 1. col. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. & Bart. in d. §. illud. vbi etiam gl.* ideò ego non dico, quòd ex vi verbi intelligatur prohibita exportatio frumenti. Sed dico, quòd

48 *ex mente ſtatuentium* prohibitio extenditur ad farinam. † Quæ mens non minus eſt obſeruanda, quàm verba. *l. nominis & rei. 6. §. verbum ex legibus. ff. de verb. ſign.* Et, ſi dicatur, ſtatutum eſt pœnale, & odioſum, ergò non extendendum. *reg. odia. de reg. iur. & reg. in pœnis. eo. tit.* reſpondeo in primis, quòd iſtud
49 ſtatutum concernit publicam vtilitatem, † & vbi agitur de fauore publico, licita eſt extenſio ex identitate rationis. *l. illud. 17. C. de ſacroſanct. eccleſ.* etiam vbi agitur de fauore publico ſecundariò. *l. hoc modo. 64. in fin. ff. de condi. & demonſtr.* Etiam in pœnalibus. *l. cætera. 41. §. hoc ſenatusconſultum. & ibi Iaſ. in 5. not. ff. de leg. 1. traditur per Felin. in c. translato. col.*
50 *5. de conſtit.* † Statuta enim pœnalia, & exorbitantia ex identitate rationis extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, *ſecundùm Bald. in c. 1. §. porro. quæ fuerit prim. cauſ. benef. amitt. in vſib. Feud.* Et licèt ſint, qui contrarium velint, *tamen iſta eſt* COMMVNIS *Dd. ſententia, ſecundùm D. Iaſ. in l. fin. ff. de in ius voc. & Felin. in proœ. Greg. in verb. Gregorius. col. 5. & c. fin. colu. 9. de conſti. & c. nonnulli. col. 20. de reſcript.* Ad tertium, quòd per medium non prohibitum poſsit fieri tranſitus in effectũ non permiſſum, conceditur, dummodò dolus, & fraus abſint. *l. per diuerſas. 22. & l. ab Anaſtaſio. C. mand. Ad deciſionẽ Rotæ* reſpondetur, quòd *Rota* non ſe firmat, ſed arguit hinc inde; & *collector in ſumma* tenet, quòd epiſcopus debeat habere debitam portionem etiam de farina. Præterea ibi non agitur de fauore publico, meritò igitur in caſu illo non eſt
51 facienda extenſio, † cùm talia datia, & exactiones de rebus, quæ portantur in ciuitatẽ, ſint contra ius, & propriæ extorſiones, quas propterea licitum eſt fraudare, *ſecundùm Bart. in l. vectigalia. 10. ff. de publica.* Quod intelligendum eſt, quando tales exactiones, non fiunt ad publicam vtilitatem, aliàs non liceret eas fraudare, *ſecund. Inno. in c. innouamus. de cenſib.* Et quæ dicta ſunt contra exportantem farinam, intelligo
52 etiam procedere contra exportantes panes. † Licèt enim appellatione frumenti non contineatur panis: *l. 1. vbi not. Bart. C. de frum. vrb. Conſtantinopol. lib. 11.* tamen ex identitate rationis, idem dicendum in exportante panem, quod eſt diſpoſi-

diſpoſitum in exportante frumentum, & maximè ne fiat fraus ſtatuto. *l. fraus enim legi. 30. ff. de legib.*
53 † Secundò quæro, ſtante prædicto ſtatuto, an liceat exportare legumina? Videtur, quòd non, quia fauore publico, & ex rationis identitate extenſio facienda videtur etiam ad legumina, *per ea, quæ dixi in præcedente q.* In contrarium facit, quia frumenti appellatione non comprehenduntur legumina. *l. frugem. 77. §. frumenti. ff. de verb. ſign.* Et iſtud credo verius. Non obſtat ratio publicæ vtilitatis, quia non ſubeſt eadem ratio, ſeu ſaltem tanta prohibendi legumina, ſicut frumentum. Vnde
54 cùm † non ſit æqualis ratio, non debet fieri extenſio, vt declarat *Chriſtoph. Port. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. in princ.*
55 † Sed quid ſi ſtatutum puniat exportantē triticum, an etiam puniri debeat exportans legumina? Dicerem, quòd ſic, quia tritici ſignificatio ampla eſt, comprehendens omne, quod terra ſeritur, & ſic etiam legumina & etiam melicam, *ſecundùm gl. in l. triticum. 94. ff. de verb. oblig. & ibi Dd. ſequuntur.*
56 † Sed quid ſi ſtatutum prohibeat exportari bladum, an etiā legumina exportari prohibeantur? Reſpondeo, quòd ſic, *ſecundùm gl. & Bart. in l. 1. §. de eo. ff. de aqua plu. arc. & Iohan.*
57 *Bert. in d. tract. de gab. loco præallegato.* † Tertiò quæro, an ſtante prædicto ſtatuto, quòd non liceat exportare frumentum, an ſaltem licebit exportare hordeum, ſpeltam & auenam? Videtur non licere, quia continentur ſub appellatione frumenti, quod comprehendit omne, quod ariſta ſe continet. *d. l. frugem. §. frumentum. & ibi gloſ.* ex hoc infert, quòd hordeum, ſpelta & auena ſunt de genere frumenti, quia ariſta etiam clauduntur. In contrarium, quòd ſtatutum locum non habeat, videtur *text. in l. modios. 9. C. de ſuſceptor. præpoſ. & arcar. lib. 10. & ibi not. Ioan. de Plat.* quòd appellatione frumenti non venit hordeum. Breuiter, ſi tollas communem vſum loquendi, *prima opinio* præualebit. ſed de communi uſu loquendi appellatione frumenti non comprehenduntur, hordeum, ſpelta & auena, ideò ſtatutum locum non habebit, quia debet intelligi ſecundùm communem vſum loquendi. *l. cùm de lanionis. 18. §. aſinam. ff. de inſtructo vel inſtrum.*

ſtrum.leg. Et ſecundùm communem vſum loquendi procedit
text. in d. l. modios. ſecundùm Imol. Alex. Aret. & Mod. in d. l.
triticum. vbi etiam inferunt ad eum, qui accuſauit Titium de
furto frumenti, & probauit hordeum furto fuiſſe ſubtractũ,
an debeat obtinere? & Alex. credidit, quòd ſic, per d. l. fru-
58 gem. licèt Ang. & nonnulli contrarium aſſeuerent. † Quartò
quæro, an ſtatutum prohibens exportari victualia, intelli-
gatur etiam prohibere extrahi fœnum, auenam, hordeum,
& ſimilia ad victum equorum deputata? Videtur quòd ſic,
quia dicit Canon, viſitatori danda eſſe victualia, & ſub hoc
nomine includuntur hordeum, fœnum, & ſimilia neceſſaria
pro equitaturis. c. cum Apoſtolus. de cenſi. c. ſi epiſcopus. de offic.
ord. lib. 6. Reperio Bald. conſil. 192. Quidam nomine Vicius. lib. 5.
formare ſimilem quæſtionem, videlicet, an auctionatores
prohibiti emere victualia ante horam nonam, poſsint ante
illam horam emere hordeum, fœnum & ſimilia? Reſpon-
det, quòd inſpecta proprietate vocabuli non poſſunt, ſed
attento communi vſu loquendi poterunt emere hordeum,
fœnum, & his ſimilia, quia ſecundùm communem vſum lo-
59 quendi appellatione victualium ſolùm neceſſaria † ad vi-
ctum hominis comprehenduntur per excellentiam. l. verbo
60 victus. 43. ff. de verb. ſign. † Quintò quæro, an ſtatutum puni-
ens exportantem vinum, habeat locum in exportante vuas?
De proprietate ſermonis arbitror, locum non habere. l. fin.
§. cui dulcia. ff. de vin. trit. oleoq. leg. Sed ex mente, & ne fiat
fraus ſtatuto, puto ſtatutum extendendum ad exportantem
vuas, per ea quæ dixi ſuprà de farina. & ita decidit Bald. in l.
61 quod non ratione. ff. de legibus. † Sed an prædictum ſtatutum
puniens exportantem vinum etiam intelligitur punire ex-
portantem aquarium ſeu poſcam, quam Auenionenſ. tram-
pam appellant. Ioan. Ber. in tract. de gabel. q. 7. 2. partic. 8.
partis princ tenet quòd non, dicens ita conſuluiſſe D. Simo-
nem Siculum, per text. in l. ſi quis vinum. 9. ff. de vin. trit. ol. lega.
quæ mihi hoc non probat, imò potiùs facit in contrarium.
Vnde crederem, quòd ſi vinum præualeat aquæ, ſtatutum
locum habeat, aliàs de facili poſſet ſtatutum fraudari, contra
l. fraus.

62 *l. fraus. ff. de leg.* † Sed an habeat locum contra exportantem cereuiſiam, Zidronicum, Zythum aromatitium & ſimilia vina artificioſa? Breuiter caſus eſt, quòd non, *in d. l. ſi quis vi-*
63 *num.* † An autem ſaltem procedat contra exportantem acetum? Reſpondendum, quòd non, quia appellatione vini non continetur acetum. *d. l. ſi quis vinum. §. item acetum. gl. Bart. & ſcrib. in l. 1. ff. eod. tit.* & ita reſpondet *Salic. in l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. ſequitur Ioan. Ber. vbi ſuprà. & Io. de Plat. in l. 1. per illum textum. C. de erogat. milit. anno. lib. 12.*
64 † Sextò quæro, an exportans phialam cauſa guſtus incidat in pœnam dicti ſtatuti. *Bald. in l. 1. C. quæ res expor. non poſſ. per illum text.* reſpondet, quòd ſic, ſed *Sali. ibi* contrarium dicit eſſe verius. Ad *illum textum* reſpondet ſpeciale in illo caſu, quando defertur vinum ad barbaros hoſtes guſtandi gratia, nullam tamen adducit ſpecialitatis rationem, ſed ea eſſe potuit, ne eius liquoris guſtu admoniti barbari arma in nos vertant, vt de Gallis ſcripſit *Titus Liu. lib. 5. in hæc verba*: Gentem Gallorum traditur fama dulcedinis frugum, maximè vini, noua tum voluptate captam Alpes tranſijſſe, & invexiſſe in Galliam vinum illiciendæ gentis cauſa. Quid tenendum? *pro Bald. facit*, quia vno prohibito, cenſetur omne prohibitum, per quod peruenitur ad illud. *l. oratio. 16. ff. de ſponſ. c. conſtitutus. c. ex tenore. de conceſ. præb.* Quod etiam in pœnalibus videtur locum habere, *per ea*, quæ volunt *gl. Pan.*
65 *& alij in c. 1. de poſtul. prælat. Pro Sali.* autem facit, † quia pœna impoſita contrahenti matrimonium, non cenſetur impoſita contrahenti ſponſalia, per quæ ad matrimonium peruenitur, *ſecundùm gl.* COMMVNITER *approbatā in cle. 1. de conſang. & affin. Bald. in l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius*
66 *vocabitur.* & conſuluit *Dom. Alex.* † quòd prohibitus facere molendinum ſub pœna, non incidit in ſtatutum faciendo aquæductum. *ita Alex. conſil. 196. conſideratis verbis inſtrumenti. lib. 2.* Et *per iſtud vltimum* reperio, quòd hanc opinionem *contra Bald.* format D. Iaſ. *in l. 2. col. fin. de iuriſd. omn. iud.* licèt *de Sali.* mentionem non faciat. Et *hanc Sali. opinionem* etiam tenet *Io. Ber. in d. tract. de gabell. q. 17. in 2. partic. 8. part.*

 princ.

princ. Et iſta opinio tanquam humanior etiam mihi placet.
67 Pro † quo facit, quia ſtatutum illud non videtur debere verificari in eo, qui aliquid modicum vini, vel bladi exporta-
68 uit. † Sicut ſtatutum puniens falſificantem monetam, non habet locum in eo, qui quoſdam bagatinos paruos falſificauit, *ſecundùm Do. Alex. conſil. 104. Statutum loquens. col. 2. lib. 1. per text. in l. ſenatus. 43. §. Marcellus. ff. de leg. 1.* facit, quia ſtatutum prohibens alienationem rerum immobilium in forenſes ſub pœna, non habet locum in eo, qui alienauit rem vilem & modicam, *vt per D. Iaſ. in l. ſciendum. 15. in princ. col. 9. ff. qui ſatisd. cog.* vbi plura reducit ſimilia, quæ poſſent hîc
69 addi. Non obſtat † regula *d. l. oratio. ff. de ſponſal.* quia non habet locum quoad pœnam, *ſecundùm gl. in d. cle. 1. & D. Iaſ. in d. l. 2. & latius per eundem. in l. quo minus. 2. in 9. not. ff. de flu.* Et dato, quòd etiam procederet in pœnalibus, *prout tenet gl. & Pan. in d. c. 1. de poſtul. prælat.* illud verum eſſet, vbi eadem ratio militaret etiam in eo, per quod peruenitur ad prohibitum, aliàs ſecùs. *l. 1. C. ſi rect. prouinc. vbi Cyn. & Bald.* ita declarant hanc regulam. *Alex. in d. conſil. 196.* adducens ſi-
70 mile † argumentum de toto ad partem, quòd non tenet, vbi non concurrit eadem ratio, quæ eſt in toto. *l. ſed & ſi lege commiſſoria. 25. §. adeò. ff. de petit. hæred.* In propoſito ratio prohibitiua exportationis vini, & frumenti, fuit ratio auertendæ penuriæ, quæ non militat contra exportantem quid mo-
71 dicum vini cauſa guſtus. † Septimò quæro, an repertus in via cum frumento, vel vino exportari prohibito, poſsit puniri pœna ſtatuti? Iſta quæſtio habet duo capita. Primum eſt, quando conſtat, quòd repertus in via volebat exportare. Secundum eſt, quando dubitatur. Circa primum videtur, quòd puniri poſsit. *per text. in l. cotem ferro. 11. §. dominus nauis. ff. de publ.* vbi ex ſola impoſitione rerũ prohibitarum in naui, confiſcatur nauis. Ad idem facit text. *in l. 3. §. & qui volens. ff. de re milit.* vbi repertus in fuga, & apprehenſus, capite punitur, ac ſi ad hoſtes aufugiſſet, & ad idem eſt text. *in l. quis*
72 *ſit fugitiuus. 17. §. idem Celius ait. ff. de ædil. edict.* † Et virgo dicitur corrupta, quæ iter arripuit ad faciendũ ſe corrumpi.

31. q. 1.

31. quæſt. 1. c. ita notandum. §. 1. Nam prohibitus in termino, cenſetur etiam prohibitus in via, per quam peruenitur ad terminum. *c. nam concupiſcentiam. de conſti. & ibi Bald. in ſpecie refert* ad hanc quæſtionem, & concludit, quòd repertus in via puniri debeat. Pro contraria parte ſtringunt plura. Primò *text. in l. qui falſam monetam. 19. ff. ad l. Cornel. de falſ.* vbi falſi pœna punitur, qui incœpit facere monetam falſam, etſi nondum illam falſificauerit in totum. (*Hæc lex contrarium dicit*) Sic ergò, qui cœpit exportare, licèt non peruenerit ad locum, videtur puniendus. Secundò facit, quia conatus non punitur, niſi in atrocioribus. *l. ſi quis non dicam rapere. 5. C. de epiſc. & cler.* Sed iſtud delictum non eſt de atrocioribus, ergò &c. Tertiò facit, quia iter eſt de præparatorijs neceſſarijs ad exportationem, ergò pœna impoſita extrahenti non debet intelligi impoſita etiam facienti præparatoria. Sicut etiam dicimus, quòd pœna impoſita committenti adulterium, non eſt extendenda ad oſculantem libidinis
73 gratia, *vt not. Mod. in rubr. extra de iud.* † quia in pœnis non eſt licita extenſio. *reg. in pœnis. de reg. iur. in Sexto.* Quod ego credo verum, ſi nulla ratio adducatur, quæ ſit fundamentum extenſionis, *vt latè deduxi in d. rubr. de iud.* Quid tenendum? *Doctores in iſto* puncto dicunt COMMVNITER inſpicienda eſſe verba ſtatuti. aut enim ſtatutum loquitur per verba præteriti perfecti, ſeu plusquamperfecti, vt ſi quis exportauerit, vel extraxerit, & tunc repertus in via non poteſt
74 puniri pœna ſtatuti. † Quia verba præteriti perfecti, vel pluſquamperfecti requirunt actum conſummatum. *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris.* repertus autem in via, non dicitur exportaſſe, ſicut lupus, qui exit ſyluam, non tamen exiuit. *ſecundùm gl. in l. arboribus. 12. §. idem tractat. ff. de vſufr.* & ita reſpondet *Alb. Gan. in tract. male. ſub rubr. de reb. non portan. contra deuetum. & Bald. in d. l. ſi quis non dicam. & in l. ſi fugitiui. 3. & ibi latè Barthol. Cæpoll. Veron. C. de ſeruis fugit. Bald. in l. 4. C. de naut. fœn. & in l. non dubium. 5. C. de leg. Felin. in c. ſignificauit. ad fin. de iud. D. Iaſ. in l. ſi quis id quod. 7. col. 6 ff. de iuriſdict. om. iud.* Et iſtud ex multis poteſt comprobari, quæ

reduxit *Felin. in c. ad hæc. de reſcr. & in c. ſignificauerunt. col. fin.*
75 *de teſtib. & Iaſ. in d. l. 1. §. fin. ff. quod quiſq; iuris.* Aut † ſtatutum loquitur per verbum futuri indicatiui, puta, ſi quis exportabit, quod rem cœptã ſignificat. *l. cum fidei hæredis. 9. l. qui teſtamento. ff. de fideic. lib. & tradit Bart. in l. filiusfamiliâs. 114. §. diui. col. 2. & col. 5. vbi Alex. & Mod. ff. de lega. 1.* Vel ſi loquatur per verbum præſentis ſubiunctiui, vt ſi quis exportet, iſtis caſibus, repertus in via deberet puniri pœna ſtatuti. Et *iſta opinio eſt* Commvnis, quam ſequitur etiam *Io. de Plat. in l. qui fiſcales. 5. C. de naui. lib. 11. & ibi alleg. idem tenere Bald. in d. l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. & D. Alex. in l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. ff. de verb. obl.* Ego tamen valdè dubito ſuper iſta diſtinctione, quia video, quòd non ſeruatur de conſuetudine, ſed omnes reperti in via eadem pœna puniuntur, ac ſi exportaſſent, quia cenſentur delictum conſummaſſe, cùm per ipſos non ſteterit, quò minus conſummauerint, vnde videntur puniendi, ſicut is, qui inchoauit facere falſam monetam. Vnde poteſt aliter diſtingui, aut repertus in via ſponte iam retrocedebat, quando fuit repertus, & tunc nullo modo punitur, *ſecundùm Imol. in c. 2. ad fin. de conſuet. & Bart. in d. l. qui falſam.* Aut repertus fuit in via continuando iter, in exportando. Et tunc, aut captus in via confitetur, quòd exportaſſet, niſi fuiſſet prohibitus, & tunc puniendus eſt pœna ſtatuti, *ſecundùm Alberic. de Roſ. in d. l. ſi fugitiui. & Ioan. Ber. in tract. de gabell. q. 14. vltimæ partis. ver. circa prædicta.* Aut non confitetur, licèt præſumptio ſit contra eum, non tamen venit pœna ſtatutaria puniendus, quia poterat pœnitere, antequam perfectè exportaſſet, & in iſtis terminis procedit *opinio* Commvnis. Poteſt tamen etiam iſto caſu alia pœna mitiori arbitrio iudicis caſtigari, *ſecund. Vber. de Bob.* quem refert & ſequitur *Alb. Gand. in d. rubr. de reb. non port. contr. deue. per textum cum gl. in d. l. ſi fugitiui.* dicens, quòd ſi pœna ſtatuti eſſet amiſsio bladi, & decem li-
76 brarum, altera iſto caſu ſufficiet, *ſequitur Bald. in d. l. 3.* † quia non eſt ſine crimine, qui incipit delinquere, licèt non perfecerit. *l. 1. §. fin. ff. de extraord. crim. ſequitur Barth. Vero. in d. l. ſi fugi-*

ſi fugitiui. Spec. tit. de conſtit. §. 1. Salic. in l. 1. C. de rapt. virg. Circa ſecundum caput, quando dubitatur, an repertus in via vellet exportare vel ne, Exemplum, repertus in via cum frumento, aſſerit, quòd volebat illud portare ad molendinum, vel ad caſsinam ſuam pro ſeminando, an tunc euitabit omnem pœnam? *Alb. Gand. in loco præallegato* arbitratur, recurrendum eſſe ad coniecturas. Et vbi nulla ſubſit coniectura, ex qua præſumi poſsit, quòd voluerit portare extra territorium, abſoluendus eſt, quia in dubio promptiores eſſe debemus ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. *l. abſentem. 5. ff. de pœn. l. fauorabiliores. 167. ff. de reg. iur.* Et maximè ſi molendinum, vel caſsina eſſent vicina. *arg. l. Pedius. §. pen. ff. de incend. rui. naufr.* & ſi reperitur in loco non ſuſpecto, ſtandum eſt iuramento ipſius reperti, *ſecundùm Bald. in d. l. ſi quis non dicam. col. 3. per text. in l. vnica. C. de littor. & itiner. cu-*
77 *ſtodia. lib. 12.* † Debet enim iudex in pœnis imponendis vti circumſpectione, & omnia conſiderare. *l. perſpiciendum. 11. ff. de pœn.* Vbi verò ſubſunt aliquæ coniecturæ probabiles, quibus præſumi poſsit, quòd vellet tranſportare extra territorium, arbitrio iudicis erit puniendus, *modo quo ſuprà dixi.* Quæ autem, & quales coniecturæ ſufficientes ſint, ad hanc
78 præſumptionem inducendam, † prudens iudex examinabit,
79 & nos aliquas hîc explanabimus. † Prima coniectura colligitur ex loco, in quo repertus fuit cum frumento. Repertus enim ire per deuia, & extra vias vſitatas, præſumitur exportare contra decretum. *l. ſi quis per publicum. 5. ff. de curſu publ. lib. 12. & ibi not. Bart. & idem firmat Bart. in l. 2. C. eod. tit.*
80 † Sic etiam præſumitur contra eum, qui egreditur, vel ingreditur aliter, quàm per portas. *l. fin. ff. de rer. diuiſ.* Ideò dice-
81 bat *Ioan. de Plat. in d. l. 2.* quòd † repertus recedere à loco commiſsi delicti, præſumitur culpabilis, ſi fuerit inuentus recedere per deuia, & loca non conſueta, quæ *præſumptio iuncta cum alia qualitate erit ſufficiens ad torturam, ſecund. eum.* Ad idem facit *text. in l. qui fiſcales. 5. C. de nauicul. lib. 11.* vbi *Bart. not. & dicit quaſi ibi eſſe caſum de hoc,* & quòd ex

82 eadem lege infertur practica. *d. l. ſi fugitiui.* † Notat etiã *ibi Bart. illum textum* contra ambaſiatores, qui vadunt per vias tranſuerſas, & indirectas, vt diutiùs ſtent in legatione, & magis lucrentur. Non enim pro tali tempore ſalarium ipſis debetur, pro quo eſt optimus *text. in l. non ſolùm. 10. ff. de excu-*
83 *ſatio. tut.* quem *ibi not. Iac. de Are.* † contra apparitores & nuncios, quibus ſoluitur merces ad rationem milliarium, vt attendenda ſit via recta & vſitata, *iuxta no. in l. rem non nouam. 12. C. de iud.* & nihil debeant habere pro circuitibus. Et contra eos eſt etiam *text. in l. veteres. 4. & ibi not. Bart. ff. de itin.*
84 *actuq́ʒ priu.* † Et iſta faciunt contra vecturales, qui omiſſa recta & ſolita via, iter faciunt per deuia, & per circuitus, quia non plus debent conſequi, quàm ſi iuiſſent per viam rectam.
85 † Quin imò ſi eundo per inſolitas vias fuerint ſpoliati, vel aliud periculum incurrerint, caſus ille cedit eorum periculo. *l. qua actione. 7. §. 1. ibi, negligentius per lubricum tranſeunt. ff. ad l. Aquil.* & iſtud expreſsè dixit *Bald. in l. 3. de nau. fœ. & Ang.*
86 *in l. Imperator. 25. ff. de app.* Hinc eſt, quòd † dominus loci, qui tenetur ad emendationem damnorum, ſi non teneat vias ſecuras, *vt dixi ſuprà in 2. remed.* tamen excuſatur à violentia, & rapina facta tranſeunti per vias indirectas, & inuſitatas,
87 *ſecundùm Bart. in l. 1. ff. de his qui deie. vel eff.ud.* † Quæ omnia ſanè ſunt intelligenda, ſi via recta ſit ſecura, aliàs ſi eſſet aquis inundata, vel ab hoſtibus occupata, tunc excuſatur, qui vadit per viam inuſitatam, & indirectam, & ceſſat ſuſpicio contra eum. *arg. l. 2. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cau. l. imò. 16. ff. de liberal. cauſ. & ita dixit gl. in l. eos. 27. §. fin. ff. ad l. Cornel. de*
88 *falſ.* voluit *Bart. in d. l. veteres.* † vbi concludit, ſemper eligendam eſſe viam breuiorem, niſi ſit ſuſpecta, quo caſu eundum eſt per longiorem. Eſt enim ſecurior via potiùs eligenda, *ſecund. Bart. in l. continuus. 137. §. cum ita in fin. ff. de verb.*
89 *oblig.* † Et terreſtris, quia tutior, eſt amplectenda potiùs, quam naualis, *ſecundùm Ioan. Andr. in c. olim. 1. de except. & Imol. in d. §. cum ita. allegat gl. in l. qui petitorio. 36. ff. de rei vend.* & idem dixit *Imol. in c. nonnulli. in princ. col. 1. de reſcript.* Et hac de cauſa dicebat *Ægid. Bellamer. deciſ. 487.* quòd curſores

euntes

euntes per vias diſtortas propter guerras, vt hoc infelici tempore faciunt propter bella, quæ inter regem Romanum, & regem Franciæ, proh dolor! circumſonant, habere debent pinguius ſalarium. Quod etiam voluit *Sal. in d. l. 3. C. de naut. fœn. & Barthol. Cepoll. Vero. in d. l. ſi fugitiui. & facit quod in ſimili dixit gl. in l. non ſolùm. §. 1. de excu. tut. ad idem bo. text. in l. tempus. 4. ff. de vacatio. muner.* Et prohibitus exportare frumentum per vias indirectas, non punitur eundo per illas, ſi viæ rectæ non ſint tutæ, *ſecundùm Alb. de Roſ. in prima part.*
90 *ſtat. q. 57. ſequitur Barthol. Vero. in l. 3. col. 8. ff. de verb. ſig.* † Si ergò aliquis reperiatur cum frumento in confinibus territorij per cuſtodes deueti, præſumitur, quòd velit exportare, *ſecund. Bald. in d. l. ſi fugitiui. & Flor. in l. arboribus. 12. §. idem*
91 *tractat. ff. de vſufr.* † Et idem præſumendum eſt, ſi fuerit repertum frumentum in littore maris vel fluminis, vbi adſunt naues paratæ ad exportandum, *ſecundùm Bald. in l. pen. C. quæ*
92 *res vend. non poſſ. per illum text.* † Sed pone, quòd cum rebus prohibitis reperiatur aliquis in cabana ſeu tugurio ibi moram fortè trahens, vel propter pluuiam, vel ad dandum pabulum ſeu præbendam equis, an credendum ſit ei aſſerenti ſeipſum pœnituiſſe, & velle transferre ad domum res ipſas, ita quòd euadat omnem pœnam, *iuxta ea quæ ſuprà concluſa ſunt?* Breuiter reſpondetur, quòd arbitrio iudicis puniri poterit, *ſecund. Ioan. Andr. in addit. Spec. tit. de conſtit. §. 1. ſequi-*
93 *tur Ioan. Ber. in d. tract. de gab. quæſt. 14. vlt. part.* † Secunda coniectura elici poteſt ex verbis antea prolatis per exportantem, puta ſi probetur, quòd priùs dixerit velle extrahere frumentum. Nam ſi poſtea reperiatur in actu exportationis, non præſumitur mutata voluntas, *l. eum qui. 22. ff. de probat.* Primò præſumitur, quòd velit propoſitum exequi, quia
94 † nemo præſumitur dixiſſe, quod facere non propoſuerit. *l. Labeo. 7. ff. de ſuppell. legat.* & ita decidit *Bald. in d. l. ſi fugitiui. Flor. in d. l. §. idem tract. Ber. in 13. quæſt. vlt. par. ver. & ſubdit. Salic. in l. 3. C. de nautico fœnor.* vel ex verbis prolatis
95 per deprehenſum, in actu apprehenſionis, † puta ſi dixerit, ſe deferre illud frumentum ad domum ſeu caſsinam alicuius vicini,

vicini, & ille neget, tunc ratione mendacij conuincitur, *ſecundùm Sali. in d. l. 3.* & benè facit *dictum Bart. in l. fin. ff. de*
96 *queſt.* Tertia † coniectura ſumitur ex qualitate perſonæ deferentis, puta, ſi fuit aliàs conuictus de ſimili exportatione, *argum. l. non omnes. 5. §. à barbaris. ff. de re milit.* facit *reg. ſemel malus. de reg. iur.* ad quam poſſem infinita reducere, ſed non expedit hîc tranſportare, ne incidam in pœnam deuetus,
97 qua alios puniendos affirmo. Quarta coniectura † elicitur ex qualitate, & quantitate rerum, quas reperitur exportare, *argum. l. quæro. 58. §. fin. ff. de ædil. edict.* Quid enim, ſi pauper reperiatur in via cum decem, aut viginti equis oneratis frumento, & dicat ſe velle ire ad molendinum, certè hoc non eſt præſumendum, nec veriſimile, cùm pauper ruſticus
98 non egeat tanta, ac tali farina. † Nam ſolent ruſtici comedere panem ex hordeo, fabis, milica, milio & ſimilibus confectum, non ex puro frumento, *ſecundùm gl. in l. ſeruis vrbanis.*
99 *99. ff. de leg. 3. & Fel. in c. cum omnes. col. 17. de conſt.* † Quinta colligitur coniectura ex modo, & ordine deferendi. Quid enim, ſi aliquis reperiatur cum ſocijs armatis exportare res prohibitas, & dicat ſe ire ad caſsinā vel molendinum? Certè quia arma ſumpſit, ergò præſumo, quòd ea ſumpſerit animo reſiſtendi contra cuſtodes deueti, caſu quo vellent eum
100 capere. † Nam deferens arma, in dubio præſumitur deferre
101 animo malè agendi. *l. 1. ff. ad l. Iul. de vi.* † Et maximè contra ruſticos vrget hæc præſumptio, quia ipſi omninò prohibentur arma deferre, *vt in §. ſi quis ruſticis. in tit. de pac. ten. in*
102 *vſib. feud.* † Octauò iuxta præmiſſa quæro, quid ſi non reperiatur in via, ſed reperiatur occultaſſe frumentum in aliquo loco extra ciuitatem, puta in ſuburbijs, vel in campis, an aliqua pœna teneatur? Videretur fortè quòd non, quia licèt occultauerit, non tamē repertus fuerit exportare. *Sol.* pœna ſtatuti nō videtur poſſe puniri, ſed alia mitiori arbitrio iudicis eum caſtigandum cenſeo, *arg. l. quis ſit fugitiuus. 17. §. idem ait interrogatus. ff. de ædilit. edict.* & idem reſpondet *Barthol. Capoll. in d. l. ſi fugitiui. col. antepen.* Paria enim ſunt, vel quòd fuerit repertus in actu exportationis, vel quòd repert⁹ fuerit

occultaſſe

occultaſſe cauſa exportandi. *l. ſi concubina. 17. §. res amotas.*
103 *ff. rer. amotar.* † Subdit tamen idem *Barthol. Capoll.* eum puniri non poſſe, ſi ſolùm repertus fuerit aptare ſalmas, & præparare equos, quia talia ſunt præparamenta remota, nec faciunt rem deſinere eſſe integram. *l. ſi pecuniam. 5. in princ. ff. de condict. cauſa data.* & dicit ita notare *Bald. in d. l. arboribus. ff. de vſufr. in apoſtill.* Nonò quæro, quid ſi ſtatutum dicat, quòd inuentas portare frumentum &c. puniatur &c. Et probetur per teſtes, quòd exportauit, an poſſit puniri pœna ſtatutaria? Videtur quòd ſic, quia ratio ſtatuti ne reſpublica careat annona, militat etiam contra exportantes, qui non fuerunt
104 capti, & apprehenſi in via. In contrarium facit, † quia inuentus non dicitur, niſi is, qui fuit perſonaliter apprehenſus. *l. ſi Barſatoram latron. 13. C. de fideiuſſ.* Et *per illum text.* infert ibi *Bart.* ad ſtatutum puniens inuentum deferre arma, vt ſolùm comprehendat captum cum armis, *& allegat etiam text. in l. 1. in princ. de acquir. poſſ.* qui mihi probat *oppoſitum, vt infrà* ſubijciam. Et hanc deciſionem *Bart.* ſequuntur *Imol. Paul. Alex. & D. Iaſ. in d. l.* & fuit *deciſio Cyni in l. licet. 4. C. de acquir. & retin. poſſ.* Et per illam *l. ſi Barſatoram.* infert *ibi Alb. de Roſ.* ad ſtatutum puniens inuentum ludere ad taxillos, vt non procedat, niſi inuentus capiatur per officiales in ludo. & idem dixit *Alb. in 2. part. ſtat.* Et per text. *in d. l. ſi Barſatoram.* deciditur, quòd ſtatutum puniens mulieres artificum, inuentas portare perlas, & gemmas, non habet locum, niſi contra mulieres actualiter apprehenſas. ita *Bald. in l. item lapilli. 3. ad fin. ff. de rer. diuiſ.* ſequitur *Iaſ. in l. 1. col. 16.* vbi ſimiles deciſiones adducit. Et vltra eum facit, quòd conſuluit *Cap. conſil. 23. Spectabiles domini prætores. col. 1.* vbi conſuluit, quòd ſtatutum puniens repertum committere fraudem in arte lanæ, non habet locum, niſi contra repertum actualiter, non contra conuictum per teſtes, *per text. in d. l. ſi Barſatoram.* Et ſtatutum puniens inuentum in domo alterius de nocte, intelligitur de inuento apprehenſo, non conuicto per teſtes, *ſecundùm Alex. conſil. 24. Animaduerſis. col. 9. lib. 2.* Et ſi ſtatutum dat præmium inuenienti bannitum, intelligitur de

 eo,

eo,qui bannitum ceperit, *ſecund. Guil. Alb. Ang. & Mod. in l. 1. §. fin. ff. quod quiſq; iuris. &c.* & ad idē adducitur *text. in l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. poſſ. & ibi D. Alex. cōprobat ex pluribus.* Ad idem facit text. *in l. ſi fullo. 2 iuncta gl. ff. de condict. ſine cauſ.* & ibi *Paul. de Caſtr.* infert *ad quæſt.* de qua *per Bart. in d. l. ſi Barſatorā.* Et pro hac parte facit *D. Ang. in §. reuerendiſſimus. in auth. de ſanct. epiſc.* vbi concludit, quòd ſi inuentio non faciat delictū, ſed detegat, tunc verbum inuentus debet intelligi de viſo & conuicto, ſecùs ſi ex forma ſtatuti ipſa inuentio crimen inducat, nam tunc debet intelligi de apprehenſo, non de conuicto per teſtes. Puta *ſecundùm eum*, ſi ſtatutū puniat inuentum portare arma, tunc, quia ſtatutum non punit portantē arma, ſed inuentum portare arma, debet intelligi de apprehenſo, quia inuentio hoc caſu crimē inducit. Sic dicendū videtur in caſu noſtro, quia exportare frumentū, non eſt delictū, niſi per ſtatutū inducatur, & ita viſus etiam tenere *Barth. Capoll. Vero. in d. l. ſi fugitiui. col. pen. C. de ſer. fugit.* Quid tenendum? mihi magis placet cōtraria opinio, propter rationē ſtatuti, de qua *ſuprà.* & quam optimè etiam tenent *Ang. & Imol. in d. l. 3. §. Neratius. & Lud. Rom. in d. l. in princ.* dicentes, quòd verbū *inuenire* de ſui propria ſignificatione non requirit corporalem apprehenſionē, *per text. in l. 1. C. de rapt. virg. ibi, ſi in rapina inueniatur, & apprehenſus fuerit. & per text. in c. 1. de dilationib. ibi, ſi iudex inuenerit rem ita ſe habere*, quod intelligitur per probationes. Et licèt *D. Alex.* ad iſta iura conetur reſpondere *in d. l. Neratius.* tamen reſponſiones ipſius non ſunt iudicio meo reales. Dum enim dicit, quòd verbū *inuenire in d. l. 1.* ſtat largè, ne ſequentia verba reddantur ſuperflua, certè in hoc apertè redarguit Legiſlatorē de ſuperfluitate, quod non conuenit Doctori. Si enim verbum *inveniat*, includebat de proprietate *ſecund. omnes* apprehenſionē, neceſſe eſt fateri, quòd Imperator ſuperfluè addiderit verba ſequentia, & deprehenſus fuerit. Dum etiam reſpondet ad *c. 1. de dilat.* quòd ibi verba dirigebantur ad inuicem, ideò ſecundùm ſubiectam materiam debet intelligi de inuentione per probationes. Iſtud retorquetur, quia licèt in caſu noſtro verba referantur

rantur ad partem, tamen ratio ſubiectæ materiæ, ne ciuitas remaneat deſtituta annona ſibi neceſſaria, ſuadet, quòd etiã puniri debeat exportans non apprehenſus, ſed conuictus, aliter de facili poſſet fieri fraus ſtatuto, quia volens extrahere, poterit eſſe ita fortis, & potens, ac ſocijs ſtipatus, quòd non erit poſsibile eum apprehendere. Et pro iſta opinione *contrà communem* allego caſum *in c. ſi quisquam. in verb. inueniatur fabulari, aut aliquo modo conuerſari. de vita & honeſt. clerico.* vbi verbum *inueniatur*, idem ſignificat quod *teſtibus conuincatur.* Non enim requiritur, quòd clericus inuentus cum muliere ſuſpecta conuerſari & fabulari actualiter apprehendatur, ſed ſufficit, quòd conuincatur teſtibus, quòd fuerit conuerſatus, *ſecundùm Doct. ibi*, & hoc etiam conſonat. Et ex illo textu confunditur *doctrina Ang. in d. §. reuerendiſſimus.* quia conuerſari, & fabulari cum mulieribus non eſt de genere prohibitorum. Confunduntur etiam *quamplures deciſiones ex prædictis.* Et quòd verbum *Inuenire* intelligatur etiam ſolo viſu, probatur *in d. l. 1. ff. de acquir. poſſ.* ibi dicitur, *lapilli inuenti in littore maris non efficiuntur inuentoris, niſi apprehendantur.* pondera, quòd lapilli dicuntur inuenti, licèt non fuerint apprehenſi. Quæ apprehenſio requiritur ad effectum, vt dominium transferatur in inuentorem, & quantum ad effectũ acquirendi dominium, etiam *loquitur text. in d. §. Neratius.* cui ex hoc patet reſponſio. Sit ergò concluſio, quòd ſtatutum puniens inuentum exportare frumentum, intelligitur punire tàm conuictum teſtibus, quàm perſonaliter apprehenſum. Nec obſtat *text. in d. l. ſi Barſatoram.* quia reſpondetur per *D. Iaſ. in d. l. 1. col. 16.* quòd ibi verba diriguntur ad inuenientem, qui promiſerat inuenire Barſatoram, quem conſtabat eſſe latronem, meritò talis promiſsio intelligitur de inuentione per apprehenſionem, aliàs fuiſſet fruſtratoria.

105 † Ampliatur concluſio, etiamſi ſtatutum puniret deprehenſum exportare frumentum. nam tunc etiam conuictum teſtibus comprehendit, *ſecundùm gl.* COMMVNITER *approbatam in l. 2. C. vbi ſenatores, vel clariſſ. & in l. 1. C. de petitio. bonor. ſubl. & ibi Bartol.* Quod intelligit verum *Paul. de Caſtr. ibi*,

 ſi ſtatu-

ſi ſtatutum dicat, ſi quis fuerit deprehenſus exportare. Secùs, ſi dicat, ſi quis fuerit deprehenſus cum frumento, vel cum armis, quia tunc requiritur realis apprehenſio, & iſto modo poteſt procedere dictum *Ang. & Bartholo. Capoll. in d. l. ſi fugitiui.* qui dicebat, quòd ſi ſtatutum vtatur verbo deprehenſus, quòd ſolùm intelligatur punire captum, & non conuictum teſtibus, & dixit *Bart. in d. l. ſi Barſatoram.* quòd ita
106 conſuetudo interpretatur. † Sed hîc ſubintrat dubitatio. Pone, quòd vnus teſtis dicat vidiſſe Titium in via exportantem frumentum, alter teſtis dicit, eum vidiſſe extra territorium cum frumento, an iſti duo teſtes coniungantur, & probent ad conuincendum Titium, de exportatione frumenti? *Bald. in l. obſeruare. 2. C. quorum appell. non recip.* determinat, quòd iſti teſtes non ſint coniungendi ad faciendam perfectam probationem, ſequitur *Lud. Rom. conſil. 91. viſo themate. col. fin.* de quo dicendum eſt, *vt per Felin. in c. licet ex qua-*
107 *dam. col. penul. de teſtib.* † Decimò quæro, ſtante prædicto ſtatuto, an agricultores forenſes poterunt ſuam partem frumenti, quam recollegerunt in territorio, exportare domum ſuam? Ego paucis agendo reſpondeo, quòd ſic, quia in eis ceſſat ratio ſtatuti. Nam ratio prohibitiua fuit conſeruandæ vbertatis, quæ vbertas magis conſeruabitur, ſi ciuitas non impediat laboratores exportare ſuam portionem, quia ex hac exportatione excitantur forenſes ad cultiuandũ agrum ciuitatis, ex qua cultura maior inſurgit vbertas. Et ita etiã reſpondet *Corn. conſil. 241. In cauſa inquiſitionis. col. 2. lib. 4.*
108 † Sed pone, quòd laboratores vendiderint ſuam partem vni ciui, an ille ciuis poterit eam frumenti partem exportare? Videtur, quòd ſic, quia ex quo frumentum ſemel effectum fuerat exportabile, debet perpetuò durare exportabile. *l. Pater filium. 27. §. quindecim. ff. de leg. 3.* Hoc non obſtante, contrarium determinat *Corn. in d. conſil.* quia huiuſmodi prohibitio non eſt in rem, ſed in perſonam, & priuilegium perſonale conceſſum laboratoribus, eorum perſonam non egreditur. *l. quia tale beneficium perſonale. 13. ff. ſolut. matrim.* & optimè facit text. *in l. licitatio. in nou. edit. incip. Locatio vectigal. 9.*

gal. 9. §. fiſcus. & quod ibi not. ff. de publ. Vndecimò quæro, 109 † quid ſi ciuis extrahat cauſa vſus ſui. Pone, ciuis ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria (non multum curo) ſe abſentat cum ſua familia extra territorium, an ſibi obſtabit prohibitio, quò minus pro vſu ſuo poſsit exportare frumentum? *Bart. & COMMVNITER ſcrib. in l. cætera. 41. §. ſed & ſi quis. ff. de leg. 1. per illum text.* determinant, prohibitionem non obſtare. Et pro iſta ſententia videtur *caſus in l. vniuerſi. 5. C. de vectigal. & commiſſ.* vbi poſsidens prædia extra territoriũ, poteſt extrahere abſque vectigali ſoluendo frumentum neceſſarium ad ſeminandum ſua prædia, quia vſus ſui gratia exportat. *benè facit text. in l. ſi publicanus. 4. §. de rebus. ff. de* 110 *public.* † Sed qualiter probabit exportans, quòd vſus ſui gratia exportat? Reſpondeo, per iuramentum proprium, cui in hoc caſu ſtandum videtur, *ſecund. gl. in cle. præſenti. de cenſi. quam ibi ſequitur Card. in 4. q. Bald. in l. 3. C. de nauti. fœnor. & in d. l. vniuerſi. & in l. ſi quis non dicam rapere. 5. in fin. in 4. oppo. C. de epiſc. & cler. & ibi allegat bonum textum in l. 1. C. de litto. & itiner. cuſtodia. lib. 12.* ſequuntur *Alexan. & Moder. in d. §. ſed & ſi quis. & Ioan. Bert. in tract. de gab. q. 2. 1. part. 7. part. princ.*

111 † Sed quid ſi à principio ciuis exportet frumentum vſus ſui cauſa, & poſteą mutato propoſito illud vendiderit, an reincidat in pœnam ſtatuti? Huic dubitationi reſpondetur, vt in ſimili reſpondet *Bart. in l. cætera. 41. §. ſed ſi parauit. ff. de leg. 1.* Pone, ſtatutum eſt in ciuitate, quòd nullus emere poſsit frumentum in platea, niſi pro victu ſuo, contingit quòd ſcholaris emit pro vſu ſuo, poſtea mutauit propoſitum, quia vult recedere, & vendere frumentum ſine metu pœnæ ſtatutariæ. Reſpondet *Bart. poſt Guil. de Cu.* quòd vendere poterit impunè. quia primum propoſitum fuit bonum, & licitum. Ad idem *facit text. optimus in l. 1. §. vnde quærit Offilius. ff. de exercit. act. & ibi Guil. & Bald. Iac. de Bel. & Alber.* idem reſpondent, *arg. illius text. & l. 1. §. illud. ff. de aqua quoti. & æſtiua.* ſequitur *Alber. in 1. part. ſtat. q. 86. & in 2. part. q. 203. Alex. in d. §. ſed & ſi quis. Moder. in d. §. ſed ſi parauit. Ioan. Bertr. in tractat. de* 112 *gab. q. 1. 2. par. 8. part. princ.* † Facit, quia in delictis inſpicimus

mus initium. *l. quod ait. 23. §. fin. & ibi Bart. ff. Ad l. Iul. de adul.* Et quòd primum propoſitum ſit attendendum *voluit gl. in l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet. & ibi Paul. de Caſtr. infert ad hanc*
113 *q. & ſequitur Alex. conſil. 7. viſo themate. in fin. lib. 3.* † Intellige tamen, hanc deciſionem procedere, ſi conſtet de primo propoſito, quòd extraxerit cauſa vſus ſui, aliàs præſumitur ab initio habuiſſe propoſitum vendendi, prout factum reperiretur, *ſecundùm Bart. in d. §. ſed ſi parauerit. per text. in l. ſed & Iulianus. in nou. edit. eſt l. item ſi filiusfam. 7. §. proinde. & §. ſed ſi ab initio. ff. ad S. C. Maced.* & idem voluit *Bald. in l. 1. §. ne*
114 *autem. ff. de exerc. act.* Duodecimò † quæro, an exportans frumentum ex alieno territorio illic aduectum, incidat in pœnam dicti ſtatuti? Et diſtinguendum puto: Aut illud frumentum fuerat cauſa tranſitus aduectum in territorium, & tunc non habet locum ſtatutum. *l. ſi quis poſt hanc. 6. vbi Bald. Sali. & alij ita firmant. C. de ædifi. priuat.* & idem *per illum textum* reſpondet *Ang. Bald. Paul. Alex. & Mod. in l. cætera. 41. ſed ſi quis ad opus. ff. de lega. 1. Alex. conſil. 86. viſa inquiſitione. lib. 4. Pet. & Imol. in c. 1. de clericis non reſid. Ioan. Ber. in tract. de gabell. q. 8. 5. part.* Et dicit *Alb. de Roſat. in d. l. ſi quis poſt hanc.* quòd ſæpè obtinuit, quòd mercatores poſſent exportare merces ſuas, non obſtante prohibitione ſtatuti. Aut frumentum fuerat aduectum in territorium, vt ibi perpetuò eſſet, & tunc exportans incidit in pœnam ſtatuti, *argum. l. ex facto. 35. ff. de hær. inſtit.* vbi hæc diſtinctio benè probatur. Præmiſſa intelligo procedere, vbi ſtatutum punit extrahentem frumentum de territorio, ſecùs, ſi puniret portantem frumentum per territorium. Nam tunc etiam portans ex cauſa tranſitus incideret in pœnam, *ſecund. Iacob. Aret. & Alb. in d. l. ſi quis poſt hanc. Ang. Alex. & Mod. in d. §. ſed ſi quis ad opus.* Sed Imol. ibi tenet, mercatorem, qui cauſa tranſitus portat, puniri non poſſe, quia non intereſt reipublicæ ipſorum ſtatuentium, vnde non videtur ſtatutum de tali frumento intelligendùm. *d. l. ſi quis poſt hanc.* & ſequitur *Paul de Caſtr. in*
115 *d. §. ſed ſi quis ad opus.* vbi † decidit, quòd ſtatutum prohibens pannos forenſes intromitti in ciuitatem ſub certa pœna, debet

debet intelligi de pannis, qui intromittuntur, vt ibi ſint, non, ſi cauſa tranſitus fuerint inuecti. *argum. l. Caſar. 15. ff. de*
116 *publica.* † Et iſtud credo verius, quia ſi aliter diceremus, non eſſet liberum iter mercatoribus, prout eſſe debet. *§. fin.*
117 *de pace tenend. in vſib. feud.* † imò denegari non poteſt tranſitus exercitui, ſiue militibus volentibus tranſire abſque domini, & incolarum damno, *ſecundùm Ang. in l. venditor. 13. §.*
118 *ſi conſtat. ff. commu. præd.* † Et pro hac ſententia facit, quòd decidit *Alber. Gand. de rebus non portan. contra deuetum. ver. ſed ſtatutum Cremonæ, quòd nullus forenſis ducat vinum cum plauſtro Cremonam, ſub pœna vini.* quæritur ſi forenſis duxerit vinũ cum plauſtro, incidat in pœnã? Reſpondet, quòd non, quia nec forenſis nec plauſtrũ ſunt de iuriſdictione Cremonenſi. *arg. l. fin. ff. de procur. Cæſar.* licèt Cremonenſes poſsint remit-
119 tere vinum & plauſtrum *ſecundùm eum.* † Decimotertiò quæro, an tale ſtatutum liget forenſes? Super hac quæſtione poſſent multa dici, quæ tradantur *in l. cunctos populos. C. de ſumm. trinit. & fid. cath.* Sed deciſiuè reſpondeo, COMMVNIS *eſt noſtrorum patrum ſententia*, quòd ſtatutum, quatenus prohibet extrahi frumentum & ſimilia, ligat forenſes, cùm ciues poſsint, quam volunt, rebus ſuis legem imponere. *l. 1. C. de contrah. empt. l. 1. & per tit. C. quæ res expor. prob. & l. cotem ferro. 11. ff. de publ.* benè facit text. *in c. à nobis. de ſentent. excom. & in c. 1. de conſtit. lib. 6.* & ita concludit *Alb. Gand. in tract. male. ſub rubr. de reb. non port. contra deuetum. Moder. in*
120 *l. cunctos populos. Alex. in d. conſil. 86. col. pen. lib. 4.* † Ignorantia tamen ſtatuti excuſat forenſem à pœna. *d. c. 1. & l. fin.*
121 *ff. de decret. ab ord. fac.* † Et in dubio forenſis præſumitur habere ignorantiam huius ſtatuti, attento, quòd ipſa exportatio non eſt de genere prohibitorum, *vt not. in d. c. 1.* Niſi talis forenſis feciſſet longam moram in loco ſtatuentium, *ſecundùm D. Alex. in d. conſil. 86.* vel diu conuerſatus fuiſſet in ipſo loco, *l. iubemus. 41. C. de liber. cauſ.* vel niſi in locis circumuicinis eſſet communiter ſimilis prohibitio, *ſecundùm Ioan. And. in d. c. 1. in nouella. & Doctores in l. fin. §. & licet. ff. de*
122 *publ. & Alex. in prǽalleg. conſil.* Decimoquartò quæro, † an liget

liget perſonas eccleſiaſticas exportantes, vel exportari facientes eorum annonam? Breuiter, ſi vinum, vel frumentum ſit recollectum ex prædijs Eccleſiæ, clarum eſt, quòd ſtatuta laicorum non ligant perſonas eccleſiaſticas, nec bona eccleſiarum. *c. eccleſia S. Mariæ. de conſt.* Si verò frumentum, & ſimilia exportari prohibita, ſint patrimonialia ipſorum clericorum, dubitare poſſet. *Bald. conſil. 198. Statutum ciuitatis Trigeſte. lib. 2.* tenet, ſtatutum non ligare etiam bona patrimonialia ipſorum, *per text. in l. ſacroſancta Theſſalonicenſis Eccleſia. 8. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quæ parùm facit. Breuiter,
123 reſolutio ſtat in hoc, † an clerici in bonis patrimonialibus gaudeant priuilegio Eccleſiaſtico, de quo dicendum eſt, *vt per Pan. in d. c. Eccleſia S. Mariæ. col. 3. vbi latè Andr. Sicu. & per Panor. in c. fin. de vit. & honeſt. cle. & in c. ex literis. de pign.*
124 Decimoquintò quæro, an † iſtud ſtatutum liget colonos Eccleſiarum? Videtur quòd non, quia ſi non ligat Eccleſias, non ligat earum colonos, quia coloni gaudent priuilegijs Eccleſiæ. *c. non minus. de immun. Eccleſ. l. 2. C. de epiſc. & cleric. c. Eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2.* Hinc dicebat *Bart in l priuatæ. 10. C. de excuſat. muner. lib. 10. per illum text.* quòd emphyteuta Eccleſiæ non tenetur ad aliquam collectam, quæ imponitur pro bonis, quæ tenet in emphyteuſin ab Eccleſia. Et pro hac opinione facit, quia, ſi non liceret colonis Eccleſiarum liberè exportare fructus perceptos ſuper bonis Eccleſiæ, per indirectum læderetur Eccleſia, quæ non inueniret colonos ita faciliter, nec qui tanto precio conducerent prædia Eccleſia-
125 ſtica. † Statuta autem, quæ per indirectum lædunt ius eccleſiæ, non valent, quatenus eccleſiæ præiudicant. *c. fin. de*
126 *imm. eccleſ. lib. 6.* Et † ideò non valet ſtatutum, quòd coloni teneantur pro eccleſia ſoluere collectas, quia per indirectum præiudicat Eccleſiæ, *ſecundùm Bald. in l. 1. C. de epiſc. & cler. Ang. in Authent. de non alienand. aut permutand. reb. Eccleſ. §. quia verò.* Sed iſtis non obſtantibus, prout non obſtant, cre-
127 do contrarium eſſe verius, † Quia coloni Eccleſiæ, quoad fructus à ſolo ſeparatos, qui ſunt in dominio ipſorum, non gaudent priuilegijs Eccleſiæ, nec eius immunitate, *ſecundùm*

gl. Imol. Card. & alios in cle. præſenti. de cenſ. Gem. & Philip. Franc. in c. quanquam. eod. tit. in 6. Dy. Imol. & COMMVNITER *Legiſtas in l. licitatio. in nou. edit. incip. Locatio vectig. 11. §. fin. ff. de publica. Sal. in l. vniuerſi. 5. C. de vectig. & com. Pract. Pap. in form. libelli, quo agitur ad ſolutionem pedagij. Bart. in l. 1. de nau. lib. 11. Ioan. Ber. in tract. de gabell. in q. 17. partis. Guido Papæ deciſ. 28. Fed. de Sen. conſi. 3. Quæſtio talis eſt Bald. conſ. 496. Punctus quæſtionis. lib. 4. Car. conſil. 12.* Et poſſunt plures rationes aſsignari, ſed illa fundamentalis videtur, quia onus gabellæ, & prohibitio exportationis reſpicit fructus, qui ſunt in dominio coloni. *l. 1. & ibi no. Bart. C. de ann. & trib.* & ideò
128 colonus ligatur ſtatuto. † Sicut dicimus, quòd onus decimæ reſpicit fructus, & ideò colonus Eccleſiæ exemptæ tenetur ad decimas, licèt ipſa Eccleſia non teneatur. *ſecundùm Innoc. in c. cum non ſit. de deci.* Non obſtant contraria. Et primò non obſtant *text. in d. c. non minus & eccleſiarũ ſeruos. cum ſimil.* quia loquuntur in colonis aſcriptitijs, & perſonis perpetuis ipſius Eccleſiæ, nos verò loquimur in colonis liberis, inter quos eſt longa diſtantia, *ſecundùm Fed. in d. conſil. 3. & Gem. in d. c. quanquã. ad fin.* Non obſtat *deciſ. Bart.* tùm quia non eſt *Bart. ſecundùm Angel.* tum quia loquitur in oneribus, quæ imponuntur emphyteutæ Eccleſiæ pro prædijs emphyt. quorum directum dominium eſt Eccleſiæ: nos loquimur in exportatione fructuum, qui ſunt ipſius coloni. Et contra *deciſ. Ang. conſuluit Barb. conſi. 14. lib. 1.* refert *Curt. conſil. 73. colum. fin.* Ad rationem verò *ſuprà* allegatam, quòd grauaretur eccleſia per indirectum, reſpondet *Bald. in d. conſil. 496.* quòd iſta ratio procederet, ſi Eccleſia per indirectum damnum pateretur, ſecùs, ſi per indirectum lucrum auferatur, vt in iſto, in quo portio coloni prohibetur exportari, *arg. l. ſi venditor. 6. §. fin. ff. de ſer. expor.* Et quia non tenetur ciuitas pro commodis Eccleſiæ in rebus ſuis difficultates inuenire. *l. 2.*
129 *C. de ſeruitut. & aqua.* Et ex hoc † infertur, quòd iſtud ſtatutum ligat etiam eos, qui emerunt frumentum ab Eccleſia, quod firmat *Bald. conſil. 30. Statuto ciuitatis Aſtenſis. lib. 1.*
130 † Decimoſextò quæro, quòd ſi ſtatutum prohibeat exportari

frumentum ſub pœna confiſcationis ipſius frumenti, an etiam ſaccus, in quo frumentum exportabatur, in confiſcatione comprehendatur? Videtur quòd ſic, *argumento l. qui ſaccum. 79. ff. de furt.* Et quia ſaccus eſt quid acceſſoriũ ad ipſum frumentum, ergò debet ſequi ſuum principale. *l. eos qui. 26. C. de vſur. cum vulgar.* Contrarium decidunt *Bald. & Salic. in l. 3. C. de naut. fœn.* quia in pœnis facienda eſt ſtrictiſsima in-
131 terpretatio. *l. interpretatione. 42. ff. de pœn.* inferentes † ex hoc, quòd confiſcata naui, non intelligitur confiſcata ſcapha, nec confiſcata ſalma cenſetur confiſcatus aſinus, nec contra. Et generaliter, quæ res ſine corruptione ſubiecti poſſunt ſeparari à re confiſcata non comprehenduntur in ipſa confiſcatione, *ſequitur Ioan. Bertr. in tract. de gabell. q. 12. & ſeq. vlt. part.* Benè facit text. *in l. nam quod liquida. 4. in princ. ff. de penu. legat.* vbi in legato penoris, quod eſt fauorabile, non veniunt vaſa, ergò in confiſcatione odioſa con-
132 fiſcato frumento, non cenſebuntur confiſcata vaſa. † Decimoſeptimò quæro, quid ſi ſtatutum prohibeat exportationem ſub pœna confiſcationis plauſtrorum, & animalium, cum quibus exportantur, an etiam boues, animalia & plauſtra commodata exportanti comprehendantur in confiſcatione? Iſtam quæſtionem mouet *Alb. Gand. in d. ſuo tract.* & reſpondet referre, an dominus commodauerit ſcienter ad illum vſum, aut ignoranter. Primo caſu veniunt in confiſcatione, ſecundo caſu non, quia ignorans non deliquit. *l. ſi quis abſentes. 5. §. Nec enim is qui. ff. de obl. & act.* & allegat ad hoc text. *in argum. in §. ſi quis in ſua. in auth. de eccleſ. tit. & text. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de public.* & *ibi Bart.* ita expreſsè
133 diſtinguit, licèt de Alb. mentionem nullam faciat. † Et ibi ſubdit, quòd ſi ſtatutum, vel conſuetudo dictaret, quòd animalia cuiuſuis confiſcentur, tunc dominus, qui ignoranter commodauit ſua animalia, habebit regreſſum contra exportantem. *argum. l. fin. in fin. & ibi not. ff. de pign. actione. &*
134 *l. 2. C. de noxal.* † Sed ſi ille non ſit ſoluendo, fortè danda erit domino ignoranti reſtitutio in integrum aduerſus ſtatutum *ex clauſula generali, ſi qua mihi, ſecundùm Lud. Rom. Imol. & Alex.*

& Alex. in d. §. dominus. qui mouentur authoritate *Innocent. in ſimili rubr. extrà de conſuet.* Et iſtam diſtinctionem Bart. ſimpliciter ſequitur *Ioan. Ber. in tract. de gabell. in 9. quaeſt. vlt. par.*
135 *& Ioan. de Plat. in l. 1. C. de deſer. mil. lib. 12.* † Sed quid ſi non appareat de ſcientia vel ignorantia? Reſpondeo in dubio ignorantiam præſumi. *reg. præſumitur. de reg. iur.* vel ſtabitur iuramento ipſius domini. *l. prætor. 4. §. ſed ſi inſcio. ff. de eden. l. præſenti. 6. §. ſicubi. C. de his qui ad Eccleſ. confug. l. fin. §. licentia. C. de iure deliberandi. & ita volunt Alb. Gand. & Io.*
136 *de Plat. in locis ſuprà allegatis.* † Decimo octauò quæro, ſtante prædicto ſtatuto, duo ſucceſsiuè cum animalibus, & ſuper eodem plauſtro exportarant frumentum, an vterque perdere debeat plauſtrum cum animalibus, ita quòd bis debeatur fiſco? Et ſic quæritur, an vnus teneatur ad æſtimationem, & alter ad præſtationem plauſtri & animalium? Iſtam quæſtionem mouet *Bart. in l. Meuius. 66. §. duobus. ff. de lega. 2.* & reſpondet, Aut primus ſoluit æſtimationem, & tunc ſecundus tenetur ad plauſtrũ cum animalibus. Aut primus præſtat fiſco plauſtrum, & animalia, & tunc alter liberatur per
137 regulam de duabus cauſis lucratiuis. † Nam ea quæ ex cauſa pœnæ acquiruntur, titulo lucratiuo haberi dicuntur. *l. mulctarum. 5. C. de modo mulctarum. l. ex ratione. & l. placet. ff. de iur. fiſc. & l. 1. C. de priuil. fiſc.* Sed aduerte, quia ſi animal erat alterius, tunc etiam quòd primus præſtiterit æſtimationem, non videtur quòd ſecundus teneatur præſtare plauſtrum & boues alterius, quia *vt ſuprà* dixi, tale ſtatutum debet intelligi, ſi plauſtrum & boues ſint deferentis. Et ideò iſta *decisio Bart.* videtur intelligenda *ſecundùm ea quæ ſuprà dixi.* Sed quid ſi vna, & eadem perſona cum plauſtro, & animalibus
138 ſæpius exportauerit, vtrum † toties incidat in pœnam, quoties contrauenit? *Bart. in d. §. duobus.* reſpondet, quòd non tenetur niſi ſemel, quia vbi pœna conſiſtit in certa ſpecie, non habet locum multiplicatio. *l. Lucius. 88. §. impuberem. ff. de leg. 2.* & quia obſtat regula de duabus cauſis lucratiuis. Plura alia dubia circa iſtud ſtatutum conſiderari poſſunt: pleraq; etiam pro vbertate conſeruanda, addenda hic eſſent,

ſed ea omnia prudentiſsimo præfectorum annonæ iudicio relinquere conſultò ſtatui, ne tractatulus hic noſter videatur velle de regimine ciuitatis titulum ſibi arroganter vendicare. Quædam tamen, quæ publicæ annonæ erogationem concernunt, & quæ hîc exarare ſuprà pollicitus fui, breuibus explicabo. Videamus igitur à quibus, qualiter, & quibus
139 erogatio ſit facienda. † Ab officialibus ad id ſpecialiter deputatis, (qui actuarij poſſunt nominari, eroganda eſt publica annona, *ſecundùm Ioan. de Plat. in l. ne diutius. 6. C. de numerar. actuar. & chartul. lib. 12. per illum text.* Eligendi autem ſunt erogatores eo modo, & ordine, quo annonæ ſuſcepto-
140 res, ſeu cuſtodes eligendos eſſe ſuprà deſcripſimus. † Qui actuarij in principio officij idem præſtabunt iuramentum, quod ſuſceptores præſtare debere docuimus. Et vlterius iurabunt, ſe propria manu, & non per alium quicquam ero-
141 gaturos. *l. Iubemus per hanc. 12. C. de erog. milit. ann. lib. 12.* † Et aduertendum maximè eſt, ne ad iſtud erogationis officium aliquis eligatur, qui ſit in dignitate conſtitutus, ne ratione dignitatis fiat audacior ad fraudandã publicam vtilitatem.
142 *l. nemini. 9. C. de numer. actuar. & chart.* † Prudenter autem erogatores officium ſuum exercebunt, ſi nihil de nouis fructibus tangant, priuſquam veterem erogauerint annonam. *l. 1. C. de conditis in publ. horreis.* Quod de frumento, & ſimilibus eſt intelligendum, non autem de vino, quia vini veteris
143 † erogatio poſt Kal. Nouemb. diſpendium affert. *l. iubemus. 9. C. de erog. milit. anno.* quam legem dixit ſingul. *Lud. Rom. ſing. 376. incip. Scires tu mihi probare.* & *ibi* refert *Bald.* ſe fuiſſe à duce Mediol. interrogatum, quo tempore incipiendum ſit potare vinum nouum, & quia *Bald. benè ſtudebat*, ſciuit *ibi allegare dictam legem.* Et dicunt *ibi Bart. & Ioan. de Plat.* quòd tutor, qui Kal. Nouemb. dat familiæ vinum vetus, cùm poſſit dare nouum, tenetur actione tutelæ emendare damnum pupillo. Quod eſt admittendum, niſi qualitas familiæ ipſius pupilli exigeret vinum vetus, *ſecundùm Dom. Lanc. Dec. in l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet.* dicentẽ, ſe ita Senis obtinuiſſe. *argu. l. ſeruis vrbanis. 99. cum gl. ff. de leg. 3. & in l. idemq́. 10. §. idem Labeo.*

Labeo. ff. mandat. benè faciunt, quæ ſcribit *Pan. in c. cum omnes.*
144 *col. 3. de conſti.* Item † animaduertenda eſt fructuum qualitas. Nam ſi tales ſint, qui diu conſeruari non poſsint, ij ante omnia quàmprimum vel diſtrahendi ſunt, vel erogandi. *l. is cui legatorum. 5. §. qui legatorum ſeruandorum. & ibi gl. ff. vt in*
145 *poſſ. legatorum &c.* Et ſi frumentum † vetus, vel nouum ſit adeò corruptum, vt id per ſe vendi, vel erogari ſine querela licitè non poſsit, tunc licebit actuarijs illud corruptum cum frumento bono miſcere. Ita enim fiet, vt velata corruptio rempublicam à damno conſeruet. *d. l. 1. C. de conditis in publ. horr.* Sic etiam oportunũ eſt miſcere malum venenum cum bono, quia hoc modo fit optimum, & antidotum. *l. quod ſæpe. 35. §. veneni. ff. de contrah. empt. & l. qui venenum. 236. ff. de verb. ſign.* Et, ſi dicatur, talem mixturam in ſe peccatum habere, *per ea quæ dixi ſuprà in fin. 3. remedij.* Reſpondetur *ſecundùm Io. de Plat. in d. l. 1.* quòd illa procedunt, quando corrupta cum incorruptis taliter incorporantur, quòd ſciri vel diſcerni non poteſt mixtura ſeu fraus, tunc quia contrahens decipitur, peccatum eſt, ſecùs, quando mixtura patet, & cognoſci poteſt. Non enim tunc contrahens poteſt allegare dolum vel fraudem. *l. 1. §. ſi intelligatur. & l. quæritur. 13. §. fin. ff. de æ-*
146 *dil. edict.* † Et ideò dicebat *An. in d. l. 1.* licere aromatario miſcere ceram corruptam cum cera noua, vt velamento nouæ vendat corruptam. Quod intelligo ſanè procedere, niſi nouam deſuper corruptam ponat taliter, vt emtoribus non
147 pateat mixta corruptæ *per prædicta.* Item † vtilius, & ſalubrius eſt in pane cocto potiùs, quàm in frumento erogationem facere, ne, ſi detur frumentum pauperibus, illud diſpergant, & in alios vſus conuertant. *l. 1. C. de frum. vrb. Con-*
148 *ſtantinopol. lib. 11.* † Ex hoc infero, quòd capitulum obligatum ad dandum tot panes, & tot vini amphoras ſingulis diebus intereſſentibus in diuinis, non poterit dare frumentum, vel pecunias, *ſecundùm Ioan. de Plat. in d. l. 1.* Quod malè obſeruant Canonici Auenionenſes. Nam ſi panes & vinum dietim acciperent, quæ vſui ſupereſſent, pauperibus piè erogarent, ſed quia frumentum recipiunt, & precio quan-

 doque

149 doque theſaurizant, & ex auro aurum quærunt. † Quod non conuenit, maximè viris Eccleſiaſticis, qui aliena rapere conuincuntur, ſi quicquam vltra neceſſaria ſibi retineant. *c. ſicut*
150 *ij qui. 47. diſt. & in ſumma diſt. 42.* Omne enim † quod malè poſsidetur, alienum eſt. malè autem poſsidet, qui malè vtitur. *c. quid dicam. 14. q. 4.* malè autem vtuntur Eccleſiaſtici reditibus Eccleſiæ, ſi detractis alimentis cætera pauperibus non erogauerint, vel in fabricam Eccleſiæ non con-
151 uerterint. *c. de reditibus. 12. q. 2. & §. fin. 12. q. 1.* † Et ex iſtis iuſtificatur celeberrimum *dict. Archi. in c. 1. 44. diſt.* vbi notabiliter determinat *clericos abutentes reditibus eccleſiaſticis, obligatos eſſe ad reſtitutionem, ac ſi fures eſſent, & latrones.* De quo *per Felin. in c. poſtulaſti. col. 8. de reſcr.* vltra quem addere potes *text. in c. quod ſicut. in fin. de elect. & quæ ſcribit Socin. conſil. 32. col. 2. lib. 1.* Eſt autem publica annona per actuarios illis eroganda, quibus erogari debere, mandauerunt decuriones, ſeu annonæ præfecti. *l. his ſcholaribus. 14. C. de erog. mil. ann. lib. 12.* Si ciuitas velit annonam vel potiùs panem coctum, vt ſupra dictum fuit, tempore peſtis inter pauperes diſtribuere, hunc ordinem adhibere poterit. Primò erit inquirendum, quot, & quales ſint pauperes in ciuitate, & ſi facultates ſuppetant, pium erit omnibus ſub-
152 uenire. † Eſt enim omnis donationis immenſitas in pauperes menſura. *§. finimus. in auth. de non alien.* Quorum pauperũ nomina, & ſingulorum habitationes in vno libro debent deſcribi, & cuilibet aſsignandi ſunt vnus, vel duo panes ſingulis diebus, ſecundùm vires redituum ipſius ciuitatis, *argumento l. fin. C. de fru. Alex. lib. 11.* Qui panes debent per hominem ad id electum deferri ad habitationes ipſorum pauperum, ne pro eleemoſyna contagioſi pauperes diſcur-
153 rant per vrbem, & diſcurrendo alios inficiant. † Quòd ſi redituum tenuitas obſtet, quò minus omnibus ſubueniri poſſit, ſolùm deſcribantur pauperes originarij, eiectis forenſibus. *l. fin. C. de annonis ciuilib. ſecundùm intellectum Bart.* COMMVNITER *approbatum.* Sic epiſcopus legalis executor, &

quilibet

quilibet alius deputatus ad diſtribuendum bona defuncti inter pauperes, tenetur prius prouidere pauperibus loci, vbi teſtator habebat domiciliū, quàm alienigenis. *l. nulli. 28. & l. ſi quis ad declinandam. 43. C. de epiſc. & cler. traditur per Bart. in l. quæ conditio. 39. §. cum ita. ff. de condit. & demonſtrat*, & dicere ſolebat Cicero, potiores nobis ſint ciues, quàm peregrini. Sic beneficia ciuibus magis, quàm forenſibus ſunt conferenda. *c. bonæ. 2. ibi, nec vellemus perficere alienum de poſtul. præl. l. in eccleſiis. 11. C. de epiſc. & cleric. & 71. 72. diſt. per totum. & c. fin. de cler. peregr.*

154 † Et ideò, ſi alienigena impetret beneficium à Papa non expreſſa ſua natione, vel patria, impetratio, vtpotè ſubreptitia, nihil valet, *ſecundùm gl. & Pan. in c. ſi proponente. de reſcript.*

155 Valet † ergò ſtatutum, quo priùs ciues, quàm extranei vocantur ad honores & officia, *l. vt gradatim. 11. §. etſi lege. ff. de muner. & honor.* quod optimè ſeruant ſapientiſsimi Veneti.

156 † Si verò omnibus originarijs, & incolis nequeat reſpublica ſuccurrere, tunc infirmis, & inualidis priùs eſt ſubueniendum. *§. ſi quis autem vnum. in auth. de eccleſ. tit. & d. l. ſi quis ad declinandam.*

157 † Et data paritate, erogatio eſt facienda pauperibus magis dignis, *ſecundùm Ioan. Andr. in c. 1. de teſtam. in Nouell. arg. l. cum quidam. 24. ff. de leg. 2. & ita etiam dixit Fed. de Sen. conſil. 288. factum tale eſt.* Et magis digni ſunt, qui maioribus abundant virtutibus. *l. 1. C. de annon. ciuil. lib.* Nam licet omnibus miſericordia debeatur iuſto ampliùs. *86. diſt.* & pauperibus monialibus magis, quàm viris etiam religioſis eſt facienda eleemoſyna.

158 † quia indigentia in monialibus eſt magis periculoſa. *c. 1. de ſtat. reg. lib. 6.* Et quia viri conuenientiùs poſſunt operari, quàm fœminæ, *l. quiſquis. 5. ver. ad filias. C. ad l. Iul. maieſt.* ita determinat *Bald. in l. cum multæ. 20. C. de donat. ante nupt.*

159 † Vbi etiam ſubdit, quòd in dubio monaſterium monialium præſumitur pauperius, ideò præferendum eſt in eleemoſynis faciendis. *d. §. ſi quis autem vnum.* & hoc etiam *ante Bald.* dixit *Fed. in d. conſ. 288.*

160 † Et potiùs pauperibus nobilibus eroganda eſt publica annona, quàm ruſticis, *vt dixi in 5. remedio.* & potiùs ſenioribus, quàm iuuenibus. *c. conſideranda. 86. diſt.*

† Et,

161 † Et, ſi ordinatum non ſit, quibus in ſpecie ſit erogatio facienda, culpandus non videtur erogator, qui ſuos conſanguineos pauperes alijs anteponit. *c. eſt probanda. ead. diſt.* nam etiam prælati licitè poſſunt de reditibus Eccleſiæ ſubuenire conſanguineis indigentibus. *c. omnia. cum gl. 31. diſt. & c. 1. de*
162 *cohab. cleric. & mulier.* † Et poſſunt etiam forenſes, & affines inopes dotare de prouentibus Eccleſiaſticis, *ſecundùm Pan.*
163 *in c. peruenit. de arbitr.* † Sic etiam teſtamentorum executores, licitè diſtribuunt bona teſtatoris in ſuos conſanguineos,
164 *ſecundùm Pet. de Anch. conſil. 387. in themate.* † Quinimò poteſt executor ſibi ipſi erogare, ſi pro veritate ſit pauper, *ſecundùm Paul. de Eleaza. in Cle. vnic. de teſtam.* cuius opinionem ſequitur *Soc. conſulendo conſil. 11. Circa præſentem. lib. 1.* licèt plures ſint, qui contrarium teneant, maximè *Pan. in c. fin. de inſtit.* Hæc eſt enim naturalis, & ordinata charitas. *l. præſes. 6. C. de ſeruit. & aqua. & c. qui vult ordinatè dare eleemoſynam. de pœnitent. diſt. 3.* & quantò fortius eſt naturale vinculum, tantò maior eſt obligatio, *Auth. itaq; C. comm. de ſucceſſ.* quæ omnia intellige procedere, vbi conſanguinei erogatoris ſunt in euidenti neceſsitate conſtituti, *ſecundùm Bald. in l. id quod pauperibus. 24. C. de epiſc. & cler. & Anch. in d. conſil. 387.*
165 Item intelligo † procedere, dummodò prælatus erogator, ſeu executor conſanguineis ſuis moderatè conferant, non ſi immoderatè, & cauſa eos ditandi bona in eos profundant. *c. peruenit. 1. q. 3.* Nam paupertas, & natura ſunt, quæ cauſam erogationi præſtant, non gratia, nec affectio. *d. c. conſiderandæ. diſtinct. 86.* non enim licet de bonis, quæ Dei ſunt, cognatis quicquam dare. quòd ſi pauperes ſint, eis vt pauperibus detur, non ſub paupertatis occaſione, quæ ſunt Ec-
166 cleſiæ, defraudentur. *c. quiſquis. 12. q. 2.* † Sic prælatis conceſſum fuit conferre beneficia cognatis merentibus dum tamen intuitu meritorum, non carnalitatis affectu moueantur. *c. graue. de præbend.* traditur *per Panor. in d. c. fin. de inſtit.* Sed hodiè prælati ſunt cæci circa nepotes, *ſecundùm gl. in c.*
167 *peruenit.* † Et hodiè caro, & ſanguis, non Spiritus ſanctus reuelat Pontificibus, vt plurimos cardinales de ſua agnatione faciant,

faciant, quaſi ambitam Papatus dignitatem velint in familia conſeruare, *ſecundùm Bald. in l. tutor petitus. 28 §. quæ tutori-*
168 *bus. ff. de excuſat. tutor.* † Et iſta notanda ſunt contra prælatos, qui ex pecunijs, & reditibus Eccleſiæ emunt prædia in perſonam conſanguinei. Hos enim lex anathematizauit. *c.*
169 *Apoſtolicos & paternos. & c. quicunq; 12. q. 2.* † Et, ſi allegetur, perſonam conſanguinei fuiſſe ſuppoſitam in fraudem Eccleſiæ, agi poterit coram iudice Eccleſiaſtico, etiam contra laicum poſsidentem, *ſecundùm Pan. in c. cùm ſit generale. col. 3. de for. compet. per text. in c. inquirendum. de peculio cleric.* Et
170 idem tenuit *Lap. alleg. 77.* † Per prædicta dicendum videtur, quòd prælati non poſsint infeudare alicui ſuo conſanguineo res Eccleſiæ, etiam ſolitas alijs infeudari, quod tenuit *Bart. in auth. quibuscunque modis. per illum text. C. de ſacroſanct. Eccle.* *Sequitur Fulgoſ. conſil. 220. Nobiles de Forciate.* Sed in hoc opinio contraria eſt fortè verior, quam tenuit *Bald. in c. 1. col. 3. qui feud. dar. poſſ. & in d. auth. quibuscunque modis. Fed. de Sen. conſil. 52. quidam prælatus.* Et hanc dixit eſſe COMMVNEM ſententiam inſignis Iureconſultus, pater, & præceptor meus obſeruandiſsimus. *D. Franc. Curt. in ſuo eleganti tract. de feud. quæſt. 7. 2. partis* declarando, *vt ibi per eum.* Et vltrà adducta per eum, hanc etiam opinionem ſequitur *Panor. conſil. 41. Videndum eſt in effectu. lib. 1. Barb. conſil. 44. col. 3. lib. 2.* & licèt *ſecundùm* COMMVNEM *Dd. ſententiam* poſsit infeudare conſanguineos, non tamen debet facere, quando poteſt probabiliter præſumi, quòd hoc exemplo alij prælati inducentur ad dandum bona Eccleſiæ etiam ſuis cognatis minus merentibus, vel vbi aliud ſcandalum poſſet ſuboriri, *ſecundùm Thomam quolibeto 4.* quem refert, & commendat *Card.*
171 *Alex. in c. decenter. 89. diſt.* † Et ideò Papa, qui agnatos, & affines bonis Eccleſiaſticis impingueſcere facit, tot mortibus dignus eſt, quot ad ſubditos perniciosa exempla tranſmittit,
172 *c. magnæ deuotionis. de voto.* † Nam etiam Papa peccat, ſi pecuniam Eccleſiæ det agnatis, vt palatia conſtruant, vt bella faciant, vt Italiam (proh dolor!) ſubuertant, *ſecundùm Archidi. poſt. Hugo. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. Pan. in c. conſtitutis. colum. 4.*

colum. 4. de relig. domi. & in c. dudum. 3. colum. penult. de elect. Vnum mirabilius dixit *idem Pan. in c. cum veniſſent. col. 4. de*
173 *iudic.* † quòd Papa poſſet deponi, ſi in dando terras Eccleſiæ ſuis attinentibus, eſſet incorrigibilis. ſequitur *Fel. in c. ad audientiam. in princ. de præſcr. & in c. quæ in Eccleſiarum. col. 4. de conſtitut.* Non plura de his, quæ ſuprà nos. Chriſtus, vt ſpero, tuebitur cauſam ſuam, & Spiritum tandem infundet ſucceſſoribus, vt ipſi benè conſtruant, & auertant à præde-
174 ceſſoribus, malè conſtructa. † Item intelligo præmiſſa, data paritate paupertatis, tunc cognatis eſt magis ſubueniendum, ſecùs, ſi alij ſint in extrema neceſsitate, & cognati non, tunc extraneis prius ſuccurrendum eſt, *ſecundùm gl. in*
175 *d. c. non ſatis.* Et in ſumma, † modus erogationis optimus erit, ſi ad tria erogator animaduertat, videlicet *ad honeſtum, neceſſarium, & debitum.* Nam aſsignare determinatam prælationis regulam in ſingulis impoſsibile videtur, quia ſingulares conditiones, quæ conſiderandæ ſunt, dinumerari facilè non poſſunt. Erogatorem ergò doceat ratio, & pru-
176 dentiæ conſilium. † Sed quid, ſi ciuitas habeat annonã non diſtribuendam inter pauperes, ſed quam conſeruabat, vt obuiaret futuræ inediæ, & contingat tanta libertas, vt expediat fortè propter vetuſtatem eam vendere, nec ſit, qui velit emere, quomodo reipublicæ indemnitati erit conſulendum? Reſpondeo poterit reſpublica ordinare, vt quilibet ciuis teneatur emere certum quid de dicta annona, plus & minus, & ſecundùm ratam patrimonij, *textus ad hoc ſingularis ſecundùm intellectum Bart. in l. 1. C. vt nemin liceat in empt. ſpec. ſe exc. lib. 10.* Quod dicit *Bart.* ſe practicaſſe in ciuitate Peruſij pro ſale Reipubl. vendendo. Quod ſanè arbitror intelligendum, vbi neceſsitas vendendi vrget. ita clarè cantant *verba d. l.* Secùs, ſi cauſa lucri, & mercimonij ciuitas vellet grauare ciues, quia non poſſet. *l. nec emere. 16. C. de iur.*
177 *delib.* † Ex hoc colligitur, quòd Principes, qui cauſa lucri mercantur Sal, & ſubditos compellunt illud emere, pro numero capitum, non iure agunt, maximè, quia angariant eos emere pluris, quàm valeat, quod eſt peccatum mortale,

propter

propter quod Papa, & metropolitanus poſſunt interponere partes ſuas, & prohibere, ne de cætero maiori precio vendantur, quàm ſit iuſtus valor. *c. 1. de empt. & vendit.* & quòd princeps remota neceſsitate, non poſsit ſubditos cogere, vt emant, vel conducant res ipſius, nec pluris quàm communiter venderentur ac locarentur, *Diuus Adrianus reſcripſit in hæc verba: Valdè inhumanus mos eſt iſte, quo retinentur conductores vectigalium publicorum & agrorum, ſi tantidem locari non poſſint. l. 3. §. cum quinquennium, verſ. Diuus etiam Adrian. ff. de iur. fiſc.* & fuit *de mente And. de Iſer. & Alua. in c. 1. quæ ſint regalia.* dum dicunt, quòd hodiè principes vſurparunt ius vendendi Sal ſubditis certo modo. Sed heu miſeræ Inſubriæ! tecum deterius agunt exactores, qui debitores ſalis ſeueriſsimis extorſionibus, acerbiſq; concuſsionibus excoriant, vt ego referendario Papienſi aſsiſtens reipſa aliquando cogno-
178 ui † Et licèt contra tales exactores iura inſurgant. *l. 1. & l. nemo carcerem. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10. & l. contra noſtra. 5. C. de execut. & exactorib. lib. 12.* tamen præfecti officio ſalis, quia participes prædæ ſunt, vel talia ſcire diſsimulant, vel ſi ſibi denuncientur, falſa eſſe conclamant, & querelantes inuoluunt litibus & proceſsibus. Quo fit, vt nullus audeat
179 querelare. † Vltimo loco, erogatores debent villicationis ſuæ rationem reddere ſoli, & abſque vllo numerario, ſeu calculatore, ne aſtutia ſua doceant actuarios calculando facere Trebellianicam, id eſt, detrahere Trebell. *l. ne diutius. ad cun-*
180 *ctorũ 6. C. de numerarijs actu. & chartul. lib. 12.* † Et ſi erogauerint pauperibus, tenentur intra triginta dies de erogatione fidẽ facere, per publicum inſtrumentum, *l. actuarij. 5. C. de eroga.*
181 *militar. anno. lib. 12.* † & breues, i. quittantias ſingulorũ demonſtrare. *l. excellentia tua. 9. C. eod. tit.* & qualiter, & quando contra erogatores agendum ſit, docet *Sal. in l. nulli. C. de*
182 *epiſc. & cler.* † Septima cauſa, quæ ex participatione & conuerſatione cum morboſis contrahitur. *l. ædiles. 25. §. Pedius*
183 *ait. ff. de ædilit. edict.* facilè ſummouebitur, † ſi contagioſi, & ſuſpecti, ac eorum bona ab ingreſſu loci arceantur. conſtat enim eis ingreſſum poſſe denegari,

—— —— ne grex totus in agris,
Vnius ſcabie cadat, & prurigine porci.

Circa iſtud remedium tria principaliter ſum facturus. Primò diſputabo, ad quos ſpectet electio cuſtodum. Secundò, qui ad onus cuſtodiæ grauari poſsint. Tertiò videbimus, quale eſſe debeat officium eorum, qui ad cuſtodiam portarum ſunt deputati. Et circa quamlibet quæſtionem principalem annectam acceſſorias quæſtiunculas, quæ mihi in
184 mentem venient. † Quæro igitur primò, an electio cuſtodum ſpectet ad ordinem decurionum, an ad dominum loci? Videtur ad dominum ſpectare. Inquit enim Cæſar, ſalutem ciuitatis nulli magis arbitror conuenire, quàm mihi. *l. nam ſalutem. 3. ff. de off. præfect. vigil.* Tenetur enim dominus cuſtodire territorium, & ſuos tueri ab omni malo, aliàs ad damna iuſtè conuenitur, *ſecundùm Bart. in l. ne quid ex naufrag. 7. ff. de incend. ruin. naufrag.* quia hac ratione dominatur, ac iuriſdictionis, ac pedagiorum emolumenta conſequitur, *ſecundùm Archidi. in c. ſi quis Romipetas, & peregrinos. 24. q. 3. & dixi ſupra.* Conuenit ergò, vt ad eum ſpectet cuſtodum electio, ad quem ſpectat cuſtodiendi onus. In contrarium, quòd ad decuriones pertineat, videtur caſus *in l. 1. ff. de de-*
185 *cret. ab ordin. faciendis.* † vbi dicitur, quòd ius eligendi medicos in ciuitate non prouinciæ præſidi, ſed ordini conceſſum eſt, quia conuenit, vt ipſi eligant, qui ſe, liberosq; ſuos in manu medicorum conſtituunt. Ipſi ergò eligant cuſto-
186 des, qui vitam in manu cuſtodum ponunt. † Et benè facit, quia etiam electio profeſſorum, obſtetricum, & ſimilium, ſpectat ad decuriones. *l. 1. §. 1. ff. de varijs & extraord. cogni-*
187 *tio.* Ad idem facit, † quia electio ſaltuariorũ, id eſt, cuſtodum agrorum, *l. quæſitum. 12. §. ſaltuarium. ff. de fund. inſtru. & l. in inſtrum. 8. in fin. eod. tit.* ſpectat ad vniuerſitatem, *ſecundùm Antipolum in tract. muner. in vlt. part.* vbi hos ſaltuarios appellat bannerios. Sic eos Galli nominant. Itali verò Cam-
188 parios dicunt. † Ad idem & quartò facit, quia cuſtodia clauium ſpectat ad Syndicos vniuerſitatis, *ſecund. D. Guid. Papa conſil. 1.*

conſil. 1. in actio. negator. col. 3. per l. tutores. 17. C. de operib. publ. quæ lex parum facit. Et contrarium quidam tenuerunt, *per text. in l. officium regentis. 12. §. officium tribunorum eſt. ff. de re milit. ibi, claues portarũ ſuſcipere.* quod in præſentiarũ non examino. Sed quantum ad quæſtionem noſtram, conſuetudo obtinuit, quòd electio cuſtodum ſpectet ad decuriones, & fortè iſta opinio conſuetudine approbata, eſt etiam in puncto iuris verior. Et pro reſolutione contrariorũ diſtinguendum puto. Quidam ſunt officiales, habentes nudam adminiſtrationem bonorum ipſius reipubl. vel nudam cuſtodiam corporum, vt ſunt Syndici, medici, theſaurarij, profeſſores, cuſtodes annonæ, & ſimiles, & horum omniũ electio ſpectat ad decuriones ciuitatis. *l. 2. & l. nominationum. 46. C. de decurion. lib. 10. l. item eorum. 6. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq;*
189 *vni. nom.* † Quidam ſunt, qui habent exercitium iuriſdictionis, ſeu eorum, quæ ſunt conſecutiua, vel præambula ad iuriſdictionem exercendam, vt ſunt magiſtratus, apparitores, & ſimiles, & iſtorum electio ſpectat ad dominum loci. *l. 3. ff. de iurisd. omn. iud.* & ita procedunt contraria, & ita dixit
190 *Ioan. de Plat. in rubr. C. de adminiſtr. rerum publ. lib. 11.* † Crederem tamen, cuſtodes portarum, electos per decuriones, eſſe à domino loci confirmandos, quia officium cuſtodiendi portas, habet in ſe præeminentiam quandam, & in conſequentiam habet incluſam iuriſdictionẽ. Quia quandoq; deferunt iuramentũ volentibus ingredi, an à 40. diebus fue-
191 rint in loco ſuſpecto. † quæ delatio iuramenti iuriſdiction. eſſe videtur, vt ex definitione iuriſdictionis, de qua *in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* manifeſtè colligitur. Et probatur *in l. admonendi ſumus. 31. verſ. ſolent autem. ff. de iureiur.* Et quia arcere aliquem ab ingreſſu portarum, ſapit præeminentiam, *vt infra ſubijciam.* Et quia etiam agitur de intereſſe domini, vt locus ſuus à peſtilentia præſeruetur. *d. l. nam ſalutem reipublicæ.* & quòd cuſtodes portarum ſint à ſuperiore in officio confirmandi, videtur mihi in ſimili *text. in l. 1. C. de Irenarchis. lib. 10.*
192 vbi deciditur, quòd Irenarchæ, † qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur. *l. fin. §. Irenarchæ. ff. de*

 muner.

muner. & honor. ſunt ab ordine decurionum eligendi, & iudicio præſidis idonei debent reputari, & ſic præſidis iudicio
193 ſunt confirmandi. Sed ſubintrat † dubitatio, quid ſi dominus recuſet electos confirmare, an donec de confirmatione diſceptatur, electi poſsint ſuum officium exercere? Videtur, quòd non. *per text. l. reus. 7. §. cum contra quem. ff. de muner. & honor. & per text. in argum. in c. auaritiæ. de elect. lib. 6.* Poteſt forte dici, quòd ea, quæ ſunt nudæ cuſtodiæ, poterunt exercere, ſed non ea quæ ſunt iuriſdictionis, & ſic deferre non poterunt jusiurandum, *argum. eorum quæ not. in c. venerabilem. de elect. & in l. benè à Zenone. 3. C. de quadrien. præſcription. & in c. tranſmiſſam. de elect.* niſi opponeretur notorius defectus contra perſonam cuſtodis electi. Nam tunc dicerem, eum non poſſe interim exercere ea, quæ ſunt nudæ cuſtodiæ, quia per ſuſpectum cuſtodem poſſet ciuitas contaminari, *argum. l. tutor quoque. 3. §. præterea. ff. de ſuſpect. tutor.* nam & cuſtodes confirmati, ſi apparet de eorum inſufficien-
194 tia, vel ſuſpicione, debent remoueri. *c. 1. de off. cuſtod.* † Sed quæ requirantur ad hoc, vt cuſtodes electi dicantur ſufficientes, & idonei? Reſpondeo tria eſſe neceſſaria, ſcilicet quòd ſint diſcreti, induſtrij, & fideles. *Cle. 1. §. ſanè quia circa.*
195 *& ibi not. Card. & Imol. de hæreticis.* † Et tu etiam notabis *illum text.* quòd duo debent eſſe cuſtodes portarum, ſicut dicit ibi Papa, quia non ita fraudandi patet occaſio duobus,
196 ſicut vni ſoli. † Debent etiam cuſtodes electi in manibus domini confirmantis iurare, quòd omnem diligentiam, & omnem, quam poterunt ſolicitudinem, adhibebunt circa cuſtodiam, præſtabuntq; iuramentum fidelitatis de exercendo legaliter, & fideliter ſuum officium. *d. clem. 1. §. porrò.* Qui enim cuſtodit ciuitatem, non dormitabit, neque dor-
197 miet, *ſecundùm Pſalmum. & c. oportet. 81. diſtinct.* † Sed quid ſi decuriones elegerint ſcienter inhabiles, an pro ea vice ſaltem ius eligendi deuoluetur ad dominum loci? Videtur, quòd ſic, *per text. in c. cum in cunctis. §. clerici. & c. innotuit. de*
198 *Election.* † Et non ſolùm eligentes, ſed etiam patroni præſentantes ſcienter indignum, ſunt ea vice priuati poteſtate

præſen-

præſentandi, *ſecundùm gl. Pan. & COMMVNITER ſcribentes in c. cum vos. de offic. ordin.* & idem in poſtulantibus ſcienter indignum, *ſecundùm gl. Pan. & alios in c. 1. de poſtul. prælator.* Quod ius eligendi & ad ſuperiores deuoluitur gradatim. *c. bonæ memoriæ. de elect.* Contrarium fortè dicendum eſt in
199 caſu iſto, † quia nulla lex eſt, quæ talem pœnam imponat, vnde nec nos impoſitam fuiſſe dicere poſſumus, *ſecundùm gl. in c. fin. de iur. patronat.* pro qua eſt *textus in l. & ſi quis. 14. §. Diuus autem Marcus. ff. de relig. & ſumpt. fun. & in §. optimum.*
200 *in Authent. de non eligendo ſecundò nubentes mulier.* † Et iſtud maximè verum eſſet, ſi aliqui ex ordine electioni non conſenſiſſent, quia tunc ad ſuperiores deuoluitur ius eligendi, *iuxta tradita per Pan. poſt alios in c. dudum. col. 3. & in c. cum Vintonienſis. in 1. notab. per illum text. de electiou.* Et illi, qui non conſenſerunt, poterunt nouos idoneos cuſtodes eligere, & ſi placuerit, ſecum ad electionem faciendam poterunt omnes admittere. *d. c. cum Vintonienſis. & ibi Abb. in 2. not.* Ad tollendum ergò omnem dubitationem, cùm dubitatur, ne ex electione generetur eligentibus aliquod præiudicium, cautela ſalubris eſt, quòd aliqui contradicant, ex quorum
201 contradictione ius collegij conſeruabitur. † Sed pone, quòd communitas negligat, vel nolit cuſtodes deputare, quid agendum tunc per dominum loci? Reſpondeo duplici vtatur
202 remedio. † Primò per pœnas, & mulctas, & captis pignoribus poterit compellere Syndicos, & conſiliarios ad deputandum cuſtodes. *c. peruenit. de immunit. Eccleſ. in verbo compellantur. & l. fin. in princ. & §. 1. ff. de muner. & honor.* Per quæ iura *D. Guid. Papæ in deciſ. Parlamenti, deciſ. 631. incip. In quadam cauſa, in dicta curia vertente. in 5. dub.* determinat, ſubdi-
203 tos † poſſe per dominū cogi facere guaytum, & echarguay-
204 tum, id eſt, excubias. † Secundò poterit præcipere conſiliarijs, vt intra certum terminum deputent cuſtodes cum comminatione, quòd elapſo termino ipſe deputabit. tunc elapſo termino, ſi conſtiterit de negligentia decurionum, dominus poterit ipſe eligere, & deputare cuſtodes. *c. irrefragabili. de offic. ord. facit text. in l. ſi eo tempore. 6. C. de remiſſ. pign. & in*

c. 1. &

205 *c. 1. & per tot. de ſupplend. negligent. prælator.* † Sed quid, ſi ſemel ſunt iam electi per decuriones, & confirmati per dominum, an ipſe dominus poſsit alios cuſtodes addere? Ego dicerem, quòd, ſi dominus non confidat de cuſtodibus primis, poſsit alios deputare, quia ſua etiam intereſt, locum non inſici. Et pro hoc adduco *text. ſingul. in l. ſi ita legatus. 16.*
206 *§. dominus proprietatis. ff. de vſu & habitat.* † vbi conceditur domino proprietatis, ponere ſaltuarios, ad cuſtodiam prædij, inuito vſufructuario, *per illum text.* determinat ibi *Alber. de Roſ.* quòd incolæ habentes vſum nemoris alicuius nobilis, poſſunt apponere cuſtodes, ne nobilis ligna incidi faci-
207 at. † Et dicit *ibi Alb. de Roſ.* quòd dominus, ſi dubitet de ſubditis, vel de inimicis, poteſt inuitis vaſallis tenere milites in loco, qui ipſum cuſtodiant, ſequuntur *Bald. & Card. Alex. in c. 1. §. quid ergò. de inueſtit. de re alien. fact.* Quod verum eſt, dummodò dominus ſine dolo, & fraude, ac malo ingenio tales cuſtodes apponat. *c. Quoniam inter dominum & vaſallum. de probib. feud. alien. per Lothar.* & dummodò cuſtodiam communitatis non eijciat. *l. penult. ff. vſufructuar. quemadmodum*
208 *caueat.* † Sed pone, quòd ſubditi velint reuocare ſuam cuſtodiam, ex eo, quòd dominus alios cuſtodes apposuit, an eam reuocare poſsint inuito domino? *Bart. in l. ſi vt certo loco. 5. §. ſi me rogaueris. ff. commodati.* in ſimili caſu concludit, quòd poſſunt, *per text. cum gl. in d. l. pen.* & idem tenet. *D. Card. Alex. in d. §. quid ergò.* & clariùs *Bald. in l. ex diui Antonini Pij. 4. C. locat.* vbi diſtinguit, aut dominus priùs poſuit cuſtodes, quàm ſubditi, & iſto caſu, videtur in ſe cuſtodiam ſuſcepiſſe. Aut adhibuit cuſtodes pòſt, & tunc non cenſetur remiſiſſe cuſtodiam, ergò benè ſequitur, quòd ſub-
209 diti iſto caſu ſuam cuſtodiam non poterunt auocare. † Secundò quæro principaliter, an dominus aut ſubditi teneantur ſatisfacere cuſtodibus? Videtur quòd dominus tenetur, quia obligatus eſt cuſtodire territorium, *vt ſuprà dixi.* Contrarium credo verius, *per text. in l. fin. §. inter perſonalia. ff. de munerib. & honor.* Et quia iuſtum videtur, vt cuſtodes mercedem ab eis recipiant, pro quorum ſalute laborant. *c. cum*

ſecundum.

ſecundùm de præbend. & hanc opinionem conſuetudo appro-
210 bauit. † Sed quæritur,an quilibet cogi poſsit ad cuſtodiam tempore peſtis, aut ſaltem conferre pro impenſis, quæ in cuſtodiendo fiunt? Et ſic quæro,an clerici,Doctores,& ſimiles tempore peſtis excuſentur ab hoc munere perſonali cuſtodiendi portas? Eſt enim iſtud onus regulariter perſonale, *d. l. fin. §. inter perſonalia.* deciſiuè procedendo facio con-
211 cluſionem, † quòd clerici, doctores, decuriones, & ſimiles excuſationem habent ab hoc munere, quia eſt munus viliſſimum, *ſecundùm gl. in l. ne quis. 6. C. de dignit. lib. 12.* conſtat autem, exiſtentes in dignitate ab omni ſordido, & vili officio excuſari. *l. maximarum culmina. 12. C. de excuſ. muner. lib. 10. & l. 1. C. à quib. munerib. nem. licebit ſe excuſ. eod. lib.* Et quia humilioribus officijs non conuenit Doctores, clericos, decuriones,& ſimiles occupari. *l. humiliorib. 14. C. de ſuſceptor. præpoſ. & arca. lib. 10.* Et ibi expreſsè *Ioan. de Plat.* dicit, decuriones ad cuſtodiam portarum non teneri, quia eſt vile officium. Sed nec etiam ſcholares puto teneri, quia ſtudentes artibus liberalibus à muneribus perſonalibus excuſantur. *l. 1. C. qui ætate vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. & ibi Bart. in ſpecie* exemplificat *illũ text.* in onere cuſtodiendi. Quod verum eſt vſque ad viceſimum quintum annum, pòſt verò ſcholares excuſationem non habent, *vt Imp. ibi determinat*, quaſi *ſe-*
212 *cundùm Bart.* præſumatur, † quòd elapſis 25. annis, non poſſit ſcholaris proficere. Nam *Imp. in l. 1. C. de ſtud. liberal. vrb. Rom.* iubet adoleſcentiam liberalibus artibus inſtruendam,
213 non ſenectutem, neque iuuentutem. † Nouitia enim mancipia ſimpliciora ſunt,& ad omnia miniſteria aptiora,& dociliora, trita verò,& veterana difficile eſt reformare, *vt inquit Vlpian. in l. præcipiunt. 37. ff. de ædi. edict.* Nam qui in tenera ætate non didicit, nunquam poterit eſſe perfectus, *ſecundùm gl. in l. vnica. C. de athle. lib. 10.* Et ſæpè à noſtris ruſticis Italicis prouerbialiter loquentibus, audiui hæc verba: Annum vigeſimum natus ignorans, trigeſimum nihil habens,quadrageſimũ nihil potens, ignarus ſemper,pauper &
214 impotens erit. † Medicos inſuper, Grammaticos & cæteros

 litera-

literarum profeſſores ab omnibus muneribus ciuilibus, & publicis, ac etiam ab onere ſuſcipiendi milites certum eſt immunitatē habere. *l. medicos. 6. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & ſecundùm Bart. poſt gl.* lex illa, quantùm ad onera perſonalia, eſt generaliter intelligenda, licèt quoad patrimonialia reſtringat legem illam ad legentes tantùm, quod hîc non diſpicio, quia pendet difficultas ab hoc, an priuilegium immunitatis conceſſum Doctoribus, cenſeatur conceſſum ratio-

215 ne exercitij & magiſterij, an verò ratione dignitatis? † Conſtat enim Doctoratum eſſe dignitatem. *c. quanto. de magiſt. & ibi Pan.* & voluit *Bart. in l. fin. C. de iud. & in 1. Conſtit. C. & in l.*

216 *omnes. C. de decurion. lib. 10.* † Conſtat etiā priuilegiū immunitatis ab onere cuſtodiendi portas fuiſſe conceſsū ratione dignitatis. *d. l. humilioribus. & d. l. maximarū.* benè ergò ſequitur, quòd Doctores etiam actu non legentes, ab hoc munere excuſantur, & videtur caſus *in l. ſancimus. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. & ibi not. Bald.* Et ſi clerici immunes ſunt, ne ab officio diuino diſtrahantur. *l. prætor eos. 13. verſ. vel ſi quod ſacerdotiū nacti. ff. de vacation. mun.* Et ſi etiā ſcholares vacationē habent, ne à ſtudio auertantur. cur etiam immunes non erunt aduo-

217 cati? † Qui, ſi vt decet, poſtulando legibus vtantur, meliorem durioremq; vitam agunt, quàm fratres prædicatores & mendicantes, *ſecundùm Hoſtienſ. in procem. ſuæ ſummæ. col. 4. & ſecundùm Caſſiod.* quid dignius aduocationis officio, quod peregrinum negocium ad ſuas trahit moleſtias, vt laboribus

218 ſubueniat alienis. † *Sed heu miſera temporis conditio hodiè ad ſubuerſionem Veritatis, non ad lucidationem iuſticiæ exercetur*, ideò
« exclamabo *cum Bart.* de conſideratione lib. 1. Miror, quem-
« admodum aures diuinæ audire poſſunt huiuſmodi diſputa-
« tiones aduocatorum, & pugnas verborum: corrige Deus
« prauum morem, præcide linguas vaniloquas, & labia dolo-
« ſa claude. hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui menda-
« cium, diſcreti aduerſus iuſticiam, eruditi pro falſitate, ſapi-
« entes ſunt, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent ve-
« ram. hi ſunt, qui inſtruunt eos, à quibus fuerant inſtruendi,
« aſtruunt non comperta, ſed ſuas ſtruunt calumnias inno-

centiæ,

centiæ, deſtruunt veritatis ſimplicitatem, & obſtruunt iudi-
219 cij vias. † Sed dubitare quis poſſet, nunquid Licentiatus etiam excuſetur ab hoc onere? Videtur quòd non, quia Licentiatus nullam habet dignitatem, & ideò priuilegia conceſſa Doctoribus, non competunt Licentiatis, *ſecundùm Bald. in l. Athleta.8.ff.de excuſ. tutorum per text. l. 1. in ver. coronati.C. de Athletis. lib.10. & in auth. habita. col. 4. C. ne fil. pro patre.* & ita videtur determinaſſe *Dom. Petr. Antibolus antiquiſſimus Doctor prouinciæ Maſſilienſis in ſuo tractatu de munerib.* Sed ego credo ab onere cuſtodiendi portas etiam Licentiatos ex-
220 cuſari. † Quia ſi dicamus, quòd in fauorabilibus Licentiatus habeatur pro Doctore, vt tenuit *Bald. in l. 1. col. penul. ff. ſolut. matrim. & Petr. de Anch in proœm. Sexti.* quorum ſententiam dixit COMMVNITER approbari *Alex. in l. mulier. 22. §. non eſt dubitandum. ff. ad S. C. Trebell.* & ſequitur *Fel. in rubr. de maior. & obe. poſt princ.* tunc neceſſe eſt fateri, quòd etiam ipſi Licentiati excuſentur. Si verò dixerimus, quòd ſcholares adhuc reputentur, vt tenuit *Bald. in d. auth. habita.* adhuc habeo propoſitum, quia ſcholares immunes ſunt, *vt dictum eſt.* Si autem dicatur, quòd tertiam ſpeciem faciant, tunc quæro, an Licentiati altiorem gradum ſint conſecuti? Scio quòd nemo negabit Licentiatos digniores eſſe, quàm ſint ſcholares, ergò ſequitur, quòd etiam iſti immunes erunt.
221 quod eò fortius dicendum videtur, † quia omnes artifices, etiam fuſarij, docentes artes mechanicas, admiſsi ad docendum in ciuitate, ab onere huiuſmodi excuſantur. *l. fin. ff. de iur. immunit. l. 1. in fin. C. de excuſat. artific. lib. 10.* cur ergò Licentiati etiam approbati iudicio Doctorum non ſint excu-
222 ſandi, nulla ratio proponi poſſe videtur. † Senes quoq; annos quinquaginta quinque nati à cuſtodia, cæteriſque oneribus perſonalibus excuſationem habent. *l. fin. C. qui ætate*
223 *vel profeſſ. lib. 10.* † Sed & fœminæ, quibus corporalia munera ſexus ipſe denegat, ad cuſtodiam non tenentur. *l. & qui originem. 3. §. corporalia. ff. de muner. & honor.* Excuſantur etiam valetudinarij. *l. 1. C. qui morb.* & plures alij de quibus *C. de excu. mu. lib. 10. & ff. de vacatio. mun. & C. qui ætate &*

 profeſſ.

224 *profeſſ. ff. de iure immu.* † Quorum omnium exemptio, & excuſatio debent ceſſare, vbi propter tam maximam vicinorum contagionem tantum periculi immineat, quòd abſque auxilio exemptorum locus facilè cuſtodiri non poſsit, tunc vocat *labor vltimus omnes.* & iſtud eſt quod decidit *Papa in c. peruenit. de immun. eccl.* vbi deciditur, clericos teneri ad cuſtodiam murorum, & ad excubias pro defendenda ciuitate ab incurſu & inuaſione Saracenorum. Ad idem textus eſt *in l. 2. ſub finem. C. qui ætate vel profeſſ. lib. 12.* vbi dicitur, propter inopiam ciuium, ſcholares, ſenes, & minores cogi poſſe ad perſonalia munera, à quibus aliàs excuſantur. Ad idem *text. in l. vt gradatim. 9. quoties penuria eſt. ff. de muner. & honor. & in l. cum te. 3. C. quemadmodum ciuil. muner. indicuntur. lib. 10.* In ſubſidium ergò exemti poſſunt compelli ſubire onus cu-
225 ſtodiæ. † Ad quam etiam prædicti tenentur, ſi ex conſuetudine obtentum ſit, eos teneri, quia conſuetudo derogat cuicunque immunitati. *l. 2. in princ. & ibi gloſſ. in verb. ſeruatur. ff. de vacat. & excuſat. mun. & l. non tantùm. 11. §. fin. ff. de decurion.* Diſcuſſa hac quæſtione, de munere perſonali, ſtat diſcutere quæſtionem de onere patrimoniali, an ad impenſas neceſſarias pro cõſeruanda, & liberanda ciuitate à peſtilentia, quilibet collectari poſsit. Hanc quæſtionem ſubdiuido
226 in duas partes. † Prima eſt, an ad expenſas, quæ fiunt in ſalarijs cuſtodũ, quilibet teneatur pro rata, etiamſi ſit immunis ab onere perſonali ipſius cuſtodiæ? Videtur quòd ſic, nam collecta dicitur onus patrimoniale. *l. munerum. 18. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon.* declarat *Bart. in l. vnica. verſ. venio ad ſecundum. C. de mulierib. in quo loco munera ſexui. lib. 10.* vnde dato, quòd aliquis ſit immunis à perſonalibus, non tamen ſequitur, quòd etiam immunis eſſe debeat à patrimonialibus. *l. in honoribus. 8. §. Philoſophis. ff. de vacat. & excuſat. muner.* Vnde puto animaduertendũm, an cuſtodes, pro quorum ſalarijs fuit impoſita collecta, fuerint deputati ad releuandum onus perſonale ſingulorum, id eſt, ne ſinguli dietim vocarentur ad cuſtodiam, & tunc immunes ab onere cuſtodiæ perſonalis, non credo teneri cõtribuere in huiuſmodi

collecta

227 collecta ſubrogata in locum muneris perſonalis. † nam ſubrogatum debet ſeruare naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. *l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautiore. c. ecclesia S. Mariæ. vt lit. pendente nihil innouetur.* aliàs exempti pro non exemptis grauarentur, quod fieri non debet. *l. 1. C. vt nullus ex vica. pro alien. vicarior. deb. &c.* & ita decidit *Bart. poſt Guil. in d. l. 1. ver. quæro ergò vtrum. C. de mulierib. in quo loco.* Aut alia ex cauſa fuerunt deputati, fortè quia magis expediebat cuſtodire, & continuò locum per expertos, quàm dietim per ſingulos, & tunc exempti ab onere perſonali non
228 excuſabuntur ab hac collecta. † quia quando ad diuerſum finem fit ſubrogatio, non habet locum regula *d. l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ſecundùm Bart. in l. ſi pater filium. 14. col. 6. ff. de inoffic. teſtam.* & facit quod decidit *D. Iaſ. in l. quod in rerum*
229 *natura. 24. §. ſi nauem. ff. de leg. 1.* Secundò quæro, † an ad alias collectas, quæ imponuntur propter peſtem, teneantur hi, qui habent generalem immunitatem ab omnibus muneribus? Videretur prima conſideratione dicendum, eos non teneri, quia collecta impoſita propter peſtem, dicitur
230 onus extraordinarium, cùm per accidens imponatur. † Ea enim onera, quæ non habent certam, & determinatam formam præſtationis, etiam reſpectu temporis extraordinaria dicuntur, *ſecundùm Bart. in d. l. 1. ver. item quæro cum in iure. Gem. conſi. 116. col. 1.* Ab extraordinarijs autem priuilegium immunitatis generale, abſque dubio defendit priuilegiatū. *l. in honoribus. 8. §. qui muneris publici. ff. de vacat. & excuſ. muner.* Item pro hac parte facit, quia beneficia Principum ſunt latè interpretanda. *l. fin. ff. de conſtit. princ. c. cùm dilecti. de donat.* per quam rationem deciſum fuit, quòd priuilegium immunitatis à decimis, etiam de decimis prædiorum acquirendorum intelligatur. *c. quia circa. de priuil.* Item facit, quia, *vt dixi in preludijs*, bonum eſt argumentum, de bello ad peſtem. Sed habentes priuilegium immunitatis ab omnibus oneribus, non tenentur ad onera, quæ imponuntur ratione guerræ, *ſecundùm Ray. Ioan. de Imo. Paul. de Caſtr. & Aret. in l. ſi ex toto fundo. 8. in princ. ff. de leg. 1.* Ergò etiam

 non

non tenebuntur ad onera, quæ indicuntur ratione peſtis, & maximè, quia concedens potuit ſaltem in genere cogitare caſum peſtis, ergò ad ipſum conceſsio generalis extendenda videtur. *argum. l. qui iure milit. 8. ff. de teſtam. milit.* & ita reperio conſuluiſſe *Dom. Alex. conſil. 30. Ponderatis narratis. lib. 5.* Sed præmiſsis non obſtantibus, contrarium & probabilius, & æquius exiſtimo. Et inprimis retorqueo funda-
231 mentum ſuprà factum de bello ad peſtem. † Nam COMMVNIS eſt *Dd. ſententia*, quòd generalis immunitas ab omnibus oneribus, non extendatur ad onera imponenda ratione guerræ, *ſecundùm Dy. Alb. de Roſ. Sali. & Do. Alex. d. l. Iaſ. & Moder. in d. l. ſi ex toto.* & ita conſuluit *Alex. conſil. 215. Nec arguendi ſumus. col. 6. lib. 2.* Idem tenuit *Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de cenſ. §. 2. ver. ſciendum eſt. & D. Ant. de But. in c. peruenit. de immun. Eccleſ.* Mouentur omnes per *text. in l. vnica. C. vt neminem liceat in empt. ſpec. ſe excuſ.* qui optimè probat in ratione decidendi, *ibi, vrgente neceſſitate publica.* Et licèt loquatur de neceſsitate cauſata ex inedia, tamen idem dicendũ eſt de neceſsitate cauſata ex peſte, cùm vtraq; concernat ſalutem publicam. Ad idem bonus text. *in l. 1. C. A quib. mun. vel præſtationibus nemi. ſe lic. excuſ. ibi, cùm tempus*
232 *exegerit, non obſtante priuilegio collationi ſuccumbant.* † Sed certè, vt docet experientia, nullum tempus magis exigere videtur, priuilegiorum derogationem, quàm tempus peſtis, quo nullum calamitoſius dici poteſt. Tertiò facit *text. in l. iube-*
233 *mus. 10. C. de ſacroſ. Eccl.* & *per illam* dicit *ibi Bald.* † quòd generalis immunitas, non includit caſum publicæ vtilitati contrarium. Quartò, ſi clerici ad inſtructionem murorum, & pontium tenentur. *L. ad inſtructiones. 7. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ea ratione, quia etiam de ipſorum clericorum intereſſe agitur, cùm ciuitas muris cincta ab oppreſsionibus, & incurſionib⁹ tuta efficiatur. eadem ratione dicendũ videtur, quòd
234 etiam teneantur patriam tueri à peſtilentia. † Et licèt *Pan. in c. non minus. de immunit. eccleſ.* voluerit *d. l. ad inſtructiones.* eſſe correctam, tamen COMMVNIS *opinio eſt contra ipſum.* nam contrarium tenent *Petr. Cyn. Bald.* & COMMVNITER

aliȷ

alij in d. l. ad inſtructiones. Innoc. Card. Ioan. And. & COMMVNITER alij in d. c. non minus. Bald. conſil. 246. lib. 4. vbi ſic exorditur, *Antiqua querela laicorum eſt, quia Eccleſiæ de die in diem ditantur, & laici ab oneribus ſtrangulantur.* & idem tenuit *Bald. conſil. 312. Si de iure commun. lib. 3. & Capoll. in tract. ſeruit. rubr. de ſeruitute viæ. chart. vlt. Dom. Iaſ. in l. placet. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. poſt Sal. ibi. Alex. conſil. 68. viſo & benè diſcuſſo. col. 7. lib. 2. Corn. conſil. 22. In hac. lib. 4. Dom. Guido Pap. deciſ. 78.* vbi atteſtatur, à ſe fuiſſe obſeruatum ſuo tempore, quo guerra vigebat inter Dom. Delphinũ, & Ducem Sabaudiæ. Et dato, quòd Eccleſiaſtici ad reparationem murorum non tenerentur, tamen ad collectas, impoſitas propter peſtem, nullam poſſe videntur excuſationem prætendere, quia tales collectæ communem vtilitatem principaliter, & pietatem reſpiciunt, quo caſu, *ſecundùm ipſummet Pan.* etiam Eccleſia obligatur. Et hoc modo ſaluat *Dom. Bart. in l. nullus. 11. C. de curſ. publ.* vbi dicit, Eccleſiam teneri ad collectas inductas, pro expellendis hoſtibus, qui occidendo, & deprædando vadunt per comitatum, quia tales collectæ reſpiciunt principaliter vtilitatẽ, etiam ipſius Eccleſiæ. Et *illud dictum Bart.* etiam ſequitur *D. Iaſ. in d. l. placet. 5.* quia ſi vrgente neceſsitate, tenentur ad onera perſonalia, *d. c. peruenit.* eadem ratione etiam tenebuntur ad collectas. Illud *dictum Bart.* commendat *Barb. conſil. 1. lib. 3.* & idem conſuluit *Petr. de Anch.* licèt *de Bart.* non faciat mentionem. *conſil. 96. ſuper dicto dubio.* Et quòd Eccleſia teneatur ad onera reſpicientia communem vtilitatem, facit quod dixit *Ioan. de Plat. in l. ad reparationem. 7. per illum text. C. de aquaeduct. lib. 11.* & retuli *ſuprà in 2. remed.* Concludo itaque ad collectas, quæ ob peſtem imponuntur, etiam teneri habentes exemptionem generalem ab oneribus perſonalibus, realibus, & mixtis, etiam in forma, quam docet *Bart. in l. Si qui. 2. ff. de iure immun.* Quod intelligo, vrgente neceſsitate, aliàs ſecùs. *d. l. vnica. C. vt nemi.*
235 *liceat &c. ibi, vrgente neceſſitate.* † Item intelligo, niſi exemptio conceſſa eſſet tempore, quo iam vigebat peſtis in loco, quia tunc apparet, concedentẽ cogitaſſe etiam caſum peſtis,

ſecundùm

ſecundùm Dyn. in d. l. ſi ex toto. Tertiò eadem ratione intelligo, niſi locus ipſius priuilegiati eſſet ſui natura, & à communiter contingentibus ſubiectus peſtilentiæ, quia apparet ex hoc, quòd concedens voluit concedere immunitatem etiam tempore peſtis. *argum. l. ſi fundum. 4. C. de ædilit. actionib. & eorũ, quæ dixi in 3. ſpeciali, contractuum. ver. potes tamen notare.*
236 Quartò † intelligo illud, quod dixi de clericis, procedere, dummodò auctoritate ordinarij eccleſiaſtici, ad talia opera compellantur, quia notum eſt, quòd laici nullam coërtionẽ habent in clericos. *c. eccleſia S. Mariæ. de conſtitut. & c. ſi diligenti. de for. comp.* & ita tenent *Pan. & alij in d. c. non minus. D. Iaſ. in d. l. placet. Bald. & alij in d. l. ad inſtructiones.* Aggredior tertiam principalem quæſtionem, quod & quale eſſe debeat
237 officium horum cuſtodum. † Et primò quæro, an poſsint arcere quoſque ab ingreſſu loci? In hoc puncto conſiderandi ſunt tres caſus. Aut conſtat, volentes ingredi non eſſe contagioſos, nec de contagione ſuſpectos, aut conſtat eſſe contagioſos, aut dubitatur. Primo caſu clarum eſt, & expeditum, quòd repelli non poſſunt, quia contra non ſuſpectos
238 ceſſat cauſa cuſtodiæ, & † ſi arcerentur ab ingreſſu, eis competeret vel interdictum de locis & itineribus publicis. *l. 1. ff. de loc. & itin. pub. & l. 2. §. fin. ff. ne quid in loc. publ.* vel actio iniuriarum, *l. iniuriarum. 13. §. ſi me quis prohibeat. ff. de iniurijs.*
239 Sed pone, † quòd ab ordine fuerit factum decretum, quòd nullus forenſis recipiatur in locum vſque ad octo dies, quæritur an huiuſmodi decretum valeat, & obſeruationem me-
240 reatur? Videtur prima facie, quòd non valeat, † tum quia prohibere, ne quis ingrediatur, & tranſeat per vias publicas, eſt de regalibus. *c. 1. quæ ſint regal. in vſib. feud.* ergò ſpectat ad principem prohibere, non ad conſilium ciuitatis, tum quia decretum videtur iniquum, & inhumanum, ergò &c. Non enim eſt lex, quæ iuſta non eſt. *c. erit autem lex. 4. diſtinct.*
241 † Quid enim poteſt magis eſſe contra charitatem, quàm hoſpitium denegare aduenis, & peregrinis, quibus Eccleſia in ſubſidium portas aperit. *c. nulli. 42. diſtinct.* iniquiſsimum quippe eſt alij facere, quod nobis fieri nõ vellemus. *c. 1. 1. diſt.*

Et pro iſta opinione videtur *text. in §. omnes peregrini. de ſtatut. & conſuet. contra libertat. eccleſ. editis. in Conſt. Friderici ſecundi. & in auth. omnes peregrini. C. communia. de ſucceſſ.* Dicitur *ibi, aduenæ & peregrini liberè hoſpitentur, vbi velint*, contrarijs ſtatutis, conſuetudinibus, & priuilegijs non obſtantibus. pondera, quòd ſtatuta non obſtant. † Quod etiam de ſtatu-
242 tis futuris intelligendum eſt, *ſecundùm Bart. in l. ſi mihi & tibi. 12. §. fin. ff. de leg. & fideic. 1. & ibi latè Mod. & Alb. de Roſ. in l. ſi ſeruitus. 22. ff. de ſeruit. vrb. prædior. in fin.* Pondera † etiã ver-
243 bum *liberè*, & idem eſt, ac ſi dictum eſſet abſque vllo impedimento, & abſque vlla conditione. *c. licèt epiſcopus. de præben. lib. 6. c. 1. vbi diffuſè per Barb. de offic. ordinar.* † Ad idem
244 videtur *text. in c. innouamus. de treuga & pace. Vbi peregrini, & ruſtici euntes, & redeuntes plena ſecuritate lætentur*, ergò eis introitus non eſt denegandus, nec pro repræſalijs capi poſſunt. Quod *Bald. & cæteri affirmant in d. auth. omnes peregrini.* In contrarium facit, quia quilibet poteſt prohibere, ne quis iter faciat per agrum ſuum. *l. per agrum. 11. C. de ſerui. & aqua.* Et pro hac parte videtur *clarus text. in l. mercatores. 4. C. de commer. & mercatorib.* vbi dicitur, mercatores poſſe prohiberi, ne in prouinciam ſe conferant, & hoc, ne illius regni ſcrutentur arcana. Quid tenendum? Circa hanc dubitationem duo ſunt conſideranda. Primò, an facultas prohibendi competat populo? Secundò, an prohibitio ſit iuſta nec ne? Circa primum, aut vniuerſitas non recognoſcit ſuperiorẽ, & tunc, quia habet regalia, non eſt dubiũ, quin poſsit omnia, quæ poteſt princeps, *ſecundùm Bart. in l. infamem. 7. ff. de public. iudic. & Pan. in c. quæ in eccleſiarum. col. 2. de conſtit.* Aut ſuperiorem recognoſcit, nullamq; habet iuriſdictionem, & tunc videtur, quòd non poſsit prohibere ingreſſum alicui, ſed ius prohibendi ſpectet ad principem habentem regalia. *d. c. 1. quæ ſint regal.* Et quia ius terrendi, id eſt, ſummouendi à territorio, ſpectat ad dominum territorij. *l. pupillos. 239. §. territorium. ff. de verb. ſign.* Et quia ſtatuere circa ea, quæ non concernunt adminiſtrationem ipſius populi, eſt iuriſdictionis, & ideò populus carens iuriſdictione, non videtur poſſe

talia ſtatuta facere, *ſecundùm Bart. in l. omnes populi. in 1. quæſt. ff. de iuſtit. & iure.* Niſi fortè vniuerſitas tale ius prohibendi præſcripſiſſet. *c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign.* Et in pleriſque locis ſimiles prohibitiones fieri vidi nomine vni-
245 uerſitatis. † Poteſt enim in iſtis plurimum conſuetudo, quæ dat iuriſdictionem non habenti. *l. viros. 8. C. de diuerſis officijs, & apparitorib. lib. 12. cum ſuis concord.* Circa ſecundum dico, quòd tale decretum ſine cauſa, vtpote iniquiſsimũ, non valet, *per iura primo loco deducta.* Cum cauſa verò tenet, & obſeruandum eſt. *d. l. mercatores. ibi, ne regni ſecreta ſcrutentur.* Similiter ſi dubitetur, ne forenſes admiſsi uſurpent imperi-
246 um, poteſt eis dominus denegare introitum. † habetur *Num. 20. & 21. c.* & ita in proprijs terminis diſtinguit *Andr. de Iſer. in rubr. quæ ſint regalia.* & ibi addit, quòd ſi rex dubitet, ne exteri inficiant animos ſubditorum, eos tunc arcere poteſt à ſuo regno, & eis introitum denegare. Qua de cauſa vide-
247 mus, quòd ſæpè expellunt † Iudæos. Et hac ratione crederem, quòd & hi, qui venerunt ad habitandum in ciuitate, vt ſuperſtitiones, & vſuras exerceant, quas in ſua patria tutè exercere non poterant, vel exercere erubeſcant, omnes eijci, & ab ingreſſu repelli poſsint, ne ſubditos imitatione deteriores reddant. *l. ædiles. 25. §. quid ergò. ff. de ædil. edict.* Secundo caſu, quando conſtat, petentes ingreſſum, eſſe contagioſos, tunc etiam clarum eſt, quòd cuſtodes non debent eos admittere, quia etiam admiſsi eijci, & expelli poſſunt, *vt dicam infrà de remedijs curatiuis.* nam *turpius eijcitur quàm non*
248 *admittitur hoſpes. c. quemadmodum de iureiur.* † Sed hîc occurrit dubitatio, an etiam domino loci, quem conſtat eſſe infectum, poſsint cuſtodes denegare introitum? videtur fortaſsè dicendum, quòd non, propter iuramentum fidelitatis quo promiſerunt vitam domini tueri, & vtilitatem ipſius procurare. Sex enim continet iuramentum fidelitatis, quæ ſunt notiſsima. *c. 1. de forma fidelitat. & c. de forma 22. q. 5.* Domino ergò infirmo debent opem ferre, non autem eum à proprijs laribus, & à ſua domo expellere. Et pro domino facit, quod decidunt *Io. Andr. & Gemin. in c. grandi de ſupplend. neglig.*

249 *neglig. prælat. in ſexto. per illum text.* † Dicunt enim, non eſſe audiendos ſubditos, qui volunt paciſci cum domino ſuo, quòd non poſsit niſi cum certo numero hominum armatorum locum intrare, refert & ſequitur *D. Iac. de S. Georg. in tract. ſuo feud. ſub rubr. de Roydis. col. fin.* Item pro domino facit, quia cuſtodes eum tenentur tueri etiam aduerſus proprium filium, & aduerſus fratres. *c. 1. hic finitur lex Fed. &c.* ergò etiam aduerſus omnes, & ſingulos de loco eum debent tueri, non autem ingreſſum prohibere. In contrarium facit, quia licitum eſt vim domini contraria vi repellere, *ſecundùm*
250 *Archid. in d. c. de forma. Card. in d. c. 1.* † Item, qui iurauit defendere dominum, non tamen tenetur aduerſus ſeipſum, quia in generali ſermone non comprehenditur perſona loquentis. *l. inquiſitio. 18. C. de ſolut. & eſt text. in terminis in c. petitio. ibi gl. de iureiur. ſequitur Felin. in c. ego N. col. 3. eod. tit.* Cùm igitur agatur etiam de periculo vitæ ipſorum cuſtodũ, videtur, quòd poſsint reſiſtere domino peſtilenti, ne ingrediatur, & locum contaminet. Secundò pro hac parte facit, quia ſubditi magis patriæ tenentur, quàm domino. *l. minimè maiores. 35. ff. de relig. & ſump. fun.* per quam dixit *Alb. ibi*,
251 quòd † vaſallus, non obſtante fidelitatis iuramento, tenetur patriam defendere aduerſus arma domini: niſi conſtaret, quòd dominus iuſta arma moueret. & idem tenuit *gl in d. c. de forma. & ibi Archid.* & firmant *Andr. de Iſer. Card. Alex. & alij in c. 1. de forma fidelitat. & Iac. Aluar. in d. c. 1. hic finitur lex Fed. &c.* traditur *per Mod. in l. veluti. erga Deum. & in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure.* Non ergò cuſtodes ad interitum patriæ,
252 intromittere debent dominum infectum. † Tertiò facit, quia ſubditi ad malum peragendum non debent domino opem ferre. *d. c. hic finitur lex Fed.* nec contra iuſticiam tenentur ei auxiliari. *c. Iulianus Imp. c. qui conſentit peccantibus. 11. q. 3.* Cùm igitur dominus velit iniuſtè virus peſtiferum in patriam immittere, æquum eſt, & iuſtum prohibere, & ei non conſentire. Et *iſta opinio* verior eſt, & tutior, vt patebit ex reſolutione contrariorum. Et primò non obſtat iuramentum fidelitatis, quia iurans, non intelligitur promiſiſſe do-

mino defenſionem aduerſus ſeipſum, nec aduerſus patriam, vt in primo & ſecundo fundamentis factis, pro hac parte dictum fuit, nec etiam, ſi dominus velit, alios indebitè oppri-
253 mere, vt in tertio fundamento. † Præterea pari modo tenetur dominus ad illa ſex, de quibus in iuramento fidelitatis, licèt ipſe non teneatur ſimile iuramentum ſubditis præſtare. *d. c. 1. §. fin. de for. fidel.* Et ſi dominus non defendat ſubditos cum poſsit, priuatur proprietate feudi. *c. 1. qual. domin. prop. feud. priuetur.* poterunt ergò ſubditi domino infecto volenti intrare, & ſic locum peſtilentem reddere, opponere exce-
254 ptionem *l. cum proponas. 21. C. de pactis.* † Attamen crederem, ſubditos non poſſe dominum ſuum infectum ex toto expellere, quia licèt teneantur ſalutem propriam ſaluti ſui domini anteferre, *ſecundùm gl. in c. 1. in princip. Quibus modis feud. amitt. & in c. 1. §. fin. de ali. feud. pater. & vtrobique Dd.* Si tamen ſalua ſalute propria dominum periclitantem non adiuuerint, puniri debent. *c. 1. §. item ſi dominum. quæ fuer. prim. cauſ. beneſic. amitt.* Prouidebunt ergò domino ſuo in aliquo loco territorij de congrua & ſeparata habitatione, nec prætextu impenſarum vllo modo poſſunt ſe excuſare.
255 † quia domino exiſtenti in periculo mortis, tenentur vltrò ſuis ſumptibus ſubuenire. *c. licet. ſi de feud. fuer. controu. inter*
256 *domi. & agnat. vaſal.* † Item dubitatur, quid ſi forenſes à loco infecto fugientes petant, quòd eis liceat facere caſulas in territorio alterius, an eis iſtud poſsit denegari? Breuibus reſpondendo, ego arbitror, quòd ſi aër proprij territorij, à quo fugiunt, non ſit corruptus, quòd non ſolùm ingreſſus loci, ſed etiam territorij, & caſulæ poſsint denegari, per ea quæ dixi ſuprà in 1. caſu. Si verò in proprio territorio ſit aër corruptus, dubito, quòd tenetur territorium, & caſulas concedere. Nam ex parte fugientium iuſta eſt fuga. *c. negotiatorem. 88. diſtinct. l. 2. §. pen. ff. ſi quis caution.* Ex parte incolarum loci, ad quem confugiunt, iniuſta videtur expulſio. Quod ſic oſtenditur: Qui poteſt ſubleuare proximum à periculo mortis, & non vult, homicida eſſe conuincitur. *83.*
257 *diſtinct. in ſumma.* Dilectio † enim ꝓximi cadit ſub præcepto.

Inquit

Inquit enim dominus, diliges proximũ tuum ſicut teipſum.
c. 1. 1. diſtinct. & benè etiam facite his, qui oderunt vos. *c. hæc
autem vita. 23. q. 4.* ſi dilectio proximi eſt in præcepto, ergò
& omnia, ſine quibus ipſa proximi dilectio conſeruari non
poteſt, erunt ſub præcepto. Ad dilectionem autem proxi-
mi ſpectat, non ſolùm vt ei benè velimus, ſed etiam vt ei bo-
num operemur. *Ioh. 3.* Non diligamus verbo, neque lin-
gua, ſed etiam opere & veritate. Ad hoc autem, vt velimus
& operemur proximo bonum, oportet vt illius neceſsitati-
bus ſubueniamus. *c. paſce. 81. diſtinct. & in c. quanta. de ſent. ex-
com. l. necare videtur. 4. ff. de lib. agnoſc. & alend. cum ſimilibus.*
Compatiamur, *inquit Ambroſ.* alienis calamitatibus, aliorum
neceſsitates, quantùm poſsimus, ſubleuemus, & ampliùs
interdum, quàm poſsimus. *c. pulcra. 86. diſtinct.* Et pro hac
parte facit, quia eijciendi non ſunt, qui vi ventorum in alie-
num portum impulſi ſunt. *l. Cæſar. 15. ff. de publicanis.* nec re-
pellendi veniunt, qui metu hoſtium ad vicinos confugiunt,
imò, vt quis ſe ſaluet ab incendio, poteſt abſque iniuria ædi-
258 ficium vicini diruere. Non enim alteri † facit iniuriam, qui
ſe tueri vult etiam cum damno tertij. *l. 3. §. quemadmodum.
ff. de incend. ruin. naufrag. & facit tex. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11.*
Ergò etiam expellendi non videntur, qui propter aëris cor-
ruptionem, à qua ſe tueri non poſſunt, confugiunt ad ſalu-
brem locum. Et ſi dicatur, neminem debere proximo ſub-
uenire cum periculo propriæ vitæ, vt dictũ fuit in proxima
dubitatione. Reſpondeo verum eſſe. Sed in caſu iſto poſſunt
fugientibus ſubuenire abſq; periculo capitis concedendo il-
lis particulam territorij, in qua caſas ſibi valeant præparare.
Et, ſi dicatur, vagari poterunt, & vagando per territoriũ in-
colas inficere? Reſpondeo, adhibeant cuſtodes qui cuſtodi-
ant, & prohibeant, ne diſcurrant per territoriũ. Et ſi replice-
tur, ex hoc grauari ſubditos propter expenſas faciendas in
cuſtodiendo, talis replicatio non eſt admittenda, quia non
debet apud te plùs valere tua pecunia, quàm vita morituri.
c. non ſatis. 86. diſtinct. & medicus tenetur ſuis ſumptibus me-
deri ægrotis, à quibus, eorumque hæredibus actione nego-

 tiorum

tiorum geſtorum mercedem, & impenſas repetet. *ſecundùm gl. in ſumma. 84. diſtinct. per text. in l. Pomponius. ff. de neg. geſt.*
259 Et hæc opinio humaniſsima eſt, & amplectenda. †Contrariam autem ſententiam, quia miſericordiam vetat, neq; tenere, neque audire debemus. *c. Ponderet vnuſquiſque. in fin. 50. diſt.* Et vt ſecuri ab hac dira clade ſim⁹, & à Deo miſericordiam conſequi veleamus, diſcamus priùs aliorū miſereri. Beati, inquit Dominus, erunt miſericordes, quia miſericordiam conſequentur. *c. hæc autem. 23. q. 4.* Tertio caſu, quando dubitatur, videtur dicendum, cuſtodes debere præſtare
260 ingreſſum petentibus, † quia in dubio quilibet præſumitur ſanus. *l. ſemel. 6. C. de re milit. lib. 12.* Et qui infirmitatem allegat, eam probare tenetur, *ſecundùm Bart. in l. quæſitum. 60.*
261 *ff. de re iudic.* In contrarium facit, † quia via pro ſalute corporis tutior eligenda videtur. *l. 2. §. ſi quis tamen. ff. Si quis caution. l. imò. 16. ff. de liber. cauſ. Bart. in l. continuus. 138. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* Sic in dubio capienda eſt opinio, quæ facit pro ſalute animæ. *c. iuuenis. de ſponſal. c. paruulos. de conſecr.*
262 *diſt. 4.* † Et ad prouidendum declinamus in deteriorē partem. *ſecundùm gl. in c. 1. de Scrutin.* & probatur *in l. generaliter. 24. §. ſi homine libero. ff. de fideicom. libert. & in §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* traditur *per Alex. in l. nam poſteaquàm iuratum eſt. 9. §. ſi minor. ff. de iureiur. & per Iaſ. l. ſi arrogator. 22. col. 3. ff. de adoptionibus.* Et vbi de maiori agitur periculo, cautiori remedio opus eſt. *l. 1. §. & ſi quis. ff. de Carb. edict. c.*
263 *vbi periculum. de elect. lib. 6.* † Et quia ſanitas eſt fundamentum petentis ingreſſum, ideò ſibi aſſerenti ſe ſanum, onus probandi videtur incumbere. *l. ei qui. ff. de probat.* & iſta pars videtur verior. Sed qualiter itinerator probabit ſe ſanum? Reſpondeo, ſi aliter modus probandi conſuetudine non ſit introductus, iuramento ipſius ſtandum eſſet, quia extraiudicialiter agitur, & dilationem controuerſia non admittit, *vt in ſimili decidit Specul. tit. de app. §. nunc breuiter tranſcurrendum. verſ. quid ergò ſi appellator.* vbi vult, quòd, ſi quis non habeat teſtes paratos, quibus probare poſſet allegatam infirmitatem, tunc eius ſacramento dari debeat plena fides in-

ſpecta

ſpecta cauſæ, & perſonæ qualitate. *argum. c. ſinalis. extra. Quod metus cauſa.* Si modò infirmitas, attenta natura cauſæ, & conditione perſonæ, probatur per iuramentum infirmi, cur non etiam probabitur ſanitas, cui iuris præſumptio adminiculatur? Et benè facit *text. in l. theſaurus. 15. ff. ad exhi-*
254 *bend.* per quem concludunt Dd. † quòd in cauſis ſummarijs eſt quæſtio decidenda iuramento, niſi perſona, cui deferendum eſt, ſit aliàs ſuſpecta, *ſecundùm Bald. in l. eum qui. 3. C. de procur.* ſi enim ſuſpecta ſit, non eſt eius iuramento ſtandum. *l. non omnes. 5. §. à barbaris. ff. de re militar. cum ſimil.* Nam i-
265 ſtud videtur iuramentum purgationis: † ergò ei deferendum, de cuius purgatione quæritur. *l. præſenti lege decernimus. 6. §. ſicuti depoſitæ. C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt. c. 1. de*
266 *purg. canon.* † Et pro hoc facit, quia ſtandum eſt iuramento deferentis res in ciuitatem, an vſus ſui cauſa deferat, *ſecun-*
267 *dùm Gl. Card. & Imol. in Clem. religioſi. de Decim.* † Sed quia ab experientia, quæ eſt omnium rerum magiſtra. *c. quam ſit. de elect. lib. 6. Clem. diſpendioſam. de iud. c. multis. 44. diſt. & Conſt. de Iuſtinianeo Codice confirm. §. 1.* compertum fuit, itinerantes periuria paſsim ſubire, ne in campis pernoctent. Dicebat enim quidam amicus meus, quòd Iupiter omnipotens
268 periuria ridet euntis. † Idcircò conſuetudo adinuenit alium modum probandi, itinerantes non eſſe de peſtilentia ſuſpectos, videlicet per ſcripturam, id eſt, per literas dimiſſorias, quas vulgus bulletinum appellat. Et ſic vſu obtentum fuit, quòd, quicunque has literas ſecum non detulerit, repelli poſsit ab ingreſſu loci. Valet enim huiuſmodi conſuetudo. *L. 1. C. de littor. & itiner. cuſtod. lib. 12.* per quam *l.* dicunt *ibi Bart.* & alij, quòd deferentes has dimiſſorias cum frumento, vel alijs rebus aliàs deferri prohibitis, non ſunt à cuſtodibus territorij vllatenus inquietandi. Simile etiam videmus, quòd clerici alienæ diœceſis non ſunt ad ordines mouendi, ſine literis dimiſſorijs. *c. primatus. 71. diſt. & c. nullus. de temporib. ordination. lib. 6.* & benè facit *text. in l. 1. C. de nauicul. lib. 11. & in l. 3. C. de curſu publ. lib. 12.* Iuxta hoc de plu-
269 ribus dubitatur. † Et primò, à quo habendæ ſint huiuſmodi literæ

literæ dimiſſoriæ, quæ bulletinum vulgò appellantur. Dicas, quòd ab officiali ad hoc deputato, cui diſcedens debet denunciare receſſum, & iter, quod facturus eſt, & locum, ad quem tendit. *l. 2. C. de curioſis & ſtation. lib. 12.* vbi bonus textus ad propoſitum, & probatur etiam *in d. l. vnica. C. de littor. & itiner. cuſtod.* Ad quos autem ſpectet electio dicti
270 officialis, *patet ex his quæ ſuprà dicta ſunt.* † Secundò dubitatur, qualis ſit, & eſſe debeat tenor, & forma bulletini? Reſpondeo, debet primò continere diem diſceſſus à loco, &
271 nomen loci, à quo dimittitur, † & iſto reſpectu literæ huiuſmodi poſſunt dici dimiſſoriæ. *d. l. 2.* & nomen loci, ad quem
272 dirigitur iter. *l. vnica. C. de tract. & ſtatiu. lib. 12.* † Et iſto reſpectu poſſunt nuncupari tractatoriæ, quaſi deſignetur, qualiter tractandus ſit is, qui in eis nominatur, id eſt, qualiter ſit recipiendus cum literas ſanitatis deferat. Et ego ſum iſtius ſententiæ, quòd etiam enunciare debeant horam diſceſſus, vt cognoſci poſsit, an à tempore receſſus vſque ad horam, qua nominatus in eis applicuit ad locum, ad quem,
273 potuerit diuertere ad circumuicina loca infecta. † Nam ſi ab hora diſceſſus vſque ad horam acceſſus inſit intercapedo tanti temporis, quòd ad loca infecta ſe conferre potuerit, tunc bulletinum, ſeu literæ tractatoriæ executionem non merentur, quia non durant, niſi per illud temporis ſpacium, quo veriſimiliter applicari potuerit ad locum, ad quem dimittitur. *argum. d. l. vnicæ.* Sunt enim paria nullam habuiſſe licentiam, vel habuiſſe, & tempus tranſactum fuiſſe. *l. eue-*
274 *ctiones. 3. C. de curſu publ. lib. 12.* † Et licèt hora regulariter non ſit apponenda in inſtrumentis, ſed ſufficiat apponere diem, *ſecundùm gl. in l. generali. lege 3. C. de tabul. ſcrib. logog. lib. 10. & in auth. vt præpo. nomen Imp. & in c. 1. vbi Can. de fide inſtr.* tamen malè faciunt Notarij, qui eam non apponunt, quando expedit quòd apponatur, *ſecundùm Bald. & Feli. in c. ego N. per illum text. de iureiur. alleg. gl. in l. ſi ex pluribus. 89.*
275 *ff. de ſolution.* † Item, debet continere nomina & cognomina diſcedentium, *vt in auth. de quæſtore. §. 1.* in tantum, quòd non videtur ſufficere, ſi dicatur, Titius cum duob⁹ ſocijs, &c.

per text.

per text. in d. l. vnica. in verb. cum neceſſarijs ſibi perſonis. Et ratio eſt, ne detur occaſio habenti ſimiles tractatorias aſſociandi ſibi aliquem morboſum, accepta ab eo pecunia: obuiandum eſt, quantùm fieri poteſt, hominum malitijs. *c. ſedes. de reſcript.* Et remouenda eſt omnis peccandi occaſio. *l. con-*
276 *uenire. ſ. ff. de pact. dotal.* Item, † bulletinum debet eſſe ſcriptum, & ſubſcriptum manu Officialis deputati, cum appoſitione nominis ipſius Officialis. Conſtat enim, quòd bulletinum debet eſſe in ſcriptis prolatum, *iuribus præallegatis.*
277 Et probatur *bono ſimili.* † Nam ſaluus conductus loco conceſſus, vt non moleſtetur à militibus tranſeuntibus, qui ſalua guardia in Gallia nuncupatur, per ſcripturam ſolùm probari poteſt. *l. fin. C. de erog. milit. anno. lib. 12.* Sic etiam ſcriptura tantùm verificari poteſt, itinerantem venire à loco non ſuſpecto, vt etiam conſuetudine obtentum fuit. aliàs itinerantes faciliter poſſent colludere, & vnus ab altero teſtimonium mutuare. Et hos duos caſus requirentes, ſcripturam addere poſſumus *ad gl. in c. 1. de cenſi. lib. 6.* vbi plures alij enumerantur, nulla de iſtis duobus habita mentione. Cùm ergò ſcriptura ſit de eſſentia bulletini, ſequitur, quòd ſi alterius manu, quàm illius, ad quem ſpectat, ſcriptum reperiatur, quòd ei fides adhibenda non erit. Sicut dicimus
278 † de inſtrumento ſcripto aliena manu, quàm per Notarium de eo rogatum. Nam tale inſtrumentum præſumitur falſum, & ei credendũ non eſt. *ſ. & quod ſæpè. in auth. de trien. & ſemiſ.* quẽ *pro ſingulari allegat Lud. Rom. ſing. 220. incip. An diuerſitas ſcripturæ. ſ. 2. in auth. de fid. inſtrum.* Et maximè protocollum. nam illud totum ſcribi debet manu ipſius Notarij, & non al-
279 terius. *ſ. nos. in auth. de tabellion.* † Non tamen negauerim, quòd bulletinum ſcribi poſsit per alium, dum tamen ſubſcribatur per Officialem, qui in ſubſcriptione atteſtetur, ſe ſcribi feciſſe per alium ſpecialiter nominatum, ſicut Notarius alijs negocijs impeditus, poteſt facere exemplum ſcribi per alium, dum tamen in ſubſcriptione atteſtetur de impedimento, & de nomine ſcriptoris, *ſecundùm Specul. tit. de inſtrum. edit. ſ. inſtr. ver. item quod habet. Inno. in c. Quoniã contra.*

 de probat.

de probat. Bald. Sal. in l. contractus. 16. C. de fid. inſtrum. & per Soci. conſil. 24. viſis & diligenter examinatis. col. 8. lib. 1. Et hæc omnia notanda ſunt, quia de conſuetudine malè ſeruantur, & ideò falſitates plures in iſtis bulletinis quotidiè reperi-
280 untur. † Et maximè iſta notanda ſunt contra Officiales bulletinorum, qui amico ſuo dant album bulletinum. Nam extra ordinem ſunt puniendi. *argum. l. 1. ff. de extraordin. crimin.* & bonum eſſet per ſtatutum imponere eis pœnam dignam tanto facinore. Nam, vt intellexi, plures ſunt, qui quæſtum, & mercimonium faciunt de talibus bulletinis, ſicut de re-
281 ſcriptis Papæ dicitur *in c. fin. de reſcript.* † Debet etiam eſſe ſigillatum ſigillo publico. Et iſto reſpectu appellatur bulletinum, quia bullatum eſſe debet, *ſecundùm Lucam de Penna in rubr. C. de tractatorijs. lib. 12.* Et vt facilius dignoſcatur ſigillum, conſuetudine inductum fuit, quòd bulletur bullo, ſeu ſigillo communitatis loci, à quo diſceditur, & bulletinũ ſuſcipitur. Nam, cùm tales tractatoriæ literæ fiant Officialibus electis nomine communitatis, iuſtum etiam videtur, vt eiuſdem communitatis ſigillo ſignentur. *l. 1. C. vt nemini liceat ſine autor. iudic. reb. alien. ſign. impo. c. poſt ceſſionem. & ibi*
282 *no. de probat.* † Ex quo infertur, quòd ſi alterius perſonæ ſigillo, etiam epiſcopi, vel domini loci, bullatum eſſet, nullam fidem faceret, quia ſigillum epiſcopi, vel domini non eſt ad hoc inſtitutum, *ſecundùm Bald. in rubric. C. de fid. inſtr. col. pen. verſ. ſecundùm ſupplementum.* Illud etiam, quod dicitur, quòd licet ſignare ſigillo alieno, *§. poſſunt. Inſtit. de teſtam. & l. ad teſtium. §. 2. eod. tit.* verum eſt, ſi ſigillationibus faciendis non ſit deputatum de publico proprium ſigillum, *ſecundùm Bald. per text. in c. Romana. §. pen. de for. compe. lib. 6.* Nam vbi proprium habent ſigillum, eo vtendum eſt, non alieno. *Spec. tit. de inſtrum. edit. §. reſtat. verſ. item quod ſigillum. traditur per Fel. poſt Innoc. & alios in c. 2. col. pen. de fid. inſtrum.* Ex his ſatis inſtructi poſſunt eſſe cuſtodes, an verum ſit, vel ſuppoſititium bulletinum. Tenentur enim diligenter aduertere, ne ſub fictitijs tractatorijs quis ingrediatur. *l. 2. C. de deſertorib. lib. 12.* Conſiderabunt ergò horam diſceſſus, & horam acceſſus,

acceſſus, & prudenter cogitabunt, ſi interim ad contagioſa loca potuerint veriſimiliter diuertiſſe. Interrogabunt illicò applicantes ad portam de nominibus, & cognominibus ipſorum, & hoc, priuſquàm inſpiciant bulletinum. Et ſi in nomine, vel cognomine variationem cognouerint, ſuſpe-
283 ctas arbitrentur literas tractatorias, † quia in nomine, & cognomine proprio non eſt veriſimile quenquam errare. *l. fin. C. de hered. instituend.* Et ſi cuſtodes ſuſpicentur aliquem falſas tractatorias afferre, ſe à principio faciles exhibeant, nec eum diligenter examinent, ſed cùm iam pedem intra locum intulerit, tunc eum appellent, qualiter vocetur, quo cognomine nuncupetur, quid acturus venerit. Nam tunc facilè variabit, cùm de introitu cœperit non dubitare. Examinabunt inſuper, an literæ tractatoriæ ſint ſcriptæ characteribus Officialis, ad eas ſcribendas deputati, & vtrum
284 ſint in aliqua parte abraſæ, vel vitiatæ. † Nam propter raſuram, vel cancellationem arguitur falſitas literarum. *l. fin. C de edicto Diui Adr. toll. c. licet. de crimi. falſi.* Et ſuper omnia illarũ datam diligenter animaduertant. *c. eam te. de reſcript.*
285 † Quòd ſi eam datam breuibus literis, & vt aiunt, in abaco ſcriptam viderint, tunc benè oculos aperiant, quia ex alteratione vnius literæ variatur ſenſus, & facilimè litera abaci poterit alterari. Si ergò ipſam in aliquo corruptam, depreſſam, lineatam, vel aliqualiter variatam conſpexerint, ſuſpectum credant bulletinum. *c. inter dilectos. de fid. inſtrum.* traditur *per Pan. & alios in c. ex parte. eod. tit.* Idcircò vtiliſſimum eſſet prouidere, quòd data horum bulletinorum ſcriberetur extenſè, quia tunc non poterunt tam faciliter falſificari, vt in ſimili dixit *Spec. tit. de reſcripti præſent. §. 1. verſ. quid ſi ex forma.* & eſt ad propoſitum noſtrum optimus text. *in l. fin. paulò ante finem. C. de veter. iur. enucl.* Præterea ſigillum fideliter intueri debent, an ſit ſigillum communitatis, à
286 qua diſceſſum fuit. † Et ſi non erit, vel ſit deprauatum, aut aliàs non benè impreſſum, ita quòd de veritate dubitari poſsit, tunc non eſt bulletino vlla fides danda. *d. c. inter dile-*
287 *ctos.* † Sed quid, ſi inter cuſtodes, & volentes ingredi ſubo-

riatur diſcordia ſuper veritate bulletini, quis de hac cognoſcet controuerſia? Reſpondeo paucis, quòd iudex cuſtodum erit competens iudex, quia volentes ingredi ſunt actores, cum petant ingreſſum, & actores tenentur ſequi forum rei, *l. iuris ordinem. 2. C. de iurisdict. omn. iudic. c. cum ſit generale.*
288 *de for. compet.* † Sed pone, quòd iudex pronunciet bulletinum eſſe legitimum, cùm fortè ſit ſuppoſititiũ, an à tali ſententia licebit appellare? Credo, quòd non, quia tempus appellationis conſummaret effectum ſententiæ. *l. fin. ff. de appell. recip. l. quisquis. 6. C. quor. appell. non recip. l. fin. C. de ſepulch. viol. Specul. tit. de appell. §. in quib. verſic. 8.* Dices tu, ergò erit in facultate iudicis, intromittere infectos arbitrio ſuo, ſi vniuerſitati non ſuccurratur remedio appellationis? Reſpondeo, vbi probabiliter conſtaret, bulletinum eſſe de falſitate ſuſpectum, vel aliàs de legitima contagionis ſuſpicione appareret, licitum eſſet populo appellare, & poſt ap-
289 pellationem de facto reſiſtere. † Nam, vbi apparet de iniuſticia, & damnum eſt irreparabile, licet aduerſus iudicem de facto reſiſtere. *c. non debet is pœnam. & ibi gl. 11. q. 3. c. non inferenda. 23. q. 4. tradit Bart. in l. ſi alius. 7. §. belliſſimè apud Iulianum quæritur. ff. quod vi aut clàm. & plenè per Felin. in c. ſi quando. & in c. ex literis. vbi bonus textus. de offi. deleg. & per*
290 *Lamber. de Rampo. in ſuis diſt. ſuper off. vet. in 1. diſtinct.* † Sed quid, ſi iudex mandet cuſtodibus ſub pœna fuſtigationis, & centum Marcharum argenti, quòd nullum ſuſpectum intromittant, & præſertim Titium, modò Titius venit cum legitimo bulletino, & à cuſtodibus recipitur. Quæritur, an iudex poſſet hos cuſtodes fuſtigari facere? Iſtam quæſtionem vidi in facto. Pro parte cuſtodum, & Syndicorum loci, quorum mandato Titius intromiſſus fuit, allegabatur, quòd ipſi erant in quaſipoſſeſsione cuſtodiendi, & venientes cum bonis bulletinis admittendi, & quòd priuari non debebant ſua quaſi poſſeſsione. Ad quod reſpondebam, quòd virtute edicti non priuabantur ſua quaſipoſſeſsione, quia aliud eſt cuſtodire, aliud edicere, ne ſuſpecti, & præſertim, ne Titius intromittatur. Primum facti eſt. Alterum iuriſdictionem
habet

habet incluſam. Secundò dicebatur, quòd iudex non poterat pœnam fuſtigationis communicare, quia pedaneus iudex erat. Sed iſtud negabatur, quia habebat merum & mixtum imperium, & licèt eſſet vnus ex magiſtratibus municipalibus, non tamen dici poterat iudex pedaneus. Differunt enim inter ſe iudices pedanei, & magiſtratus municipales, vt ex titulorum diuerſitate dilucidè apparet. Magiſtratus autem municipales de conſuetudine poſſunt exercere ea,
291 † quæ ſunt minimi gradus meri imperij, *ſecundùm Bald. in l.*
292 *pen. C. commination. epiſtol. programmata &c.* fuſtigatio † autẽ eſt minimi gradus meri imperij, *ſecund. Do. Iaſ. in l. imperium.*
293 *3. ff. de iurisd. omn. iudic.* ergò &c. † Tertiò dicebatur, quòd erat præceptũ nudum, cui parendũ non erat. *l. 1. & per totum. C. commi. epiſt. &c. traditur per Bart. in l. filiusfamilias. miles 114. §. Diui. ad fin. ff. de lega. 1.* Sed reſpondebã, tale præceptũ fuiſſe factum ad aggrauandũ culpam cuſtodum ſuper his, quæ ſpectabant ad officiũ iudicis, quo caſu valet, etiamſi non ſit expreſſa cauſa. *l. 1. §. cum patronus. ff. de offic. præfect. vrb. l. nam ſalutẽ. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* Quartò dicebatur, præceptum debere intelligi, ſi Titius veniſſet ſine legitimo bulletino, aliàs eſſet iniuſtum. Ad iſtud reſpondebam, quòd præceptum, quoad Titium, erat præciſum, & abſolutum, ideò præciſè, & abſolutè intelligendum. *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtan.* Ad id, quòd præceptum eſſet iniquum, reſpondebã verum, ſi cauſa prohibitionis ceſſaret ex eo, quod afferret bulletinum. Sed alia ratione potuit iudex moueri ad præcipiendum, ne Titius admitteretur, ergò in dubio parendum fuerat, aut inſtandum, quòd præcepti cauſa exprimeretur. *c. ſi quando. de reſcript.* Potuit enim iudex præceptum feciſſe, quia ſciebat paulò antè Titium fuiſſe conuerſatum cum infectis, ex qua conuerſatione ſuboritur probabilis ſuſpicio, cùm dici ſoleat, quòd *vna conſpecta liuorem ducit ab vna.* Et ſic cum ſanis ſanus eris, aliàs morbo non carebis, *vt dixi ſuprà.* Et probatur *in c. poſtquam. de elect.* Potuit etiam moueri iudex, quia cognoſcebat Titium eſſe ceruicoſum, & ſi fuiſſet admiſſus, non potuiſſet faciliter cuſtodiri, quin oc-

cultè ad infectum locum vicinum, vnde oriundus erat, & à
quo aufugerat, quandoque ſe tranſportaret, ex alijs etiam
cauſsis moueri potuit, *de quibus dixi ſuprà in 3. q. principal. hu-*
294 *ius remedij.* vel ex alijs, quas tu ipſe conſiderabis. † Inſuper
dubitare quis poſſet, qua pœna puniendi ſint cuſtodes, qui
accepta pecunia contra ordines ingredi patiuntur venientes
ſine bulletino, vel cum bulletino, quod ſciunt eſſe ſuppoſiti-
tium, & falſum? Reſpondeo, ſi agrorum, & territorij cuſto-
des patiantur aliena animalia intrare territorium, & ibidem
depaſci, grauiſsimo puniuntur ſupplicio. *l. 1. C. de fundis, &*
ſaltib. rei dominic. lib. 11. longè maiori pœna puniendi veni-
‘‘ unt cuſtodes portarum. Et ſi ex tali intromiſsione locus pe-
‘‘ ſtilentioſus redderetur, nulla tam acerba pœna excogitari
‘‘ poſſet, quæ ad tantum ſcelus puniendum ſufficere videatur.
‘‘ Proditores enim patriæ ſunt, ac ſi inimicam gentem intro-
295 miſiſſent, deprædandi, & occidendi cauſa, † quam qui in-
‘‘ tromittunt, viui ſunt comburendi. *l. ſi quis barbaris. 9. C. de*
re milit. lib. 12. facit dictum Bald. in c. 1. col. 5. quib. modis feud.
amitt. & facit text. *in l. carceri. 8. & l. milites. 12. ff. de cuſt. &*
296 *exhibit. reor.* † Sed quid, ſi aliquis ſine bulletino intrauerit
clandeſtinè, dum cuſtodes fabulantur in portis, an cuſtodes
ſint tuti ab omni pœna? Reſpondeo, quòd non, ſi ſint ſala-
riati de publico. Qui enim mercedem pro cuſtodia recipi-
unt, ad exactiſsimam tenentur cuſtodiam, & ſic etiam pro
leuiſsima culpa ſunt puniendi. *l. qui mercedem. 40. ff. locat.*
297 † Oportet enim cuſtodes, quibus populus commiſſus eſt, cum
magna conſtantia vigilare. *c. oportet. 81. diſt. Si cuſtos eſſes,*
quæ acta ſunt ſcires, ſed quia nimia deſidia, & torpore deprimeris
cum tuo dedecore. & plura narrantur *c. ſi cuſtos. 27. q. 1.* Nam
paſtor non excuſatur, ſi lupus oues comedat, & ipſe neſciat.
298 *c. quamuis. de reg. iur.* † Hinc dicebat *Bald.* quòd famulus,
qui dimiſit equum in paſcuis, quem lupus comedit, vel fu-
res abegerunt, tenetur domino ad æſtimationem, niſi eſſet
conſuetudo in loco dimittendi equos in paſcuis ſine cuſto-
dia. *ita Bald. in l. nemo deinceps. 3. ad fin. C. de epiſcop. audient.*
Caſtigandi ergò ſunt cuſtodes pro modo culpæ. *l. milites. 12.*

& l.

299 *& l. fin. de cuſt. & exhi. reor.* Sed quid, † ſi aliquis intrauerit
ſine tractatorijs, inuitis cuſtodibus, an tunc excuſandi ſint?
Dic, aut cuſtodes potuerunt reſiſtere, aut non, *argum. l. item*
quæritur. 13. §. exercitu. & l. in lege locationis. 29. ff. loca. & d. l.
milites. Tenentur enim pro viribus reſiſtere. *l. 1. §. 1. ff. de S.*
C. Silanian. Si autem reſiſtere non poſſunt, nihil eis poteſt
imputari, quia aduerſus vim cuſtodia parùm prodeſt. *l. ſi ea*
res. 31. in princ. ff. de act. empt. Ex his ſatis conſtat, valere ſta-
tutum, quòd ſine bulletino nullus locum ingrediatur. Sed
300 nunc quæro, † an valet ſtatutum, quòd nullus audeat ſub
pœna exire locum ſine licentia deputatorum, vel ſine bulle-
tino? Breuiter reſpondeo, quòd ſtatutum valet, ſi ex cauſa
imminentis peſtilentiæ, vel alia rationabili cauſa fiat, *ſe-*
cundùm Bart. in l. mercatores. 4. per illum text. C. de commer. &
301 *merca.* Si verò ſine iuſta cauſa fieret, non valeret, † puta, ſi
dominus loci vellet ſtatuere, quòd nemo exeat territorium
pro macinando, vel laborando ad effectum, quòd quilibet
ire compellatur ad eius molendinum, vel vt per indirectum
cogantur laborare in prædijs ipſius domini. Eſt enim huiuſ-
modi ſtatutum iniquum, & non tolerandum, *ſecundùm Socin.*
conſil. 272. Non proſequendo ordinem. lib. 2. vbi ita declarat *d.*
l. mercatores. & ad propoſitum facit pulcra deciſio *D. Ioan.*
Bap. de S. Seuerino, in l. omnes populi. col. 35. ff. de iuſti. & iure.
302 † Et ex hoc infero, quòd ſi communitas ordinet, quòd nul-
lus forenſis audeat locum exire, niſi ſecum duxerit vnum ex
incolis loci, quòd talis ordinatio non valet, quia facta cauſa
lucri ipſorum incolarum, niſi fortè alienigenæ eſſent ſuſpe-
cti, vt quia eſſent de loco contagioſo ibidem vicino, à quo
aufugerunt propter peſtem. Inſuper quia tempore peſtis
ſolent fieri edicta, quòd nullus audeat receptare in caſtro,
303 vel in loco aliquem forenſem ſub certa pœna. † Quæritur,
quid, ſi aliquis receptauerit forenſem extra caſtrum in ſua
caſsina ſeu baſtita, an incidat in edictum? Iſtam quæſtionẽ
format in ſimli *Alb. de Roſ. in 4. parte ſtatut. q. 93. incip. Quod*
ſi ſtatuto caueatur. & determinat, quòd ſic, conſiderata ratio-
nis identitate. *ſequitur D. Iaſ. in l. pleriq; 18. col. 1. ff. de in ius voc.*
Sed

Sed quatenus attinet ad propoſitum, duo ſunt conſideranda. Primò, an militet eadem ratio in caſsina, quæ militat in ipſo caſtro. Secundò, an in perſonalibus ſit licita extenſio ex rationis identitate? de quo *per Felin. in proœm. Greg. & Iaſ. in l. fin. ff. de in ius voc. & aliquid dixi ſuprà.* Reſtant duo alia remedia, quæ mihi occurrunt, ſed quia communia ſunt, tam ad curandum, quàm ad præſeruandum, ea ſtatui in finem reſeruare, vt fecit Imperator *ſub tit. C. commu. de leg. & C. communia de ſucceſſ.*

De remedijs ad curandam peſtem.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1. *Peſtilentia eſt omnium ægritudinum regina, ſeruis ſtipata ſuperbis.*
2. *Subitò ſunt eradicanda peſtilentiæ ſemina.*
3. *Peſte infectos, an, & quando liceat extra locum eijcere.*
4. *Peſte infecti, an per vim expellendi ſunt loco, licet ipſi malint includi in propria domo. Et quid ſi malint ad aliquod prædium ruſticum, ſeu caſsinam transferri, quàm ad hoſpitale ſeu noſocomium. num. 15.*
5. *Peſte infectos, & de peſte ſuſpectos, qui ſunt eijciendi de domo, an magiſter ſanitatis poterit transferre ad eundem locum. Et an poterit maſculos cum fœminis collocare. & nu. 7. Et quid faciendum, ſi hoſpitale, vel locus non ſit tam amplus, vt ſeparari poſſint. num. 10.*
6. *Iudex, ſi videat duos non poſſe ſine diſcrimine per idem iter ire, puta quia inimici, vel riuales, an poſſit eis ſub pœna inducere, ne per eandem viam, ſed diuerſam vadant.*
8. *Scholares, an vno ex ſocijs reluctante, poſſint ganeas in domo tenere.*
9. *Peſtem auget coitus.*
11. *Hoſpitalia, in quibus curantur infirmi, præſertim peſtilentioſi, debent extra muros conſtrui. Et quid, ſi ciuitas poſſideat nulla loca extra muros, & nemo reperiatur, vendere volens locum ad conſtruendum dictum hoſpitale, num. 12. Et quid ſi non inueniantur loca commoda per ciuitatem. nu. 14.*

13. Fundi

15. *Fundi dominus, an fauore publico cogi poſſit, ad vendendum dictum fundum, vt ibi erigantur furcæ.*
16. *Nobilibus, præſertim infirmis, ſunt meliora hoſpitia aſſignanda.*
17. *Hoſpitalis ædificandi cauſa poteſt imponi collecta, ſeu talea, à qua nemo excuſatur. num. 18. Et quid, ſi conſuetudo vetat taleam imponi. num. 19. & 20.*
21. *Peſtem ex mala reipubl. adminiſtratione vtplurimùm exiſtere ſuſpicatur operis author.*
22. *Hoſpitalium conſtruendorum cauſa ſolent ſummi pontifices concedere fabricæ primi anni fructus beneficiorum vacantium.*
23. *Legatus de latere, an poſſit concedere fabricæ hoſpitalis, vel etiam vni laico fructus beneficiorum vacantium.*
24. *Statutum, quòd pro fabrica hoſpitalis debeatur viceſima, vel quinquageſima legatorum, & hæreditatum, an, & quando valeat. Et de quibus hæreditatibus intelligi cenſeatur ſtatutum. num. 25. & ſeqq. in quibus videre licet plures exceptiones, quas patitur dictum ſtatutum. vſque ad num. 36.*
36. *Statutum, quòd fabricæ hoſpitalis debeatur quinquageſima dotium nubentium extra territorium, & mulierum forenſium nubentium in territorio, an valeat, vide alia ſimilia num. ſeqq.*
40. *Hoſpitalarij gaudent priuilegio, ne teneantur ad munera perſonalia. Et dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ. Et ſecundùm aliquos gaudent priuilegijs, quibus gaudent hoſpitalia, & clerici, nu. 41.*
42. *Hoſpitalarij poſſunt conſtituere collegium, & Rectorem, ac Syndicum eligere.*
43. *Legata, quæ in vſus pauperum fiunt, longè laudabiliora & Dèo acceptiora ſunt, quàm quæ fiunt Eccleſiæ. Et ibi aſſignantur cauſæ.*
44. *Quid faciendum ſit poſt eiectionem infectorum, nimirum domus peſte contaminatæ purgandæ ſunt, & bona mobilia, quæ aqua mundari nequeunt, comburenda, vt ciuitas vel locus quiuis à peſte ſeruetur. & nu. ſeq. Et an, & quando magiſter ſanitatis poſſit de ipſis ordinare. Et quis teneatur ad precium dictarum rerum combuſtarum. nu. 47. 48. & ſeq. 49. 50.*
46. *Leproſorum domos, & bona mobilia, qualiter purgabant patres antiqui.*
51. *Loci mutatio eſt optima medicina.*
52. *Peſtem longè & citò fugiendam, ait etiam vulgus.*
53. *Peſtis optimum remedium eſt locum mutare, & ad montana diuertere caſtra.*

DEVENIO ITAQVE DEO PROPITIO, ad extremam partem huius noſtri opuſculi, videlicet ad remedia curatiua. † Regina eſt omnium
1 ægritudinum peſtilentia. *c. ſicut. de Simon.* & omnium etiam inſolentiſsima, ſeruis ſtipata ſuperbis, quos alloqui quilibet formidat. Quò fit, vt omnibus odio ſit, & contemptui, & rariſsimus reperiatur medicus, qui illius curam velit ſuſcipere. Quiſquis ergò in hanc inciderit infirmitatem, ſi medico careat, hunc perlegat libellum, noſtra vtatur cura, noſtra fruatur antidoto, antequam peſtilens venenum intima
2 penetrauerit. Subitò † enim eradicanda ſunt huiuſmodi mala ſemina, & principijs obſtandum eſt, aliàs ſerò medicina paratur. *c. ad hæc. de reſcriptis. c. mala conſuetudo. 8. diſtinct.*
3 Primum remedium erit, infectos eijcere † extra locum. Inquit enim *Hieronymus in c. reſecandæ. 24. q. 3.* Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. Nam immedicabile vulnus, *ſecundùm Ouidium*, enſe reſcindendum eſt, ne pars ſyncera trahatur. Morbida namque pecus totum corrumpit ouile. Et quòd infecti poſsint expelli de ciuitate, firmant *Bald. & Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. argumento illius text. Ludouic. Rom. Alex. & D. Iaſ. in l. caſus maioris. 8. per illũ text. C. de teſtam. & Capoll. in tract. ſeruit. ſub rubr. de paſcuis. in 6. q.* niſi enim citò eradicetur amaritudinis radix, tota plebs contaminata triſtabitur. *c. omnis iact. 21. q. 4.* Sed hîc ſe offert
4 dubitatio, † quid ſi infecti malint includi in domo propria, an tunc inuiti expelli poſsint? Videretur fortaſsè dicendũ, quòd non, quia ceſſat ratio publicæ vtilitatis, cùm incluſi non valeant alios coinquinare, ergò &c. Item, durum videtur, & inhumanum, aliquem inuitum trahi de domo ſua. *l. plerique. 18. ff. de in ius voc. l. nemo de domo. 103. ff. de reg. iur.* Deciſio huius quæſtionis eſt magni ponderis, ideò intenſiùs animaduertendum. Putarem plura eſſe conſideranda. Primò, an in eadem domo ſint alij non infecti, quos magiſter ſanitatis nõ vult expellere, & tunc infecti eijci poterunt, quia

ſubeſt

ſubeſt ratio eiectionis, ſcilicet,ne reliqui corrumpantur,quæ
ratio ſtat etiam, quòd non infecti contentarentur includi
cum infectis, cùm non ſint domini corporum ſuorum. *l liber*
homo.13. ff. ad L. Aquil. c. ſi verò. de ſent. excom. & pro iſta con-
ſideratione adduco caſum *in c. ipſa pietas.23. q. 4.* Si verò o-
mnes ſint infecti, & omnes malint includi, tunc ad duo ad-
uertendum eſt. Primò, an ex incluſione militet timor cor-
ruptionis vicinorum, & tunc omnes eijciendi ſunt: aut nul-
lus ſubeſt timor, & tunc conſideranda ſunt loca,ad quæ ma-
giſter ſanitatis eos transferre vult. nam ſi talia ſint, in qui-
bus eorum ſaluti opportuniùs prouideri poſſit, tunc ad ea
loca inuiti traduci poterunt. *d.c. ipſa pietas.* Si verò ſint loca
magis infecta, & vbi ferè nulla ſit ſpes ſalutis, tunc crede-
rem, quòd de domo inuiti non poſſint trahi, aliàs magiſter
5 ſanitatis appellandus erit magiſter mortalitatis. † Sed hic
quæro, an eo caſu, quo magiſter ſanitatis vult de domo tra-
here tàm ſuſpectos, quàm infectos, poſſit omnes ſimul ad
eundem locum transferre, & omnes in eadem camera col-
locare? Reſpondeo, quòd non, quia ſeparandi ſunt ſocij,
qui ſibijpſis ſunt damnoſi. *l. ſi conuenerit. 14. in fin. ff. Pro ſo-*
6 *cio.* Benè facit,† quia ſi iudex videat duos non poſſe ſine diſ-
crimine vitæ ire per eandem viam,vt quia fortè riuales ſint,
vel aliàs inimici capitales, tunc poterit,& debebit præcipe-
re cuilibet ſub formidabili pœna, quòd vnus vadat per vnã
viam, & alter per aliam taliter, vt non poſſint ſibijpſis ob-
uiare, *ſecundùm Iacob. de Aret. Alb. de Roſ. & D. Iaſ. in l. fin.*
per illum text. ff. de offic. procur. Cæſ. ſequitur idem D. Iaſ. in l. quod
7 *iuſſit. 14. in gl. 1. ff. de re iudic.* Sed an ſimul † poſſit colloca-
re maſculos cum fœminis? Reſpondeo, non eſſe ſimul ma-
ſculos, & fœminas commiſcendos. *l. non aliter. 7. ff. de vſu &*
8 *habit. per quam l.* dicit *ibi gl.* ſcholares, vno ex † ſocijs relu-
ctante, non poſſe ganeas in domo tenere. *facit text. in c. 1. de*
cohab. cleric. & mul. Nec quiſquam dicat, ratione infirmita-
tis tolerandum eſſe, vt ſimul ſtare poſſint, quia nec ratione
humilitatis, & officij conceditur frequenter clericis intrare
domos matronarum. *c. clericus ſolus. 81. diſtinct.* Et intellexi,

 tem-

tempore peſtis fuiſſe patrata infinita carnis delicta, & mortuis maritis, ſeductas fuiſſe pleraſque ad contrahendas nuptias cum inæqualibus, & pauperibus. Et † eò maximè
9 ſeparandæ ſunt fœminæ à maſculis, quia coitus auget hanc infirmitatem, *vt dixi ſuprà in quæſt. de cauſis.* Hæc autem intelligo vera eſſe, niſi eſſent tales mulieres, de quibus naturale fœdus nihil ſiniſtri nos ſuſpicari permittit. *l. eum qui. 19.*
10 *C. de epiſc. & cleric.* † Sed quid, ſi ciuitas non habeat hoſpitale tam amplum, in quo poſsint includi infecti ſeorſim à ſuſpectis, & fœminæ ſeparatim à maſculis, quid tunc agendum? Reſpondeo, quærantur aliqua loca vicina ciuitati, quæ muro, vallo aut foſſa ſint circumſepta, ibidem ſeparatim, & diuiſim collocentur. Dixi vicina ciuitati, & non intra ciuitatem, quia periculoſum eſt retinere infectos intra
11 ciuitatem. † Et ideò hoſpitalia, in quibus curantur infirmi, quæ noſocomia nuncupantur, *ſecundùm gl. in l. illud quod. 17. C. de ſacroſ. eccleſ.* ſunt extra muros vrbis conſtruenda, *ſecundùm Ioan. de Plat. in l. cum ſupra virentes fluminum. 12. C. de re*
12 *milit. lib. 12. & dixi ſuprà in 5. remedio præſeruatiuo.* † Sed quid, ſi extra muros, ciuitas nulla poſsideat? Reſpondeo, ſibi emat, vel conducat. Et ſi dixerit, non reperiri, qui vendere minuſué locare velint. Reſpondeo, fauore publico dominos locorum habilium ad includendos ægrotos cogi poſſe ad vendendum, vel locandum. *l. ſi quis ſepulchrum. 12. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. lege Cornelia. 25. ff. de Senatuſconſ. Silania.* Et propterea dicebat *Ioan. And. in add. Spec. ſuper rubr. de exec.*
13 *ſen. ad fin.* † quòd fauore publico cogi poteſt dominus vendere fundum, in quo erigantur furcæ pro iuſtitia facienda, *ſequitur Dom. Alex. in l. 2. in fin. princ. ff. ſol. matr.* Nam & fauore publicæ vtilitatis domini poſſunt cogi locare ſuas domos ſcholaribus, & Doctoribus legentibus, *ſecundùm Bald.*
14 *Ang. Imol. & Mod. in l. 1. ad fin. ff. ſol. matr.* † Et ſi fortè propè ciuitatem nulla inueniantur loca conuenientia, tunc neceſſitas reddat præfectos ſanitatis induſtrios, id eſt, faciant ergò fieri caſas, & cabanas, ad quas transferantur infecti. Sunt autem huiuſmodi caſæ faciendæ in loco, vallo, aut aqua circum-

cumdato, ne inde exire ad ſanos, vel ſani ad eos accedere valeant, niſi de licentia præfectorum. Papiæ in inſula quadam Ticini amnis fieri ſolent.
15 † Sed quid, ſi ſuſpecti, vel infecti malint transferri ad aliquod prædium ruſticum, ſeu ad caſsinam vel baſtitam, quàm ad noſocomium, & cabanas, an audiendi ſint? Videtur quòd non, quia poterunt inde vagari, & alios inficere. Ego exiſtimo, quòd ſi velint à cuſtodibus deputandis per præfectos ſanitatis cuſtodiri, quòd cum eis ſit humaniter agendum. Nam cùm ceſſet ratio, ne ſani corrumpantur attenta cuſtodia, ceſſaret etiam iuris diſpoſitio dictans eos ad noſocomium tranſportari debere. *c. cum ceſſante. de appell. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patr.* Quæ facultas diuertendi ad aliquam caſsinam, maximè patricijs, & nobilibus eſt concedenda.
16 † Sunt enim nobilibus aſsignanda meliora hoſpitia. *l. 2. & l. fin. C. de meta. & epide. lib. 12.* Sic Abbas monachis nobilibus infirmis gratiam facere poteſt, vt alibi, quàm in communi infirmatorio victum ſumere valeant. *c. cum ad monaſterium. §. porrò. de ſtatu monachor.* Conſulo itaque dominis meis Auenionenſibus, ſi velint præmiſſas difficultates euadere, & ciuitatem non contaminari contagioſo morbo cuiuſlibet etiam infirmi piſcatoris, vt nuper eueniſſe dolenter conſpicimus, vt conſtrui faciant vnum amplum, & ſplendori tam excelſæ vrbis conueniens hoſpitale. Nec quenquã terreat operis impenſa, quæ fructum cum fœnore eſt allatura. Minima enim videbitur, ſi cum damnis, & incommodis conferatur, quæ propter peſtilentiam etiam modicam ciues patiuntur.
17 † Sciendum autem eſt, quòd pro rata patrimonij, quilibet, nullo priuilegio obſtante, ad conſtructionem huius publici operis conferre tenetur. *l. ad portus, & aquæduct. 6. C. de operib. publ.* Concernit enim ſingulorum vtilitatem, & vrbis decorem, ergò quilibet ad contributionem compelli poteſt, *vt dixi latè ſuprà.* At dicet aliquis, in ciuitate Auenionenſi nulla vnquam fuit impoſita collecta, vnde non videtur tolerandum, vt mala conſuetudo inducatur: ita mihi reſpondit quidam amicus meus. Sed ſalubrius certè fuiſſet collectas,

angarias & parangarias ſuſtinuiſſe , quàm diram peſtem.
Eſſet enim vrbs opulentior, & populoſior. Laudabilis nam-
18 que eſt conſuetudo, † quæ ad bonum publicum tendit, &
maximè, quòd quilibet in piam cauſam aliquid annuatim
conferre teneatur. *c. ad apoſtolicam. de Sim. not. Bart. in l. pri-
uilegia. 12. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et ſi tua te vincat auaritia, quòd
nolis pati collectam imponi, conſule teipſum, ſi aliunde ha-
beri poſsit pecunia ad conſtruendum opus tam pium, tam
19 laudabile, & Deo gratiſsimum. † Ego ſtuderem occurrere
his, qui publicos reditus deuorant, & quæ ad iniquum ma-
litiæ compendium trahi hactenus ſolita ſunt, in hanc piam
20 cauſam conuertenda exclamarem. † Sed horrendum certè,
ſi, qui deberent patriam defendere, & ab oppreſsionibus
ſubleuare, inueniuntur opprimere. *§. ſi verò refutauerit. in
auth. vt differentes iudices audir. interpell. allegat. cog.* Hi ſunt
furibus deteriores. nam fures timentes furantur, legis la-
queos formidant; iſti autem audacter delinquunt, & quic-
21 quid agunt, legem putant. † Hinc primam contagionis
cauſam ſuſpicor exoriri, hinc omnis mali labes initium. nam
cùm in rempubl. delinquant, cùm publica ſine pudore præ-
dentur, & nullus in populo ſit, qui reſiſtat, congruum etiam
eſt, vt publica pœnitentia populus affligatur. *c. quod erra-
uerat, 23. q. 6.* & propter regentium ſcelera Deum flagellaſ-
ſe plebem ſuam perſæpè legimus. Supplicarem ſanctiſsimo
domino noſtro Papæ, vt dignaretur concedere fabricæ huius
hoſpitalis fructus primi anni omnium beneficiorum vacan-
22 tium in archiepiſcopatu ſaltem pro dimidia. † Solent e-
nim pientiſsimi pontifices ſimilia priuilegia indulgere. *c. ſi
propter tua debita. de reſcr. lib. 6. & in extrauaganti Io. 22. quæ.
incipit. Suſcepti regiminis, vbi gl. in verb. fabricæ.* atteſtatur tale
priuilegium aliàs fuiſſe conceſſum hoſpitali Pontis. Nam ſi
aliæ vrbes quandoq; iſtud impetrauerunt, anne putas ciui-
tatem Auenion. quæ eccleſiam pleno iure recognoſcit, idem
conſecuturam? Certus enim ſum, hanc vos gratiam habi-
turos a Reuer. D. D. Franc. de Claromonte Card. & Aue-
nionenſi legato meritiſsimo, qui vos, veſtramq; ciuitatem
ſingu-

23 ſingulari amore proſequitur. † Nam ipſe etiam habet poteſtatem. *c. vnic. vt eccleſiaſtic. benefic. ad fin. firmant Io. And. & alij in c. ſi tibi conceſſo. de præb. lib. 6. in d. c. ſi propter tua debita. & gl. in d. extrauag. ſuſcepti regiminis.* quæ vult, quòd ſolus Papa poſsit concedere fructus beneficiorum vacantium vni laico, puta regi Franciæ propter aliquam neceſsitatem fabricæ, aut hoſpitalis. Etiam inferiores poſſunt pro arbitrio fructus beneficiorum vacantium in ſua diœceſi donare. Quod etiam tenet *Spec. tit. de diſpenſ. § nunc de epiſcoporum. ver. 107.* laudarem etiam, ſi fieret ſtatutum, quòd vigeſima vel quinquageſima legatorum & hæreditatum debeatur huic
24 fabricæ. † Valet enim huiuſmodi conſtitutio, & licèt *lex Papia,* quæ vigeſimã hæreditatum fiſco deferebat, tanquam iniqua *fuerit per Iuſtinia. ſublata. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* non tamen idem dicendum in caſu noſtro, quia non eſt par ratio Chriſti, & fiſci. Nam hæc lex ad vtilitatem publicam, & laudem Chriſti, illa ad perniciem ciuium, & commodum fiſci: hæc ad ſalutem, illa ad ruinam edita erat. Et quòd iſtud ſtatutum valeat, firmat *Bald. Sal. & Mod. in d. l. fin. ſequuntur vbiq; Doct. vt patebit ex infrà dicendis.* & tale ſtatutum viget in ciuitate Ceſenæ, prout referunt *Mod. in d. l. fin.* ſed quia multa dubia circa intelligentiam dicti ſtatuti ſuboriri poſſunt, vtile putaui ſubijcere nonnullas declarationes.
25 † Prima declaratio eſt, vt ſtatutum procedat in hæreditatibus extraneo delatis, non autem in hæreditatibus debitis filio exiſtente in poteſtate patris tempore mortis, in quem dicitur dominium continuari, non hæreditatem deferri, *l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſt. hær. inſt. & ita ibi expreſſè decidunt Ang. Raph. & Imo. ſequitur Io. de Pla. in proœm. Inſtit. in verb. Alemanicus.* Plus voluit *Ioan. de Imo. in d. l. in ſuis.* quòd de hæreditate delata deſcendentibus, vel aſcendentibus nulla debeatur vigeſima, quæ ex forma ſtatuti aliàs ſoluenda eſt, quod æquum videtur; verba tamen ſtatuti conueniunt contrariæ ſententiæ, ergo etiam conueniet diſpoſitio. *l. quod con-*
26 *ſtitutum. 21. ff. de teſt. milit.* † Secundò intelligi debet iſtud ſtatutum deductis prius ſumptibus, & oneribus incumben-

tibus.

tibus hæredi, & legatario, quia ſtatutum conſiderauerit lu-
27 crum hæredis, & legatarij. Illud autem dicitur *lucrum*, †
quod ſupereſt deductis expenſis, & oneribus. *l. Mucius 30. ff. Pro ſocio.* & *ita expreſſè decidunt Bart. & alij in l. non amplius. 26. in princ. per illum text. ff. de leg. 1. & ibi do. Iaſ.* adducit ſeptem ſimiles deciſiones, quas videbis, cùm facere volueris
28 † vnum grande conſilium, & facere vt tibi ſoluatur ad rationem chartarum, vt multi ſoluunt, & malè, quia cauſam
,, dant conſultoribus prorumpendi in multiloquium, & ver-
,, boſitatem, quæ ſæpè optimam conſultationem offuſcat, &
,, iudici ſtomachum mouet, ſenſum onerat, iudicium, & intellectum peruertit, *ſecundùm Hieronym. ſuper Ierem. lib. 2. pro quo facit text. in l. fin. C. de appell.* Et vltra illas ſeptem deciſiones vide plures alias ſimiles reductas *per Feli. in c. ad aures. de reſcrip.* vbi ego etiam quaſdam addidi, & eas, vt ſpero
29 aliquando videbis. † Ex hac declaratione infertur viceſimã non deberi de legatis, quæ nullũ lucrum afferant, vnde pro legato dotis facto vxori à viro, quatenus in dote erat, vxor non tenebitur ad vigeſimam, *ſecundùm Bald. in l. 3. C. de falſ.*
30 *cauſ. adiecta leg.* † Nec pro legato liberationis, facto debi-
31 tori prius liberato, *ſecundùm Bald. in l. 3. in fin. C. de leg.* † Nec pro legato liberationis facto debitori tuto exceptione, *ſecundùm Bart. in l. Si creditor. 13. per illum text. ff. de liberat. leg.*
32 † Nec pro legato nullo & inutili. *l. non eſt dubium. 30. ff. ad L. Falcid.* ſecùs, ſi liberationis lucrum afferat, tunc quatenus in lucro eſt, vigeſima fabricæ debebitur. *l. quærebatur. 82. vbi Ang. & Scrib. ff. ad leg. Falcid.* Hinc † ſi teſtàtor grauet hæ-
33 redem ad vendendum Titio fundum valoris 20. aureorum pro decem, tunc de alijs Titius tenebitur, quia eius lucro cedunt, *ſecund. Ang. & Mod. in l. qui fundum. 87. ff. eod. tit. ad l.*
34 *Falcid.* † Tertiò reſtringendum eſt ſtatutum, vt non procedat in legatis, & hæreditatibus relictis alicui alteri piæ cauſæ, quia talia relicta non poſſunt in alios vſus conuerti, quàm à teſtatore fuerit ordinatum. *clem. quia contingat. de relig. domi. ſecundùm Bald. in l. nulli licere. 28. C. de epiſc. & cler.* & ideò bonum eſſet, vt ſtatuentes diſponerent etiam de relictis

lictis cuicunq; piæ cauſæ, deinde obtinerent confirmatio-
35 nem ſtatuti à ſanctiſſ. dom. noſtro Papa. † Dico à Papa,
quia dubium eſt, an reuerendus dom. legatus poſsit diſ-
penſare, vt legata pia conuertantur in alium vſum. *& Card.*
in d. cle. quia contingit. in 5. quæſt. poſt Lapum tenuit, quòd non
36 poſsit, niſi ſit ſibi ſpecialiter conceſſa facultas. † Poſſet etiam
ciuitas ſtatuere, quòd fabricæ hoſpitalis debeatur quinqua-
geſima dotium mulierum, quæ nupſerint extra territorium.
Valet enim tale ſtatutum, *vt per Corn. conſil. 106. Quanquam*
37 *in hac. lib. 4.* † Sunt etiam alij modi, & viæ, quibus in hanc
cauſam pecuniæ haberi poterunt, vt ſi ſtatuatur, quòd qui-
libet artifex in principio, quo artem cœperit exercere, te-
38 neatur † aureum fabricæ ſoluere, & quòd quilibet certum
39 quid ſoluere debeat pro gradu Doctoratus. † Et quicunque
vult eſſe de numero hoſpitalariorum, ſoluat decem florenos.
Habent enim hoſpitalarij priuilegium, ne teneantur ad
40 munera perſonalia. *c. tributum. 23. q. 8. ver. vniuerſæ.* † Di-
cuntur enim perſonæ Eccleſiaſticæ, licèt non ſint clerici, *ſe-*
41 *cundùm gl. in c. ſciant cuncti, de Elect. lib. 6. &* † *ſecundùm aliquos*
gaudent priuilegijs, quibus gaudent hoſpitalia, & Clerici. ſecundùm
gl. in c. quisquis. 17. q. 4. de quo per Bart. in l. ſemper. 5. §. fin. ff.
de iure immun. & in l. quod conſtitutum. 21. ff. de teſta. mil. & d.
Ant. de But. conſ. 40. Statuto ciuitatis. alias incip. Nulla dubita-
tio. Solent enim habere indulgentias, & priuilegia ſpeciali-
42 ter conceſſa à ſummis Pontificibus. † Et poſſunt conſtituere
collegium, & rectorem, ac ſyndicum eligere. *c. inter dilectos.*
de don. Non erit ergo iniquum ordinare, quòd, quicunque
voluerit ingredi collegium hoſpitalariorum, teneatur ſol-
uere decem florenos, quam ordinationem ſeruant hoſpita-
43 larij Sancti Matthæi in ciuitate Papiæ. † Conſulerem etiam
vſurarijs, & omnibus alijs, qui volunt exonerare ſuas con-
ſcientias pro incertis malè ablatis, vel qui ex deuotione, vel
pro anima parentum, & benefactorum intendunt aliqua
elargiri ad pias cauſas, vt ea omnia erogarent huic fabricæ,
& pro alimentis pauperum ibidem degentium, non Eccle-
ſiæ, pro conſtruendis capellis, aut miſsis celebrandis. ſatis

,, enim auri, imò ſatis veneni habet eccleſia. *c. aurum habet,*
,, *12. q. 2.* Cuius enim animi putares fore pios fundatores, ſi
,, ſuos deſcendentes conſpicerent mendicare, & capellanos
,, lautè epulari, ſi nudos intuerētur amicos in grabato iacere,
,, & prælatos magnificè indutos cum ſcorto luxuriare. Quid ſi
,, æſtimaſſes Conſtantine, liberalitatem tuam, qua pro Chri-
,, ſti gloria, pro Chriſtianæ religionis augmento vſus es, ad
,, interitum Chriſtianorum, ad infamiam Eccleſiæ, ad ruinam
,, Italiæ quandoque ceſſuram? mutaſſes credo propoſitum.
,, Non plura, digito compellor labellum compeſcere. Concludam tamen, laudabiliora, & Deo acceptiora eſſe legata, quæ in vſus pauperum relinquuntur, quæ charitate, pietate, hoſpitalitate refulgent: ex his ſubleuantur miſeri, curantur infirmi, ſaturantur famelici, triſtes conſolantur, diſperſi congregantur, peregrini recipiuntur, anſam non præbent auaritiæ, cauſam non præbent ambitioni, gulæ & luxuriæ materiam non miniſtrant.

44 † Secundum, & præcedenti proximum remedium eſt, poſt eiectionem infectorum, illicò eorum domos purgare, & contagioſa bona mobilia, quæ aqua mundari nequeunt, vt ſunt pelles, lecti, & his ſimilia comburere, & igni purganda mandare.

45 † Nam patres noſtri, ſi de lepra perſpicuè conſtabat, leproſi veſtimenta comburebant, eiuſdem domum radebant intus, & per circuitum, & puluerem raſuræ ſpargebant extra ciuitatem in loco immundo, & luto nouo eandem domum linebant. Quod ſi in eadem, reuerſa fuiſſet lepra, tunc à fundamentis deſtruebatur, ligna, lapides & cæmenta extra portam proijciebantur in locum immundum, vt habetur *Danielis 4. cap. & Ionæ 3. & per gl. in c. voluiſſent iniqui. in verſ. lepr. de pœni. diſt. 1.*

46 † Sed hîc quæro, an magiſter ſanitatis poſsit inuitis dominis, bona ipſa contagioſa comburere? Breuiter, niſi ſpecialiter ſit conceſſa facultas, arbitror, quòd non poſsit,

47 † quia nunquam ciuitas cenſetur alicui dare poteſtatem priuandi alterum iure ſuo, etiam ex cauſa publicæ vtilitatis, niſi expreſsè hoc dixerit, *ſecundùm Bart. in l. toties locum habet. 6. §. ſicut reſpubl. ff. de pollicitat. & in conſil. 172. Dubia occurrenda. & Fe-*

lic. in

48 *li. in c. quæ in eccleſiarum. col. 10. de conſtitut.* † Sed quæritur an ipſa ciuitas poſsit ordinare, quòd mobilia bona infectorum comburantur? Videtur quòd non, quia ciuitas per ſtatutum non poteſt auferre alicui dominium rei ſuæ. *l. ſi priuatus. 17. ff. qui & à quibus manumiſſi liberi non fiant. & d. l. toties. §. ſi cui.* Contrarium credo verius, per text. *in c. in noſtra. de iniur.* vbi pro ſedando bello humano, ciuitas per ſuum ſtatutum priuauit ciues, qui damna paſsi fuerant actionibus ſuis Idem ergo facere poterit pro ſedando bello diuino. Et quia in his, quæ reſpiciunt adminiſtrationem bonorum ſuorum, & quæ communem tangunt vtilitatem, ciuitas liberam habet ſtatuendi facultatem. *l. 1. & l. ambitioſa. decreta 4. ff. de decre. ab ord. faciend. traditur per Bart. in l. omnes populi. in 1. q. ff. de iuſtit. & iur.* Et quòd ciuitas poſsit, patet ex his, quæ de veſtimentis & domibus leproſorum ſacra dixit ſcriptura. Non obſtat quòd ciuitas non poſsit auferre alicui dominium rei ſuæ, quia verum eſt faciendo legem particularem contra certos, ſed faciendo legem poteſt. *l. venditor. 13. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior. l. Antiochenſium. 22. ff. de priuil. cred. l. Lucius Titius. 21. §. fin. ff. ad municip.* Vlterius
49 quæritur † an communitas teneatur ad precium bonorum combuſtorum ipſis dominis? Videtur, quòd ſic, *per text. in d. l. venditor. §. ſi conſtat. & in l. ſerui. 2. & l. fin. C. quibus ex cauſ. ſerui pro præm. liberta. accip.* Hinc dicimus, quòd princeps, qui ex cauſa poteſt alteri auferre rem ſuam, *l. item ſi verberatum. 15. ff. de rei vend.* tenetur ſatisfacere domino de precio rei ablatæ, *ſecundùm Archi. in c. per venerabilem. 9. q. 3. Bald. in d. l. ſerui. & in d. l. item ſi verberatum. Ang. in l. fin. col. 2. ff. de app. recip. & ſequuntur* COMMVNITER *Dd. vt patet ex adductis per Fel. in c. quæ in eccleſiarum. col. 8. verſ. prima declaratio. de conſtit.* Sed iſtis non attentis contrarium verius eſſe puto, quia vrbis præfectus putridas carnes, & corruptos piſces nullo precio perſoluto ſæpè comburit, & in Rhodanum proijcit, etiam mulcta dominis indicta. *l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb.* Exurenda enim ſunt contaminata bona, ne totum corpus, omniſue reſpub. pereat. *c. reſecandæ. 24. q. 3.*

50 *q. 3.* † Fortiùs dicendum videtur, quòd domini ipſorum bonorum cogi poſsint proprijs impenſis comburere bona impurgabilia, & mundare purgabilia propter periculum mortis imminentis ex contagione ipſorum bonorum. Debet enim ſuperior ex officio prouidere, ne quis ſibi ipſe mortem conſciſcat. *l. 1. & per totum. ff. de his qui ſibi mort. conſciu.* poteritque prohibere, ne quis ingrediatur domum, in qua ſunt bona contaminata, niſi prius mundata domo, & combuſtis bonis, quæ in ea ſunt, *vt eſt text. clarus in ſimili in c. ipſa pietas. 23. q. 4.* nam quilibet compelli poteſt tenere aquã in domo pro extinguendo igne. *l. nam ſalutem. 3. §. fin. ff. de offic. præfect. vigil* Ergo & pro igne peſtifero depellendo, quilibet cogi poterit ſordida bona lauare, & impurgabilia comburere. Non obſtant iura præallegata, quia procedunt, quando princeps à ſubditis vult auferre dominium rerum, quæ vtiles ſunt ipſis Dominis, & eas ſibi, vel alteri appropriare, tunc tenetur ad precium, ſecùs quando vult auferre dominium rerum, quæ ipſis dominis pernicioſæ ſunt, & eas comburere pro ſalute ſubditorum, tunc non tenetur ad pre-
51 cium. *d. l. nam ſalutem reipub. tueri.* Loci † quoque mutatio optima eſt medicina. Nam morboſus exercitus nullo ſalubriori remedio vti poteſt quàm frequenti caſtrorum mutatione, *vt atteſtatur Flauius Vegetius de re milit. lib. 2.* Et hæc obſeruatio, *vt inquit Cor. Celſus*, neceſſaria eſt, qua quis in peſtilentia vti debet adhuc integer, cùm tamen ſecurus eſſe non poſsit, tum igitur oportet peregrinari, nauigare, & vbi non licet geſtari, & ſub dio leniter ambulare, vertant ergo ſolum, fugiant infecta loca. *c. negociatorem. 88. diſt.* Recedant, exeant, & immundum quid non tangant. *23. q. 4. c. recedi-*
52 *te.* †. Vulgo enim fertur, citò, & longe fugiendam eſſe peſtem. Nam *teſte Apiano Alex. de bellis ciuilibus. lib. 5.* Antarij populi quadringentorum ſexaginta paſſuum millibus longè à patria peſtilenti diſceſſerunt. Et Celtæ vſque ad Pyrenæos montes fugerunt. Quorum exempla Io. Firm. *tract. de gabellis. q. 22. 2. partis.* inducit contra nos Italos, qui ex ciuitate contagioſa fugimus in villas, & caſtella vicina, &

ideò

ideò parum nobis fuga prodeſt. Ad remota ergò,& ſana loca fugam properemus. Sunt autem ſaluberrima loca ea, quæ ſuprà in 1. & 2. remedio præſeruatiuo demonſtraui-
53 mus. † Et ſalubrius eſt ad montana caſtra diuertere. Dei enim Angelus dixit Loth, in montem ſaluum te fac, & Petrus exiſtens in monte dixit: Domine bonum eſt nos hîc eſſe Matth. 17.

De remedijs ad curandam peſtem.
Cap. VII.

SVMMARIVM.

1. *Medicorum auxilio ſæpè ſanantur, qui aliàs morituri erant.*
2. *Medicorum electio, ad quos ſpectet. Et quot medicos debeat ciuitas habere, & reliqua loca. nu. 3. 4.*
5. *Medicus quis dicatur, & qui medicorum appellatione veniant. & num. ſeq. vſq; ad nu. 17.*
7. *Vulnerans non tenetur de homicidio, ſi vulneratus moriatur eo caſu, quo vulnus fecit incantari.*
8. *Medicus an poßit quis dici, etiamſi non ſit doctoratus.*
9. *Serui poſſunt eſſe medici, nec tamen ad Doctoratus dignitatem promoueri.*
10. *Obſtetrix medica appellatur.*
11. *Et chirurgi dicuntur medici, & qui præterea, num. 12.*
13. *Appellatione medicorum barbitonſores non comprehenduntur. Et eligendi ſunt medici ſenes, & experti, ibid.*
14. *Medicus nouellus, qui vtplurimum dici ſolet parentum occiſor, an computari poßit in numero eligendorum pro ciuitate.*
15. *Aduocatus nouus litium confuſor.*
16. *Tyronis appellatione comprehenditur quilibet, quantumcunque inexpertus.*
17. *Senis vmbra, vt vulgus ait, iuuenis ſuperat eloquentiam.*
18. *Iuuenes ſunt gloriæ cupidi, promptiores & perſpicatiores, quàm ſenes, ideoq; cum exercitatis aliquis ex ijs eligendus. & nu. 19. 20. 21. 22.*
23. *Medicus debet artem & eius traditiones ad vnguem ſcire.*
24. *Medicorum errores cum mortuis ſepeliri dicuntur.*

25. *Medici imperiti homines officioſiſſimè occidere dicuntur.*
26. *Medicina ſecundùm Lucam de Penna eſt ars, in qua coniectura præualet rationi.*
27. *Medicos honorare decet propter neceſſitatem.*
28. *Medicus imperitus tanquam ſicarius eſt cauendus.*
29. *Medici imperiti vnico medicaminis genere omnes ægritudines ſanare ſe putant.*
30. *Doctores indocti omnia argumenta vnica ſolutione reſoluunt.*
31. *Medici peritia, quomodo, & quibus indicijs cognoſci poßit. & nu. ſeq. vſq; ad finem tractatus medicorum.*
32. *Peritus medicus tria ſcire præſupponitur.*
33. *Medico licet interdum ſe laudare. & num. 35. & 36.*
34. *Medici imperiti quare parabolani dicantur.*
37. *Medico debent infirmi obtemperare, aliàs peccant. Et quando excuſentur, ſi aliquid nociturum medico prohibente ſumunt. num. 38.*
39. *Medicamina congruo tempore exhibita proſunt, nimis autem properata, vel retardata nocere ſolent.*
40. *Probatus medicus nouit morbis nouis noua medicamenta præparare & num. 41.*
42. *Medicamina multa adinuenit præteritorum malorum experientia.*
43. *Medicina ſæpius reiterari, niſi vrgeat neceßitas, non debet.*
44. *Medici ſcientia parum prodeſt, niſi adſit ſolertia.*
45. *Medicus, vt perfectus poßit dici, quibus opus habeat. & ſeq.*
46. *Doctori conſulenti tria ſunt neceſſaria, vt perfectus poßit appellari. & num. 50.*
47. *Medicus peritus, & diligens debet adeſſe aromatario componenti medicinam, ne, vt fieri ſolet, immiſceat quid pro quo.*
48. *Medicus debet adeſſe infirmo in mortis periculo conſtituto, nec excuſatur, ſi minus idoneum ad cuſtodiam dimiſit Et an teneatur ad perſonalem cuſtodiam infirmi de morte non ſuſpecti. num. 49.*
50. *Quid cauendum ſit medico.*
51. *Doctor aduocationis officio fungens, ad nullum aliud officium debet aſpirare.*
52. *Medicum oportet bonis, & Chriſtiano neceſſarijs moribus eſſe præditum. Et, Iudæi operam in infirmitatibus ſuis implorantes, mortem magis, quàm vitam optare credendum eſt. 53 & 54.*

55. quam

55. quàm ſint & Chriſto, & Chriſtianis inimici Iudæi. 56. qui corpus vitamq́; ſuam Iudæo committit excommunicari debet.

57. Iudæorum medicorum operam an, & quando liceat implorare. Et vtrum Iudæi, an Chriſtiani perfidi vita deterior ſit. num. 58. & 59.

60. Medico plus cæteris conuenit eſſe manſueto, pudico & ſobrio. nu. 61. & 62. & 63.

64. Medico vt mors infirmi non imputetur, quot, & quæ requirantur & num. 65.

66. Medicus, imperitia cuius mortuus eſt infirmus, qua pœna veniat mulctandus. & num. 67. 68. 69. 70. 71. 72. Et ibi, an valeat argumentum de iudice ad medicum.

73. Iudex qui de facto, vel per imperitiam fecit hominem ſuſpendi, vel decapitari, an teneatur ſimilitudine ſupplicij.

74. Medicus reus eſt mortis, ſi per dolum exhibuerit medicamenta ex quibus æger mortuus eſt.

75. Pro medico fieri debet præſumptio in dubio.

76. Medicus an teneatur de homicidio, ſi ob eius negligentiam ſit mortuus infirmus. & num. 80.

77. Negligentia, an & quando adſcribatur culpæ.

78. Medicus qualiter conuincatur inſidiatus fuiſſe vitæ defuncti. Et an, & quando iſto caſu teneatur ad damnum & intereſſe. & num. 79.

81. Medicus qui leuem infirmitatem magnam fecit, & breuem longam, qua pœna plecti debeat. & num. 82. & 83. & 84.

85. Libelli forma contra medicum colligitur ex Spec. tit. de magiſtris, circa finem.

86. Medico non licet paciſci de ſalario cum infirmo, nec cum eo contrahere.

87. Doctor ſeu aduocatus, qui ex induſtria litem protrahit, vel qui in aliqua exceptione patitur ſe vinci, vt ſibi augeatur ſalarium, eſt infamis.

88. Medicus an, & quando poſſit cogi mederi. & num. 90. & 91.

89. Doctor an, & quando compelli poteſt, vt litigantibus conſulat. & num. 92.

93. Medicus an, & quando tenetur medicari gratis, & num. ſeq. 97 98. 99. 100. 101. vſq; ad num. 102.

94. Doctor an, & quando poſſit vendere iuſtum conſilium, & aduocatus.

catus iuſtum patrocinium. Et an, & quando teneatur gratis conſulere, ibi, & num. ſeq.

95. *Medicus non debet ex arrogantia ſalutem infirmo polliceri.*

96. *Doctor non debet clientulo promittere victoriam, quæ iacet in iudice, non in ipſo.*

102. *Medicus ſalariatus de publico pauperum curam æquè, ac diuitum ſuſcipere debet, aliàs priuandus venit ſalario, & expellendus ab officio.*

103. *Medicus an poßit mederi infirmis nolentibus?*

104. *Medicus an dare debeat infirmo medicinam, de qua dubitat, an vtilitas vel damnum ex ea proueniat.*

105. *Medicus contrahens matrimonium cum relicta defuncti, quem curauit, eſt ſuſpectus de morte.*

106. *Medicus quis, & quando æquiparetur obſtetrici & nu. 107. 108.*

109. *Medicus ſi liber eſt, æquiparatur profeſſoribus artium liberalium, maximè quoad ſalaria, & ea gaudet immunitate, qua legum Doctores.*

110. *Medicus Papæ vel Imperatoris æquiparatur duci.*

111. *Medicus ſalariatus de publico, an, & quando poßit ab infirmis aliquid exigere & multis ſeqq. Et an poterit à ſanis oblata recipere. num. 119. & ſeq.*

115. *Mutuans, an poſt ſolutum mutuum poßit licitè, quod ſibi ſponte offertur, ſuſcipere.*

116. *Notarius epiſcopi an, & quando poßit aliquid recipere pro inſtrumentis ordinum collatorum.*

117. *Iudex an poſt latam ſententiam poßit licitè accipere, quæ ſibi ſponte offeruntur.*

118. *Doctor ſalariatus de publico, an à particularibus litigantibus poſſit aliquid recipere.*

121. *Sanis non ſunt adminiſtranda medicamina, nec medicinaliter viuere debent. & num 122.*

123. *Medicus conductus à communitate, qui finita locatione medicatur vt prius, an intelligatur tacitè reconductus.*

124. *Medico an, & à quibus debeatur ſalarium, licèt non ſit conuentũ.*

125. *Medico non ſalariato de publico, quo caſu merces ei debetur, ab infirmo, an & quando petere & exigere liceat mercedem præſtitæ ſeruitutis. nu. 126. & 127.*

128. *Argumentum de aduocatu ad medicos valet.*

129. *Medico forenſi, cui conſtitutum fuit ſalarium diurnum, an debeatur ſa-*

tur ſalarium pro eo tempore, quo ſtetit in itinere. & num. 30. Et an poßit petere ſalarium pro die feriata in honorem Dei. nu. 131. & 132. & quid ſi vno die egit iter trium dierum, quod erit ei dandum ſalarium. num. 134.

133. *Doctor Iuriſta an licitè petere poßit honorarium pro conſilio quod fecit die feſto.*

135. *Medicus forenſis, cui conſtitutum eſt ſalarium diurnum, & qui in itinere eſt infirmatus, an debeat conſequi tantum ſalarium quod ſufficiat pro reuertendo domum. Et quid ſi equus ab ipſo conductus ei deroboretur in itinere, an ei competat actio contra infirmum ad precium. num. 136.*

137. *Medicus qui ſalarium recepit pro curando podagram alicuius, qui paulò pòſt occiſus fuit, an teneatur reſtituere dictum ſalarium.*

138. *Medicus, qui cum infirmo, vel repub. conuenit Curare infirmos tempore peſtis pro certa mercede ſibi poſt liberationem exoluenda, an, & quando teneatur ipſe eodem precio eoſdem liberare, ſi paulò pòſt infirmus recidiuauit, vel peſtis eſt reuerſa. & num. ſeq. vſq; ad num. 146.*

140. *Recidiuans in continenti præſumitur ex cauſa precedentis infirmitatis recidiuaſſe.*

141. *Equus, qui intra triduum à tempore venditionis, vel locationis mortuus eſt, præſumitur mortuus ex morbo, quo tenebatur dicto tempore locationis, vel venditionis. & num. 143.*

142. *Vulneratus, ſi intra modicum tempus moriatur, præſumitur mortuus ex vulnere, ſecùs ſi decedat longo interuallo pòſt.*

144. *Crapula eſt omnium infirmitatum fomes.*

147. *Medicis qualiter conſtitui debet ſalarium, vt citius infirmi liberationem conſequantur. Et à quibus repetere poterit Reſpub. dictum ſalarium, & qua actione. num. 149.*

148. *Auri ſacra fames quid non mortalia cogis Pectora?*

MEDICORVM AVXILIO ETIAM HAEC SVM-
1 mouetur infirmitas. † nam qui aliàs moreretur, auxilio medici ſæpè ſanatur. *c. fin. de pœnit. diſt. 7.* Hic tria breuiter perſtringam. Primò, quot, & quales, & à quibus ſint eligendi. ſecundò, quibus ſint pœnis plectendi, ſi in exercitio ſuo peccauerint. Tertiò de ipſorum ſalarijs aliqua ſubijciam. † Circa primum medici ſunt
2 à decurionum ordine eligendi. *l. 1. ff. de decret. ab ord. fac.*

 Poſſet

Poſſet tamen medicorum electio, vel ex conſuetudine, vel ex reſcripto principis ad alterum ſpectare. *l. parabolani. 18. C.*
3 *de epiſc. & cleric.* † Quot autem medicos poſsit habere ciuitas, traditur *in l. ſi duas tutelas. 6. §. 1. ff. de excuſ. tutor.* vbi dicitur, Maximæ ciuitates decem habeant medicos, Maiores,
4 ſeptem, Minores verò quinq;. † Maximæ autem dicuntur metropolitanæ. Maiores, quæ cognitionem cauſarum habent tam ciuilium, quàm criminalium. Minores, quæ nullam habent cauſarum cognitionem, ſed ad ſuperiorem præſidem recurrunt, *ſecundùm Io. de Pla. in l. nec infra. 5. C. de Profeſs. & medic. lib. 10.* ſed veritas eſt, quòd in ciuitate poſſunt eſſe tot medici, quot ibi ſine ſalario habitare velint. ſed cum ſalario publico, & cum immunitate non poſſunt decuriones retinere in ciuitate plures medicos, quàm ſuprà dictum fuit. *l. 1. C. de profeſs. & medic.* nam in Alexandria erant ſexcenti de collegio, & numero ordinario. *d. l. parabolani.*
5 † Sed pro intelligentia quæro quis dicatur medicus? Reſpondeo, medicum accipimus, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem medicinæ ſcientia, & experimen-
6 to pollicetur, † non incantationibus, aut imprecationibus. Etſi multi ſint, qui incantationes, & imprecationes ſibi profuiſſe affirment. *l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cognition.*
7 † Vnde, ſi vulneratus, faciens ſe curari per incantatores, moriatur, non poterit vulnerans intitulari de homicidio, tum, quia vulneratus non dicitur adhibuiſſe medicum, qui vulnus curaret, tum quia per artem damnatam curam ſui procurauit, ſic fuit in culpa, *ſecundùm Barth. Soc. conſ. 78. Primo aſpectu. col. fin. lib. 2.* qui poterat allegare textum Auguſt. *in c. quoniam. 88. diſtinct.* Matres, *inquit Auguſtinus*, infideles filijs dolentibus quærunt ligaturas ſacrilegas, & incantatio-
8 nes. omnia iſta peccata ſunt hominum. † Sed hic ſuboritur quæſtio, an ad hoc, vt dicatur medicus, requiratur, quòd ſit doctoratus, & approbatus? *Bart. in l. ſciendum. 19. §. dictum à promiſſo. ff. de ædil. edict.* tenet quòd non, inferens ad declarationem *c. 1. de ſtatu reg. lib. 6.* Cauetur ibi, quòd nullus, quantumcunque honeſtæ vitæ, poſsit ſub excommunica-

tionis

tionis pœna ingredi monaſterium monialium, niſi ſit medicus, *dicit Bart.* etiam non graduatus, qui ſe medicum profitetur, ingredi poterit. *ſequitur d. Alex. in l. 1. in add. ad Bart. ff. de vent. inſpiciend. & conſ. 13. viſo proceſſu col. fin. lib. 1.* vbi
9 comprobat, † quia ſerui medici eſſe poſſunt. *l. 1. §. ne autem quantitas. C. de communi ſeruo manumiſſo.* & tamen ſerui non poſſunt ad doctoratus dignitatem promoueri. *l. 1. & l. fin.*
10 *C. qui militare poſſunt vel non poſſunt libr. 12.* † Hinc in communi ſermone habetur, quòd medicum, & ſtultum quilibet ſe poteſt appellare. Nam obſtetrix etiam medica nuncupatur. *l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cog. l. item ſi obſtetrix. 9. ff. ad*
11 *l. Aquil.* † Sed etiam Chirurgici medici dicuntur *c. tua nos de*
12 *homicid.* † & non ſolùm curantes hominum corpora, ſed etiam curantes animalia bruta medici appellantur, *ſecundùm*
13 *gl. in l. 1. C. de excuſ. artif. lib. 10.* † Non tamen appellatione medicorum comprehenduntur barbitonſores, *ſecundùm gl. in c. 1. in ver. rationabilis cauſa. de ſtat. monach lib. 6.* Debent autem animaduertere, qui medicos eligere volunt, primò ad ætatem & experientiam. Eligendi enim ſunt medici ſenes, & experti, non iuuenculi vel tirones, *ſecund. Ang. in l.*
14 *1. §. pueritiam. ff. de poſtulando* vbi dicit, † non eſſe confidendum
15 de medico nouello, quia eſt occiſor parentum. Nec † de
16 nouo aduocato, quia eſt litium confuſor. † ſciendum autem eſt, quemlibet inexpertum tironem dici, *ſecundùm Vegetium de re milit.* Miles enim non exercitatus ſemper tiro eſt.
17 † Et dici ſolet, quòd plus valet vmbra experti ſenis, quàm eloquentia iuuenis, *ſecundùm Bald. in c. 1. de renun. & Io. And. in*
18 *rubr. de delict. puer.* † Laudo tamen, quòd ſimul cum antiquis & exercitis eligatur aliquis iuuenis medicus, quia iuuenes ſunt cupidi gloriæ, & propterea cum maiori diligentia ægroti ſanitatem procurant. Antiqui autem vt plurimum ſunt deſides & remiſſi, ſicut de aduocatis dixit *Spec. tit. de aduocat.*
19 *§. nono. ver. item cautus ſit antiquus.* † Promtiores enim ſunt DOCTORES IVVENES, TANQVAM EX STVDII FORNACE NOVITER EDVCTI, *argumen-*
20 *to c. liquidò. de conſecr. diſt. 2.* Solent † etiam eſſe perſpicaciores,

21 ciores, † quia memoria in iuuene tenacior eſt, *iuxta illud Se-*
necæ, Solebat mihi bonæ fidei eſſe memoria, & quæ ei con-
ceſſeram citò reſtituebat, nunc autem ætate caſſata & lon-
ga deſidia, quæ iuueniles animos diſſoluit, quàm noua au-
22 dio † ſicut etiam in iuuene ſenſus ſunt acutiores, & ad capi-
endum velociores, *ſecundùm gl. in L. Gallus. 29. in princ. ff. de lib.
& poſthum. & in l. cum quid mutuum. 3. ff. ſi cert. pet. not. Pan. in
d. c. quoties. in 3. not. de teſt.* Secundò aduertant ad artis pe-
23 ritiam. † Debet enim medicus habere ſcientiam medici-
nalem. *l. 1. ff. de decret. ad ord. fac.* & in ſcrinio pectoris tene-
re traditiones artis, *c. ad aures. de ætat. & qual. & ord. præfi-*
24 *ciend.* † Sed qualiter ſciri poterit, medicum eſſe peritum,
cùm errores medicorum ſepulti eſſe dicantur, cum his quos
interemerunt? Et ſi in eorum manibus quis in fata conce-
dat, neceſſarias producunt rationes, quibus apertè oſten-
25 dunt, quòd vita illius non erat vlterius protelanda. † Et hi
ſunt, *ſecundùm Luc. de Penn. in rubr. de prof. & med.* qui homi-
26 nes officioſiſsimè occidunt. † nam *ſecundùm eum* medicina
dicitur ars, in qua plus valet coniectura, quàm ratio. *& fuit
dictum Macrobij in Satur. prope fin.* Sed abſit, quòd ego de-
27 traham medicinali ſcientiæ & medicis eruditis, † quos ſal-
tem propter neceſsitatem debemus honorare, *vt habetur
Eccleſiaſt. 38.* nam publicæ neceſsitati ſæpè conſulunt, & ſa-
nitatem ægroto reſtituunt. *l. fin. C. in quib. cauſ. ceſſat longi*
28 *temp. præſcript.* † Imperiti autem medici, non minus, quàm
ſicarij odio ſunt habendi. Hi enim ſunt, qui rempublicam
deſtruunt: *l. illicitas. 6. §. ſicut. ff. de offic. præſid.* Hi ſunt, qui
iam mortuis, quos longa inedia perdiderunt, ſubiunculas
29 faciunt, & delicatos cibos. † Hi ſunt, qui vno collyrio o-
30 mnium oculos ſanant. *c. fin. 39. diſt. & ibi. gl. dicit.* † Sic fa-
ciunt indocti legiſtæ, qui vnica ſolutione, quæcunq; argu-
menta reſoluunt. Et ſi malum medicum volueris rationi-
bus, & opprobrijs confuſum reddere, *ad Plinium, Senecam,*
31 *Sidonium, & Franciſcum Petrarcham recurras.* † Cognoſcitur
autem medici peritia, ſi ægritudinis cauſas ſciat exprimere,
32 *ſecundùm Hippoc. in prolego. Prognoſticor.* † Et qui ſe medici-
næ pe-

nā peritum eſſe affirmat, tria ſcire præſupponitur, videlicet in ſingulis ægritudinibus præterita, id eſt, vnde infirmitas originem traxerit. Præſentia, id eſt, in quo ſtatu, & gradu exiſtat ægritudo. Futura, id eſt, vtrum curabilis ſit, an mortalis, *ſecundùm Card. Flor. in d. c. ad aures.* Sed quis eſt hic, & laudabimus eum? Pauci quos æquus amauit Iupiter. Multi tamen ſunt, qui ſe peritos in hac medendi arte profitentur, ſed an verum ſit, Deus ipſe nouit, ſe tamen vt eruditos exhibent, *vt dicitur in d. c. ad aures. & ibi not. Card.*
33 quòd † licet medico ſe laudare. Quod plurimi faciunt, quibus, *vt refert Luc. de Penn. in rubr. de Profeſſ. & medic.* nihil deeſſe videtur, præter effectum operis, ſi is deſideratur. Ab eis ſingularum rerum naturas, ſanitatis, & ægritudinis cauſas accipies, ipſi ægritudinis initium, augmentum, ſtatum, & diminutionem indicant. Quid plura? cùm eos audio, vi-
34 dentur mihi poſſe mortuos ſuſcitare. † Nec mirum. Parabolani enim appellantur, quia multas habent parabolas,
35 *ſecundùm gl. in l. parabolani. C. de epiſc. & cler.* † Non puto tamen exercendos peritos medicos, qui apud ignotos modicè ſe profitentur tenere medicinæ ſcientiam. Licet enim apud incognitos ſe laudare. nam proconſul in ſui commendationem tranſmittit prouincialibus literas, priuſquam prouinciam ingrediatur. *l. obſeruare. 4. §. antequam. ff. de offic. proconſ.* & apud Didonem ſe extollebat Aeneas dicendo:

Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.

36 † Crederem etiam, quòd liceret ſe pro veritate laudare in præſentia ægroti volentis ſumere nocitura contra mandata ipſius, ad effectum, vt retrahat infirmum ad rectam normam viuendi, *ſicut faciebat Paulus*, qui vt infideles traheret ad catholicam fidem, palàm dicebat ſe haber Spiritum ſanctum. *c. ſicut enim. 28. q. 1.* Sic nos edocuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dùm dicebat: ſancti eſtote, quia ego Domi-
37 nus veſter ſanctus ſum. *c. tenere debet. 31. diſt.* † Peccant enim grauiter infirmi, qui contra medici præcepta ſumunt nocitura, quia contra charitatem faciunt, quæ vult, vt ſibi

non noceant. *c. ſi non licet. c. placuit. 23. q. 5. c. non æſtimemus.*
38 *13. q. 2.* † Sed nitimur in vetitum. Et interdum grauior eſt ſi-
tis, quàm febris, & doloris impatientia ſæpè cogit patien-
tem in ſeipſum ſœuire. *l. fin. §. ſi quis autem. ff. de bonis eorum qui*
ſibi mort. conſciuer. Cognoſcitur etiam medici peritia, ſi op-
portuno tempore nouerit languentibus medicinam præ-
39 bere. † Nam properata nimis, vel retardata remedia non
profutura præſtantur. *c. abſit à Romana eccleſia. 50. diſt.*

Temporibus medicina valet, data tempora proſunt,
Et data non apto tempore, vina nocent.

nam omnia tempus habent, & ſuo tempore ſunt ſingula ex-
pedienda. *c. quis ignoret. 32. q. 4. l. omnes iudices. 13. C. de ferijs.*
40 *l. iuſtas. 6. C. de iure fiſci. lib. 10.* † Probatur etiam medicum
habere ſcientiam, ſi nouis morbis, noua ſciat antidota præ-
parare. *c. ceterum. de iuram. calum. l. 1. de vent. inſpic.* Sciunt
enim optimi medici contra quemlibet morbum congruam
inuenire medicinam. *c. qualiter & quando. 2. §. verum ita vo-*
41 *luerunt prouidere. de accuſationibus.* † Prudens enim medi-
cus, conſiderata qualitate perſonæ, cauſa infirmitatis, tem-
pore, & loco, medicinam adhibet opportunam. *c. ſciendum*
eſt. 29. diſtinct. debet etiam experimenta præteritorum an-
te oculos ſuos proponere, quia, vt ſcribit Auguſt. ad Bonifac.
42 † cogunt nos multas inuenire medicinas multorum expe-
43 rimenta malorum. *c. vt conſtitueretur. 50. diſtinct.* † Nec toties
medicinam reiteret, ſi neceſsitas non vrgeat. Toties enim
reiterata nocet potius, quàm proſit. *c. quamuis. de pœn. diſt. 3.*
44 † Tertiò electores diligenter aduertant, an medicus ſit di-
ligens, quia ſola ſcientia non ſufficit in medico, niſi cum
ſcientia ſit coniuncta ſolertia. *c. ad aures. de ætat. & qualitat.*
45 † *& ibi not. Pan.* tria ad faciendum perfectum medicum eſſe
neceſſaria, primò quòd ſit eruditus, ſecundò quòd experia-
tur ſecundùm artis traditionem, tertiò quòd ſit diligens
46 in artis exercitio. † Quæ tria exiguntur etiam in iuriſta con-
ſulente, qui debet eſſe peritus, item debet conſulere ſecun-
dùm communes opiniones, non autem ſecundùm ſophiſtas,

tertiò

tertiò debet eſſe diligens in benè examinando factum. Me-
dicus enim circa curam infirmi tenetur omnem diligen-
tiam adhibere. *c. tua nos. de homicid. & ibi Inno. & Io. de Ana.*
dicunt non ſatis eſſe, vt medicus præparet bonam medi-
cinam, *ſecundùm canones phyſicales*, niſi etiam aduertat, vt
aromatarius non immiſceat *quid pro quo*, & nō conficiat me-
dicinam ex corruptis, vel vetuſtiſsimis ſpeciebus, quæ ma-
47 gis nocere ſolent, quàm prodeſſe. † Ideo concludunt, quòd
medicus debet eſſe præſens, quando aromatarius conficit
48 medicinam. † Item medicus videns infirmum in periculo
mortis, ſi vult eam, quam debet, diligentiam adhibere, non
debet à latere infirmi diſcedere, quia ad cuſtodiam tenetur,
nec excuſatur, etiamſi alium minus idoneum ad cuſtodiam
dimiſerit, *ſecundùm Hoſtienſ. in ſumma de ætat. & qual. & ord.
præficiend. verſ. ex poſt facto. per text. in c. ea quæ contra. de offic.*
49 *archidiaco in argument.* † Vbi autem ægrotus non eſt in
diſcrimine vitæ conſtitutus, non tenetur medicus ad perſo-
nalem cuſtodiam, ſed ſufficit, ſi ægrotum viſitet bis in die,
& ei dictet regimen, & diætam, *ſecundùm Hoſtienſ. & Card. in*
50 *c. tua nos. De homicid.* Caueat † ergo medicus, ne tot ſuſci-
piat curas, quibus omnibus vacare non poſsit. Nam

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

51 *c. diuerſis fallacijs. de cler. coniug.* † Sic aduocatus in ſuo officio
vti debet ſolertia, & ideò, dum aduocationis officio incum-
bit, ad nullum aliud officium poteſt aſpirare, ne, cùm in v-
trumq; feſtinet, neutrum benè peragat. *l. nemo. 13. C. de aſ-*
52 *ſeſſoribus.* Quartò, † ſuper omnia electores debent aduerte-
re ad mores medici, quia oportet priùs animas, quàm lin-
guas fieri eruditas. *l. magiſtros. 7. C. de profeſſ. & medic.* Et
ideò Vlpianus *in l. 1. ff. de decretis ab ordin. faciend.* alloqui-
tur decuriones his verbis: *Certi de probitate morum, & artis
peritia, medicos eligatis, quibus vos veſtroſq; liberos in ægritudine
corporum committatis.* Ego autem alloquor Auenionenſes,
qui ſe ſuoſq; liberos in infirmitatibus committunt Iudæis
perfidis, & Chriſtianorum inimicis. Nam ſi Chriſtum perſe-
cuti ſunt, credendum eſt, quòd nos etiam perſequentur,
aliàs

aliàs ſi contrarium creditis, eritis illis ſimiles, qui Chriſtum mendoſum, & prophetam eſſe aſſeuerant. Ego autem Chriſtianus ſum, & agnoſco veritatem Chriſti dicentis: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. mortem profectò appetit, qui à Iudæo ſanitatem requirit, quia ſine auxilio Chriſti ſe ſanum fieri putat. *c. qui ſine. 27. q. 2.* Bonus medicus priùs monet, & inducit languentem ad implorandum auxilium Chriſti, ad confeſsionem, ad pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum appellamus. *c. cum infirmitas corporalis. de pœnitent. & remiſſionibus.* hæc qualiter docebit Iudæus niſi in contemtum Chriſtianæ religionis? Et, ſi tu, qui ægrotus es, patiaris redemptorem noſtrum ludibrioſè nominari per Iudæum, mortaliter peccas, & ideò in aſsidua ægri-
53 tudine permanebis. † Prohibentur enim Iudæi nomen Chriſti inuocare, quia illum, quem inuocant, negligunt,
54 & contemnunt, *ſecundùm Bart. & ſcrib. in proœm. digeſt.* Sunt enim Iudæi inimici noſtri, & crucis Chriſti. *c. licet vniuerſis. de teſtib.* ergo Chriſtianus, qui ſe Iudæo inimico ſuo committit, vitæ renunciat. *l. principes 6. C. de prin. agen. in reb. lib. 12.* Fidei noſtræ hoſtes ſunt Iudæi, *c. Iudæi de ciuitate. & ibi gl. de Iudæ. Sarrace. &c.* blaſphemi nominis Chriſti, *c. cum ſit nimis*
55 *abſurdum. eod. tit.* † ac peiores, & deteriores ſunt omnibus gentibus, & omnibus Sodomitis. *c. nonne Sodomitæ. 1. q. 1.* Sed quid rationibus contendo perſuadere Chriſtianis, ne
56 corpus, vitamq́; ſuam credant Iudæis? † lege ipſa ſub excommunicationis pœna prohibitum eſt Chriſtianis, ne in ſuis infirmitatibus vtantur opera alicuius Iudæi. Audi ergo, *quid ſancta ſynodus ſeptima diſpoſuerit*: Nullus eorum, qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus, azyma Iudæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lauet. Si verò quiſquam hoc fecerit, ſi clericus ſit, deponatur, ſi laicus ſit, excommunicetur. *c. nullus. 28. q. 1.*
57 † Reperio tamen, quòd *Fel. in d. c. tua nos.* intellexit iſtud procedere, vbi reperiantur medici Chriſtiani, ſed vbi non reperiantur, tunc in ſubſidium, & propter neceſsitatem excuſa-

cuſatur infirmus, qui implorat auxilium à Iudæo. *argumen-*
58 *to c. diſcipulos. de conſecr. diſtinct. 5.* † Ex præmiſsis ſatis edo-
,, cemur, ne perfidum Chriſtianum in medicum aſſumamus,
,, quia mali Chriſtiani deteriores ſunt, quàm Iudæi, cùm mi-
,, nus peccet, qui viam domini non agnoſcit, quàm qui poſt
agnitam retrocedit. *c. quidam. de apoſta. c. ſi refugientes. de*
59 *pœnitent. diſt. 4.* † Vir enim ſceleſtus lippus eſt, nec cauſas
morborum poteſt diſcernere, quia carnalis vitæ operatio il-
lius ſenſus hebetes fecit, & illius oculos carnalia deſideria
obſcurârunt. Cuius enim oculi ſtudere, & recta videre per
ingenium poterant, vſu prauorum actuum alligantur. *c. hinc*
etenim. ver. in lippis. 48. diſtinct. Sed medicorum vitia amplius
60 non execremur; inquiramus virtutes. † Manſuetus medi-
cus eſſe debet, nec vlli magis conuenit manſuetudo, quàm
medico. Nam qui vulneribus ſanandis præeſt, vino debet,
& oleo vti, Exemplo Samaritani, qui in vino morſum diſcre-
tionis adhibuit, in oleo mollitiem pietatis. Per vinum mun-
dantur putrida, per oleum ſananda fouentur. *c. diſciplina.*
61 *45. diſtinct.* † Sobrietas, etſi ab omnibus ſeruanda ſit, à me-
dico tamen eſt maximè amplectenda, quia venter pinguis,
& vino æſtuans facilè diſpumat in perniciem ægrotantium.
62 *c. ſexto die beſtiæ 35. diſtinct.* † Pudicitia valdè medicum ex-
ornat. Luxurioſus medicus à populo habetur odio: pudicus
autem omnibus charus exiſtit. *c. præter hoc. 32. diſtinct. in*
fin. Non enim poteſt toto corde ægrotantibus medicari,
qui fœminarum nexibus alligatur. *c. hoſpitiolum tuum. ead.*
63 *diſtinctione 32.* † Caueant ergo medici, ne in cura formo-
ſæ mulieris ſeſe verbo, aut actu impudicos oſtendant,

Nec cauſas morbi per candida brachia quærant.

Nunc videamus, quando mors infirmi ſit medico imputan-
da, & qua pœna puniendus ſit, ſi eius culpa ægrotans oc-
cumbat. Pro expeditione huius quæſtionis intendo com-
mentari *l. illicitas. 6. §. ſicut. ff. de offic. præſid.* cuius tenor ſe-
quitur: *ſicut medico imputari euentus mortalitatis non debet, ita*
quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet, prætextu enim
humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis inno-

xium eſſe non debet. Vt ſenſus huius textus perfectè habeatur, formabo quàm plures quæſtiones, ex quibus perfecta co-
64 gnitio reſultabit. Quæro igitur primo loco, † an excuſetur medicus à caſu mortis infirmi, quem curabat? Reſpondeo, ſi quæ ſuprà dicta ſunt obſeruauit, certum eſt eum excuſari, *vt dicitur in 1. reſponſo huius text.* Et quia

Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger.

gl. in c. ad aures. de ætat. & qualitat. Et ſecundùm Innoc. in d. c.
65 *tua nos.* Ad hoc † vt mors non poſsit medico imputari, quatuor ſunt neceſſaria. Primò, quòd officium medicandi ſibi congruat, id eſt, quòd ſit laicus, non clericus, aut religioſus, cui non conuenit ars chirurgiæ. *c. ſententiam ſanguinis. Ne clerici vel monachi ſecularib. negot. ſe immiſc. & d. c. tua nos.* Secundò, quod ſecundùm artis traditiones medicinam ægroto propinauerit, *d. c. ad aures.* Tertiò, quòd omnem diligentiam adhibuerit. Quartò, quòd ægrotum informauerit de omnibus, quæ ægritudini contraria ſunt. Secundò quæro, qua pœna puniri debeat medicus, ex cuius imperitia mortuus eſt ægrotans? Nam ei iſto caſu mors imputatur, *vt in 2. reſponſo huius §. Mart. Sill. & Alb. de Roſ.* hìc dicunt medicum extra ordinem eſſe puniendum, *argumento l. reſpiciendum. 11. §. delinquitur autem. & quæ ibi tradunt. ff. de pœn.* Idem tenet *Augu. de Ari. in additione ad Ang. in tract. malefic. in verb. fama publica. in 7. q.* vbi arguit de iudice ad medicum. Nam *ſecundùm eum*, ſi iudex per imperitiam aliquem poſuerit ad torturã, & tortus ex tali tortura moriatur, tunc
67 extra ordinem eſt puniendus. † In contrarium, quòd medicus tenetur pœna homicidij, & ſic L. Corneliæ de ſicarijs, probatur ſic: Iudex, qui de facto facit aliquem ſuſpendi, tenetur ſimilitudine ſupplicij, *ſecundùm Bart. in rubr. de pœn. iudicis, qui malè iudica.* & iſtud videtur voluiſſe *gl. in l. 2. ff. Quod quisq; iur.* dum dicit idem in medico, quod in aſſeſſore, qui per imperitiam conſuluit. facit quod dicit *Bart. in l. lege Cornelia. 4. ff. ad L. Cornel. de ſicarijs. &* iſtam partem tenuit *Iac. de Aret.* quia in dolo videtur medicus, qui aſſeuerauit
68 ſe peritum in arte, cùm non eſſet. † Facilè enim ſe peritum aſſeue-

aſſeuerat, qui ſe in medicum eligi patitur. *l. Iulianus. 13. §. quid tamen ſi ignorauit. ff. de act. empt. l. ſi quis fundum. §. ſi quis vitulos paſcendos, in argumentũ, in nou. edit. eſt L. Si quis domum. 9. ff. loc.* & hoc dixit *gl. in d. l. 2.* & quia non poteſt medicus allegare imperitiam, cùm ſe peritum aſſeuerat. vnde videtur dicendum, quòd per dolum contraria medicamenta adhibuerit. Si dolo occidit, ergo reus eſt mortis, *vt infrà ſubyciam.*

69 † Facit, quia medicus, qui ſecuit per imperitiam, tenetur ex maleficio, non autem ex quaſi maleficio, vt tenetur iudex. *l. ex maleficiys. in princ. & ibi gl. iunct. §. Si tamen iudex. ff. de oblig. & act.* & benè facit text. *in l. idem iuris. 8. §. fin. ff. ad l. Aquil.* vbi dicitur, neminem debere affectare id, in quo ſcit, vel ſcire debet imperitiam ſuam alij periculoſam futuram.

70 † Et hanc ſententiam ſeruant Aegyptij, vt ſcribit *Herodotus de antiquorum geſt. l. 2.* ait enim Aegyptiaca lex, medici ex publico victu ſumant, ægros ſecundùm legem curent, ab antiquis medicis comprobatiſque ſcriptoribus traditam, ſi quis normam ſacri libri ſecutus infirmum ſanare nequiuerit, omni caret culpa, Si præter ea quæ libris continentur, illum curauerit, morte puniatur. Quid tenendum? Amplector primam partem, *per text. in l. 3. §. 1. ff. Ad L. Cornel. de ſicariys.* vbi dicitur, qui poculum amatorium libidinis cauſa dedit, ex quo mulier, quæ illud bibit, deceſsit, relegetur, non pœna L. Corneliæ feriatur. Sic dicendum videtur in medico, qui animo ſanandi, non necandi, per imperitiam malam medicinam propinauit.

71 † Secundò, quia pœna homicidij non tenetur, niſi qui dolum commiſit. *l. Cum autem. 23. §. excipitur etiam. ff. de ædil. edict. tradit Bart. in l. quid ergo ſi non ducere. 11. §. pœna grauior. col. 4. ff. de his qui notantur infamia d. Iaſ. in l. 1. col. pen. ff. de legibus.* vbi plura ad iſtud congeſsit, quæ repetijt *in l. in actionibus in rem. 5. ff. de in lit. iurand. & in l. 3. §. quod prætor. ff. ne quis eum qui in ius &c. idem firmat Dec. conſil. 9. per tot.*

72 Imperitia † autem culpæ adſcribitur, & non dolo, *d. l. ſi quis fundum. §. ſi quis vitulos. ff. locat.*

73 † Hinc dicebat *Alb. de Roſ. in d. l. 2.* quòd iudex qui per imperitiam decapitari iuſsit vnum, vel plures, non eſt ipſe

decapitandus, niſi probetur dolus, quia in dubio potius ex imperitia, quàm ex dolo præſumitur iudicaſſe contra ius. Quod dicit facere contra Cremonenſes, qui decapitari fecerunt ſuam poteſtatem, quod eſt benè notandum. Nec obſtat *deciſio Bal. in d. rubr. C. de pœn. iud.* quia loquitur in iudice, qui de facto ſine debito proceſſu ſuſpendi iuſsit hominem, & ſic poteſt intelligi, quando, vt priuatus, per dolum iuſsit. Nos loquimur, quando per imperitiam iudicauit. Quod intelligas procedere, niſi ſtatuto caueretur, quòd qui homicidium quocunque modo commiſerit, decapitetur, tunc etiam qui per latam culpam illud commiſerit, decapitari poterit, *ſecundùm Sal. in l. 2. col. 3. C. de noxalib. act. & d.*
74 *Iaſ. in d. l. in actionibus in rem. col. 7.* † Ex his ſatis liquet, medicum eſſe reum mortis, ſi per dolum ægro dederit contraria medicamenta, ex quibus mortuus ſit. *l. 3. in princ. & d. l. lege Cornelia. ff. ad L. Cornel. de ſicariјs.* Et ita intelligenda eſt deciſio, *do. Car. Alex. in c. abſit. 50. diſt.* vbi vult, medicum de homicidio teneri, & vti homicidam eſſe puniendum. & ita etiam tenuit *Ang. in l. neceſſarios. 5. §. fin. per il-*
75 *lum text. ff. de SC. Silanian. & Claud.* † Tertiò quæro, an infirmus in dubio præſumatur mortuus culpa medici? Reſpondeo pro medico faciendam eſſe præſumptionem. *arg. l. Herrennius 63. §. Gaia Seia ff. de euict.* & benè probatur *in d. c. tua nos.* & hoc expreſſè vult *Spec. tit. de diſpenſ. §. iuxta propoſitionis ordinem dicendum reſtat. ver. item exercens artem chirurgiæ. per text. in c. de occidendis hominibus. 23. q. 5.* Quar-
76 tò † quæro, an medicus, cuius negligentia mortuus eſt ægrotus, teneatur de homicidio? Conſtat enim medicum ad exactam diligentiam teneri, *vt dixi ſuprà, ver. tertiò ad-*
77 *uertant.* † Breuiter videretur idem concludendum, quod de imperitia dictum fuit, per eadem fundamenta. Nam negligentia etiam culpæ adſcribitur, non dolo. *l. idem iuris. 8. in princ. ff. ad L. Aquil.* Crederem diſtinguendum inter negligentiam, & negligentiam. Quædam enim eſt negligentia, quæ accedit malitiæ. *c. per tuas. & ibi not. Pan. de teſtib.* & iſto caſu ſi medicus ex malitia deſerat curam infirmi, pœna le-

na legis Corneliæ tenetur, quia dolo non caret. Diſſoluta enim negligentia dolus eſt. *l. magna culpa. 226. ff. de verb. ſignif.* Et propter negligentiam diſſolutam ita degradatur ſacerdos, ſicut propter delictum doloſe patratum. *c. dictum*
78 *eſt nobis. 81. diſtinct.* † Duobus enim modis probatur medicum inſidiatum fuiſſe vitæ infirmi. Primò, ſi illi adulterina medicamenta ſcienter præbuerit. Secundò, ſi temporibus opportunis neglexerit infirmum curare. *d. l. neceſſarios. 5. §. fin. ibi, ſi vel iniuria vel inſidijs medici necatus fuerit. ff. de S.C. Silan. & Claud. & ibi ita expreſſe decidit Ang.* In foro autem poli certum eſt, medicum, qui negligit mederi ægroto exiſtenti in periculo, teneri, ac ſi ipſum occidiſſet. *c. 1. 83. diſt.*
79 *& ibi hoc clariſſimè firmat d. Card. Alex.* † An autem medicus illo caſu teneatur hæredibus defuncti ad damna, intereſſe, & expenſas? *Iac. de Aret. in d. l. qua actione. 7. §. fin. ff. ad L. Aquiliam* diſtinguebat, Aut infirmum gratis curabat, & tunc non tenetur, quia potuit, quando voluit, curam relinquere: Aut erat ſalariatus de publico, vel ab infirmo, & tunc tenetur. *Alb. de Roſ.* aliter, & melius, vt puto, diſtinxit. Aut medicus aſſumpſit expreſſè curam illius, aut expreſſè dixit ſe nolle teneri ad viſitandum, & curandum, aut nihil dixit, ſed ſimpliciter incepit illius curam habere, & poſtea deſeruit, vel neglexit. Primò conſtat, eum teneri ad damna & intereſſe, etiamſi gratis medicabatur, tanquam ægrotus videatur ſui curam illi mandaſſe, & ipſe mandatum ſuſceperit, quo caſu etiam de culpa tenetur. *l. procuratorem. 11. C. mandati.* Secundo caſu conſtat non teneri. Tertio caſu perſeuerare tenebatur, quia incipiendo ſimpliciter curam infirmi videtur totum onus ſuſcepiſſe, cùm cura infirmi ſit vnum totum connexum. *arg. l. tres tutores. 55. §.*
80 *item in eo. ff. de admin. & peric. tutor.* † Scias etiam, quòd magis peccare videtur medicus, ſi propter eius negligentiam moritur infirmus, quàm ſi propter imperitiam. nam qui negligit facere iuſtitiam, tenetur ad totale intereſſe. *l. 4. §. in eum. ff. de dam. infect.* & tamen, qui iudicat contra ius per imperitiam, ſolùm tenetur ad id, quod iudici æquum viſum

fuerit: quod minus eſt quàm integrum intereſſe. *l. ſi filiusfamilias. 15. ff. de iudicijs. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. in princ.* Ratio eſſe poteſt, quia negligentia non ita faciliter excuſari poteſt, ſicut imperitia, niſi imperitia fortè eſſet ſupina, tunc enim ad verum intereſſe teneretur, *ſecundùm gl. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. in princ. Alex. in l. fin. in apoſt.*
81 *ad Bart. ff. de var. & extraord. cogn.* † Quintò quæro, qua pœna ſit caſtigandus medicus, qui leuem infirmitatem fecit magnam, & breuem fecit longam per aduerſa medicamen-
82 ta, vel aliter, vt ægroti burſam vacuaret? † Solent enim auari medici multas excogitare fraudes, vt languentes excorient, *ſecundùm Plinium iuniorem in princ. ſui operis.* Breuiter reſpondeo, arbitrio iudicis puniendum eſſe. *l. ſi medicus. 3. ibi, inciuile factum præſes prouinciæ coërceat. ff. de var. & extra-*
83 *ord. cognit.* † An autem teneatur ægroto reſtituere pecunias extortas? Dicas quòd ſic. *per d. l. ſi medicus.* vbi deciditur, quòd ægrotus, qui vendidit medico prædium, compulſus propter medicamenta aduerſa, officio iudicis obtinebit reſciſsionem contractus. & traditur *per Bald. in l. interpoſitas.*
84 *13. C. de tranſact.* † Plus dixit *Pan. in c. quia plerique. in 10. q. poſt Inn. de imm. Eccleſ.* quòd medicus non ſolùm in foro animæ tenetur reſtituere omne id, quod vltra debitum accepit, ſed etiam tenetur in foro fori *per text. in d. l. ſi medicus.* quia omne datum medico vltra debitū, præſumitur datum propter ſanitatem recuperandam, & propter euitandum periculum mortis, quin imò etiam tenetur ad damna & intereſſe, quæ paſſus eſt ægrotus ex dilatione infirmitatis. *l. idem iuris. 8. & l. item ſi obſtetrix. 9. §. 1. ff. ad L. Aquil. ibi, vel ſuaſum alicui medicamentum infundit vel ore, vel clyſtere.* Et ſi velis ſci-
85 re quomodo † formandus ſit libellus contra medicum, *vide*
86 *Specul. tit. de magiſtris. circa finem.* † Ex iſtis benè ſequitur, quòd promiſsio facta medico per infirmum, non eſt obligatoria, tanquam præſumatur meticuloſa, & ſic non licet medico pendente infirmitate paciſci cum infirmo ſuper ſalario, *vt eſt text. in l. archiatri ſcientes. 9. C. de profeſ. & med. lib. 10.* ſicut etiam non licet aduocato paciſci de quota litis. *l. quiſ-*

quiſquis. 6. §. preterea. C. de poſtul ſicut etiam non licet aduocato vllum contractum inire, vel vllam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, neque iurgium ex induſtria protrahere. *c. infames. §. preterea.*
87 *3. q. 7. & d. l. quiſquis.* † Et dixit, *gl. in §. preterea.* quòd infamis eſt aduocatus, qui patitur ſe vinci in aliqua exceptione, vt aſſerat non poſſe diutius fouere cauſam, niſi ſibi augeatur ſalarium. Adducit exemplum medici, *de quo in l. ſi*
88 *medicus.* † Sextò quæro, an medicus cogi poſsit inuitus mederi? Reſpondeo, quòd medicus lege præcepti tenetur, aliàs mortaliter peccat, & eſt ſecundùm legem Deo reus homicidij, ſi infirmus moriatur, quia mortem inferre conuincitur, qui eam cum poſsit, non excludit. *c. 1. 83. diſtinct. & ibi do. Card. Ale.* hoc pluribus comprobat rationibus. poterit ergo compelli per epiſcopum, vt à peccando deſiſtat. *c. nouit. de iudic.* Sed etiam credo, quòd officio iudicis cogi
89 poſsit mederi, & ægroto conſulere. † Sicut Doctor compelli poteſt conſulere litigantibus, *ſecundùm gl. in l. 2. C. de proximis ſacr. ſcrini. lib. 12.* & probatur *in l. ſancimus. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. vbi Bart. & Sali. not.* licèt *Bald. ibi* contrarium teneat & malè. nam *opinio gl. & Bart.* eſt verior, & magis COMMVNIS, *ſecundùm Fel. in c. ſi pro debilitate. col. fin. de offic. deleg. & Parid. de put. in tract. de Syndicatu. ver. poteſtas*
90 *cùm eſſet in officio.* † Poſtquam enim medicus officium medicandi aſſumſit, videtur poſſe compelli, vt operas præſtet, quia eſt munus publicum, quod quilibet inuitus ſubire tenetur. *l. final. §. iudicandi quoque neceſſitas. ff. de mun. & ho-*
91 *noribus. & l. pen. §. duo genera. ff. de vaca. & excuſat. mun.* † Sed quid, ſi deſperetur de ſalute infirmi, an tunc medicus etiam
92 tenebitur medicari? † Videtur quòd non, quia doctor iuriſta non debet, neq; arctari poteſt ſuſcipere protectionem cauſæ deſperatæ, *l. rem non nouam. 12. §. patroni autem cauſarum: C. de iud. c. ſi habes. 24. q. 3. & hoc etiam dicit gl. in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraord. cogn.* In contrarium eſt ipſa veritas, quia medicus ſuſcipiendo curam deſperatam neminem lædit, ſicut aduocatus, qui protegendo cauſam iniu-

ſtam

ſtam lædit aduerſarium. pares ergo non ſunt termini, *ſecundùm S. Thomam 2. q. 73. art. 3. quem ſequitur Felin. in c. paſto-*
93 *ralis. col. 3. in fin. de iudic.* † Sed quæritur, an teneatur mederi gratis, an ita demum, ſi ſalarium condignum ſibi præſtetur? Videtur, quòd gratis teneatur, aliàs incurrat Simoniam. Giezi enim quia gratiam ſanitatis Naaman Syro vendidit: eandem gratiam Eliſæo vendicante, leproſus factus amiſit. *c. qui ſtudet. 1. q. 1. & Prouerb. 23. Noli vendere ſapientiam, & intelligentiam*: gratis accepiſtis gratis date. *c. 1.*
94 *& 2. de magiſtris.* † In contrarium facit, quia licet Iuriſconſulto vendere iuſtum conſilium, & aduocato iuſtum patrocinium. *c. non licet. 11. q. 3. l. vnic. C. de ſuffragio.* Facit, quia ſi merces non eſſet, nemo ſtuderet. nam metu inopiæ etiam iuſtitia deſeritur. *c. ſi quis. 1. q. 2. c. Habebat dominus. 12. q. 1.*

Nec facilè inuenies multis ex millibus vnum,
Virtutem precium qui putet eſſe ſuum.

& dicitur *Prouerb. 18.* De fructu oris replebitur venter eius, & c. 12. de fructu oris eius quiſq; replebitur bonis. Et dicit Sapientia cap. 8. Diuitiæ mecum ſunt. & Iuriſtæ dicunt,

Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana,
Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.

Et iſta pars verior eſt, pro qua eſt text. *in c. non ſanè. 14. q. 5. vbi elegans textus.* nam ſi doctor non tenetur gratis conſulere, *vt ſuprà dixi*, nec aduocatus poſtulare. *l. 1. §. ait pretor. ff. de poſt.* multò minus tenebitur medicus gratis mederi, quia etſi profeſſorum & medicorum eadem cauſa videatur: iuſtior tamen eſt cauſa medicorum, cùm hi ſalutem hominum agant, illi ſtudiorum curam. *l. 1. §. medicorum. ff. de var. & extraord. cognit. & ita tenent gl. & ſcribentes in d. c. qui ſtudet. Pan. & alij in d. c. ad aures. de ætat. & qualit.* Ad contraria reſpondet *gl. in d. c. qui ſtudet*, quòd medicus nihil debet recipere pro ſanitate reſtituenda infirmo, cùm illud ſit gratia, & ita procedat *ille text.* Sed pro labore ſuo licitè recipit, ſicut profeſſor recipit ſalarium pro ſuo labore,
95 non pro ſcientia, quam docet. † Quod facit contra arro-

gantes

gantes medicos, qui ſuperbè ſanitatem pollicentur ægrotis, *c. quoniam. 83. diſtinct.* Nam ſanitatem promittere nihil aliud eſt, quàm gratiam polliceri, quæ non eſt in medico, ſed in Deo, *c. porro. ver. hic autem. & ver. nunquid medici re-*
96 *ſuſcitabunt. de pœnitent. diſtinct. 1.* † Malè etiam faciunt conſultores, & aduocati, qui clientulo victoriam promittunt. Quia victoria non eſt in aduocato, ſed in iudice *l. 1. ff. Ad S. C. Turpili. & de abolitionib. crimin. c. ſi quem pœnituerit. §. notandum. 2. q. 3.* nec ſemper laborem ſequitur effectus. *c. niſi cum pridem. §. quippe. De renunciat.* Item reſpondet *eadem gl.* quòd nihil medico debetur pro ſanitate, ſed pro honore, pro qua facit *text. in d. c. non ſanè. ibi, nec medico reddere volunt honorem ſuum.* Sic etiam propheta in ſignum honoris munera recipit. *c. iudices. 1. q. 1.* Sic Deus in ſignum honoris recipit decimas. *c. decimæ. 16. q. 1.* Et hac de cauſa, quæ Doctoribus debentur, honoraria dicuntur, non mercedes. *l. 1. §. proinde. & §. in honorarijs. ff. de var. & extraord.*
97 *cogn. & dixi ſuprà in 2. part. princ.* † Inſuper dubitatur, an medicus, cui nota eſt cura, & infirmitas abſque reuolutione librorum, teneatur gratis curare *gl. in d. c. non licet.* mouet
98 hanc dubitationem in conſultore. † & tenet, quòd teneatur gratis conſulere. *ſequitur Specul. de ſalario. §. ſequitur. de aduocat. ſalar. in princ.* idem ergo dicendum in medico. Sed in vtroq; contrarium verius eſt. & contrarium tenet *Io. Andr. in addit. Specul. loco præalleg.* quia ſequeretur maximum abſurdum, quòd deterioris conditionis eſſent, qui benè laborarunt in ſtudio, quàm illi qui parum in ſcholis, & in ſtudio inſudarunt. Item deterioris conditionis eſſet vir practicus, promptus, reſolutus, & ingenioſus, quàm craſſus, & inexpertus. Vnde concludo habendam eſſe rationem præteritorum laborum. *l. ſtudiorum labor meretur. 1. C. de aſſeſſoribus.* nec tam pro labore, quàm pro honore honoraria debentur,
99 *vt ſtatim dixi.* † Sed an pauperibus ſaltem teneatur gratis mederi? COMMVNITER concludunt, quòd ſic, *vt per Card. Alexan. c. 1. 83. diſtinct. Pan. & alios in d. c. ad aures.* quia non debet apud medicum plus valere pecunia, quàm vita mori-

100 turi. *c. non ſatis. 86. diſtinct.* † Sic aduocatus tenetur gratis pa-
trocinari pauperi, & Doctor gratis conſulere, *ſecundùm Hoſt.*
& Pan. in c. 1. de offic. iud. & benè probatur *in c. ſtatutum. §.*
inſuper. in fin. de reſcr. lib. 6. nec aliter poſſunt ſaluari, quia
abſcondunt talentum domini ſui, *ſecundùm Gregorium ſuper*
homilia Matth. 25. Subdit *Pan.* quòd ſi recuſauerint mederi
vel patrocinari, iudex poterit eos cogere interdicendo of-
ficium poſtulandi, vel medicandi, vel aliàs mulctando. ſe-
101 quitur *Fel. in c. ſi pro debilitate. col. fin. de offic. deleg.* † Nec
debent medici dedignari pauperibus ſuccurrere, quia lau-
dabilius eſt obſequi tenuioribus, quàm turpiter ſeruire di-
uitibus. *l. archiatri. 9. C. de profeſſ. & med. lib. 10. & ibi Io. de*
Pla. dicit, quòd cura pauperum honeſtiſsima, cura diuitum
ſpe præmij, omiſsis pauperibus, medico turpiſsima eſt. Nam
in medico nulla debet eſſe acceptio perſonarum, ſicut nec
in iudice, *vt in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragi. ſi. §. eos quoq.*
102 † Et ſi medicus ſalariatus de publico non ita benè curet pau-
peres, ſicut diuites, caſſari & expelli debet, *ſecundùm Bart.*
103 *in d. l. archiatri. per illum text.* Sed quid † ſi infirmus non ve-
lit, quòd medicus vadat ad eum, an tunc teneatur mederi
inuito? Reſpondent D D. etiam medicum teneri, quia in-
firmus recuſans auxilium medici, præſumitur furioſus. *c. fin.*
de ſucceſſ. ab inteſt. l. quidam in ſuo. 27. ff. de condit. inſtit. Furen-
ti autem medicus, & pater filio indiſciplinato tenentur me-
dendo, ligando, cædendo ſuccurrere. ſi autem eos negli-
gant, huiuſmodi falſa manſuetudo crudelitas reputatur. *c.*
ipſa pietas. 23. q. 4. pro hoc facit *bonus textus in c. 1. & 2. 1. q. 2.*
Bona enim præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur
vtilitati, non voluntati. *c. & qui emendat. 45. diſtinct. & ita ex-*
preſsè determinat Spec. in tit. de ſalarijs. §. fin. verſ. quid ſi infir-
104 *mus prohibet. & Card. Alex. in d. c. 1.* † Sed pone, quòd me-
dicus dubitet, an medicina ſit profutura, vel nocitura, an
tunc debeat propinare infirmo ipſam medicinam? *Innoc. &*
Io. de Ana. in d. c. tua nos. dicunt quòd non, aliàs peccat,
quia melius eſt hominem relinquere in manu creatoris, quàm ipſam
105 *exponere dubitabili medicinæ.* † Sed pone, quòd in manibus
medi-

medici moriatur infirmus, qui medicus intra annum luctus contraxit matrimonium cum relicta per defunctum, an ex hoc ſuboriatur indicium contra medicum, quòd inſidiatus fuerit vitæ defuncti? Videtur quòd ſic, ex eo, quòd tam repentè traduxit relictam defuncti. Sicut tutor qui ante 25. annos traducit in vxorem pupillam ſuam, præſumitur ſuſpectus de dilapidatione, *l. ſi patris. 6. & l. pen. C. de interdict. matrim. inter pup. & tut.* Et quòd ſuboriatur nonnulla ſuſpicio contra medicum contrahentem matrimonium cum vxore defuncti etiam poſt annum luctus, tenet *gl. in c. concubuiſti. 32. q. 7.* Ex hac tamen ſuſpicione ſola non credo medicum torqueri poſſe, niſi aliæ vrgentiores coniecturæ concurrant, puta, ſi ante mortem mariti adulterabat eius vxorem, *argum. eorum quæ not. in l. vnica. C. de mulieribus quæ ſe propr. ſeru. iunxer.* Vel ſi conſtaret, quòd aduerſa medicamenta ægroto dederit, vel per incuriam ipſius æger mortuus fuerit, tunc præſumtio oriretur contra medicum ſaltem ſufficiens ad torturam. *l. neceſſarios. 5. §. fin. ff. de S.C. Silan. & Claud.* Et ex qualitate perſonæ medici, & vxoris defuncti etiam coniectura probabilis ſumi poſſet. *l. non omnes deſertores. 5. §. à barbaris. ff. de re militari.* Sed iam de ſalarijs medicorum aliqua diſcurramus. *Spec. in tit. de ſalarijs. §. fin.* plures quæſtiones format, nos quaſdam alias ſubnectemus.

106 † dicit *Specul.* medicum non eſſe maioris autoritatis, quàm ſit obſtetrix, *per text. in l. fin. in princ. C. commun. de leg.* vbi obſtetrices, & medici pari æſtimatione, id eſt, ſexaginta ſoli-

107 dis pro quolibet appreciantur. † Et ſic ſentit *Spec.* quòd non eſt dandum medico maius ſalarium, quàm vni obſtetrici, quod etiam ſenſit *gl. in c. non ſanè quicquid. 14. q. 5. & Felin. in d. c. tua nos.* & videtur probari *in d. l. fin.* Nam ſi eſt tanti valoris ſerua obſtetrix, quanti ſeruus medicus, non videtur quòd plus lucretur medicus, quàm obſtetrix, aliàs pluris æſtimaretur. *l. ſi quid venditor. 18. ff. de ædil. edi.* Sed

108 † nunquam iſtud crederem, vnde puto, quòd *text. ille* ſanè ſit intelligendus, videlicet quòd loquatur de medico ſeruo, qui vni morbi ſpeciem tantùm nouit curare, vt ſunt articu-

larij, dentarij, & ſimiles, qui etiam medici nominantur. *l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cogn. & ſuprà dixi.* iſti benè æquiparantur obſtetricibus, quæ puerperijs tantùm vacant. ſed phyſicos, qui norunt omnium ægritudinum cauſas, & re-
109 media, abſit, vt pares eſſe obſtetricib. dicamus. † nam ſi liberi ſint, æquiparantur profeſſoribus liberalium artium, maximè quantum ad ſalaria, *vt dicitur in d. l. 1. §. 1.* & eadem gaudent immunitate, qua legum Doctores. *l. medicos.*
110 *6. C. de profeſſ. & med. lib. 10.* † Et medicus Papæ, vel Imperatoris æquiparatur duci, *ſecundùm Bart. in l. vnica. C. de co-*
111 *mitibus & archiatr. ſacri Palatij. lib. 12.* † Et ſi eiuſdem dignitatis eſſet obſtetrix, ſequeretur, quòd obſtetrix reginæ eſſet
112 adæquata duciſſæ, quod nullibi legitur. Secundò † quæro, an medicus ſalariatus de publico, poſsit ab infirmis aliquid recipere? Breuiter reſpondendum eſt quòd non, *per text. in d. l. archiatri. & ibi not. Bart. C. de profeſſ. & medic.* & idem
113 dicunt *Innoc. Pan. & alij in c. de poſtul.* † Sed dubitatur, an poſsint recipere à ſponte dantibus? *Ang. & Io. de Pla. in d. l. archiatri.* reſpondent, ſponte oblata licitè recipi. & idem ſentit *Lucas de Penna*, dum exponit *verba illius text. quæ ſani offerunt*, ſcilicet circa ægrotos. *ſequitur Io. de Ana. in c. tua nos. de homic.* Contrarium tenet *Fel. in d. c. tua nos.* per ea quæ ſcribit *Bart. in l. inuitus. 198. §. fin. ff. de reg. iur.* vbi tenet, quòd ſi notarius ſalariatus de publico prohibeatur ex forma ſtatuti pro ſcripturis aliquid recipere, non etiam poterit aliquid recipere à ſponte dantibus. Sed iſta deciſio nihil obſtat, quia procedit quando notarius expreſſè prohibetur quicquam recipere, nos loquimur in caſu, quo medicus fuit ſimpliciter ſalariatus, & tunc quærimus, an poſsit ſalarium recipere ab infirmis. Vnde fateor, quòd ſi ex conuentione medicus eſſet prohibitus aliquid recipere, etiam à ſponte dantibus, non deberet accipere, quod etiam voluit *Io. de Pla. in d. l. archiatri.* Mouetur etiam *Feli.* quia infirmi, & eorum conſanguinei erubeſcunt nihil offerendo, vnde ſi liceret recipere oblata, de facili induceretur conſuetudo dandi, & recipiendi. Iſta ratio etiam concludit ſtante prohibitione, ſed

ne, ſed vbi nulla eſt prohibitio, nihil eſt quod proponatur,
114 quare conſuetudo ſponte dandi induci non poſsit. † Plus
dicerem, quòd ſtante conuentione de non recipiendo quicquam, nihilominus medicus poſt reſtitutam ſanitatem in-
115 firmo poterit recipere ſponte oblata. † ſicut is, qui mutuauit gratis, poſt diſſolutum mutuum licitè ſuſcipit, quod ſibi
116 ſponte offertur. *ſecundùm gl. in c. conſuluit. de vſuris.* † Sicut etiam notarius epiſcopi, qui nihil debet exigere pro inſtrumentis ordinum collatorum. *c. 1. de Simon.* tamen poſt reddita inſtrumenta licitè ea recipit, quæ ordinati ſponte offerunt, quia non ex ambientis petitione proceſsit oblatio, *c.*
117 *ſicut epiſcopum. 1. q. 2.* † Sic etiam iudex poſt latam ſententiam licitè recipit id, quod ſibi liberaliter offertur, *ſecundùm*
118 *Gemi. in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. lib. 6.* † Et iſta notanda ſunt ad aduocatum ſalariatum de publico, vt non poſsit recipere quicquam à particularibus litigantibus, *ſecundùm Angel. & Io. de Pla. in d. l. archiatri.* Quod verum eſt, ſi ſit de publico ſalariatus tam pro cauſis communitatis, quàm ſingularium perſonarum, ſecùs ſi pro cauſis commu-
119 nitatis tantùm. † Sed iterum dubitatur, an medicus ſalariatus de publico, & prohibitus aliquid recipere, poſsit, quæ à ſanis offeruntur, acceptare? *Inno. & Card. in d. l. c. 1. de poſtul.* dicunt à ſanis oblata licitè recipi, *per text. in d. l. ar-*
120 *chiatri.* & quia pro ſanis non eſt ſalariatus de publico. † Non enim ſanis opus eſt medico, ſed malè ſe habentibus, *c. multi. 2. q. 1.* Sed tu conſidera, qua ex cauſa ſani offerant. Nam ſi pro conſeruanda ſanitate hoc faciunt, *deciſio iſta de plano procedit*, ſed ſi offerant pro infirmitatibus futuris, tunc ſtante prohibitione, quòd aliquid non recipiant, pro curis ægritudinum, videretur quod etiam à ſanis non ſit quicquam accipiendum, quia violatur finis, & cauſa prohibitionis, qui finis regulat actus agendi. *l. verum eſt. 40. ff. de furtis.* & quia prohibito vno cenſentur omnia prohibita per quæ peruenitur ad illud, *l. oratio. Imperatorum. 16. ff. de Sponſ.* nec vna via concedi debet, quod alia prohibitum eſt. *c. cum quid vna via.*
121 *de reg. iur.* † Et not. quòd ſanus malè facit viuendo medi-

cinaliter, *ſecundùm Inno. Card. & Io. Andr. in d. c. tua nos.* quia
122 omnia ſana ſanis, & quàm plura inſana ægrotis. † Non tamen malè faciunt ſani, ſi 23. Februarij faciant ſibi ſanguinem minui, quia *ſecundùm Io. Andr. poſt Vincent.* non poſſunt poſtea mori illo anno ex febrili diſtemperatione, dicentem ab Angelo hoc fuiſſe reuelatum, *ſed d. An. & Pan. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu reg.* dicunt, iſtud non indigenti non expedire, quia ex diminutione ſanguinis diminuitur vita hominis, *ſecundùm traditiones peritorum.* Et ſicut medicus ſalariatus de publico poteſt à ſanis oblata recipere, ita aduocatus ſtipendiatus à communitate poterit à non litigantibus oblata munera acceptare, *ſecundùm Hoſt. & Card. in d. c. 1.*
123 † Tertiò quæro, medicus conductus fuit à communitate pro certo annuo ſalario vſque ad tres annos, finito conductionis tempore perſeuerauit in curando infirmos, in omnibus & per omnia, prout tenebatur virtute præcedentis conductionis. Nunc dubitatur, an cenſeatur renouata locatio & conductio, ita quòd ſibi competat actio contra communitatem, an verò teneatur agere contra eos, quos curauit? Videtur, quòd contra communitatem nulla competat actio medico. Non enim ex parte communitatis poteſt dici renouata locatio, quia ſola patientia non implet contractum locationis, ſed requiritur aliud, vt declarat *Bart. in l. item quæritur. 13. §. qui impleto. ff. loca. & in l. ſi mora. 9. ad fin. ff. ſol. matr.* Plus dixit *Bart. in d. §. qui impleto.* quòd, ſi conductor prædiorum ipſius communitatis finita locatione perſeuerauit in tenuta, non tamen cenſetur renouata locatio, niſi probetur, quòd illi, qui habeant poteſtatem locandi, ſciuerint, & paſsi fuerint, quantò magis idem dicendum videtur in caſu noſtro, in quo etiam quòd habentes poteſtatem conducendi medicum ſciuerint & paſsi fuerint, tamen medicus non videtur perſeueraſſe in aliquo actu conductionis, quantum ad communitatem, quia aliud ſinguli, aliud vniuerſi. *l. ſed ſi hac lege. 10. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando.* Contrarium determinat *Socin. conſil. 196. Circa præſentem. lib. 2.* Mouetur primò, quia ægroti pro curis non

ſoluen-

ſoluentes, niſi quæ prius durante locatione ſoluebant, non tantùm ex patientia, ſed etiam ex actu poſitiuo ſolutionis conſenſiſſe videntur, ergo renouata erit locatio. Sed parcat mihi, iſtud nihil eſt, quia licèt ægroti fecerint actum poſitiuum, per quem vnà cum patientia renouata eſſet conductio, ſi poteſtatem conducendi habuiſſent, tamen cùm ipſi non habeant poteſtatẽ vllam medicum conducendi nomine communitatis, nullo modo dici poteſt renouata conductio, *ſecundùm Bart.in d.§.qui impleto.* Secundò mouetur,† quia me-
124 dico debetur ſalarium,etiamſi conuentum non ſit. *l.1.§.1.ff. de var.& extraord.cognit.traditur per Bart.in l.1.C.mandat.* Iſtud concedo,ſed dico,quòd debetur ab eis quos curauit. *c.non ſanè quicquid ab inuito.14.q.5.& d.§.1.* vnde à particularib. debetur, non ab vniuerſitate. Tertiò mouetur, quia *ſecundùm Bart.in d.§.qui impleto.* licèt locator operarum non poſsit agere virtute tacitæ conductionis,quia ſola patientia nõ implet contractum,ſaltem poteſt agere actione negociorum geſtorum. Sed non aduertit *Socinus*,quòd *Bart.* loquitur,quando locator præſtitit operas ad vtilitatem primi conductoris principaliter, tunc quia eius negocia principaliter geſsit, contra eum competit actio negociorum geſtorum. In caſu autem noſtro, medicus principaliter geſsit negocia eorum, quos curauit. Nec dici poteſt, quòd in aliquo geſsit negocia vniuerſitatis principaliter, quia aliud ſinguli,aliud vniuerſi. Vltimò mouetur, quia ſaltem ex æquitate ſibi competit actio. *l.Si & me & Titium.32.ff.ſi cert. petatur.* Sed verum diceret, ſi medico actio non competeret contra eos, quos curauit, ſed cùm habeat contra eos actiones ſaluas, *d.§.1.* ceſſat æquitas. *d.l.ſi & me & Titium.* cuius remedium eſt ſubſidiarium, *vt ibi notatur.* Verior ergo videtur contraria opinio, niſi medicus probet, quòd regentes habentes poteſtatem reconducendi ipſum, ſciuerint eum mederi, vt prius, & paſsi fuerint: tunc fortè ex æquitate defendi poſ-
125 ſet *opinio Socini.* † Quartò quæro, ſi medicus non ſit ſalariatus de publico, quo caſu merces ſibi debetur ab infirmo, an tunc ſibi debeat ſolui in principio, an in medio, an in fine

curæ?

curæ? Medici dicunt à principio ſibi eſſe ſatisfaciendum.
Dicit enim *Roff.* quòd ita cantat medicinæ aphoriſmus:

Dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus.

126 & dicit *Io. Andr.* † dum dolor eſt, accipe, quia paſſato lo
127 ponto, gabbato è lo ſanto. † Aegroti autem dicunt ſatisfa-
cere velle in fine, quia conſueuerunt medici expleto ſalario
infirmum derelinquere. *l. Thais ancilla. 41. §. Lucius. ff. de
fideicom. libertat.* Et quòd in fine ſoluendum ſit ſalarium
medico, tenent *Innoc. Card. do. Ant. & alij* COMMVNITER
*in c. propter. de loca. & conduct. & Spec. tit. de Salarijs. §. nunc
autem de procuratorum. verſ. fin. & ita etiam concludit d. Iaſ. in l.
diem functo. 4. col. 3. ff. de offic. aſſeſſ. per text. in ſæpè d. l. archia-
tri. & quod ibi not. Bart.* Sed *ille textus* nihil facit, quia loqui-
tur, quando medicus eſt ſalariatus de publico, tunc verum
eſt, quòd durante infirmitate nihil poteſt recipere, ſed nos
loquimur in medico non ſalariato de publico. Vnde recur-
rerem ad conſuetudinem, qua ceſſante diſtinguerem, vt in
aduocatis diſtinguit *Bart. in d. l. 1. §. diuus. ff. de var. & ex-*
128 *traord. cognit.* † Valet enim *argumentum de aduocatis ad medi-
cos*, quia aduocati dicuntur medici animarum, *ſecundùm gl.
in c. cæterum. & ibi Pan. de iuram. calum.* & vbiq; de medico
corporum, ad medicum animarum, & è contrario arguunt
canones, vt patet ex his *quæ ſuprà dixi, & quæ infrà* ſubij-
129 ciam. † Quintò quæro, an medico forenſi, cui conſtitutum
fuit certum diurnum ſalarium, debeatur ſalarium pro eo
tempore, quo ſtetit in itinere? Breuiter dicendum eſt,
quòd ſic, *vt eſt text. ad hoc ſingularis in l. quod niſi. 20. §. ex pro-
uincia. ff. de oper. libert: quem ibi ad hoc inducit Bart. & reputat
ſingularem Lud. Rom. ſing. 386. quod incipit, Medico exiſtenti.
& ſequitur Io. de Ana. in d. c. tua nos. & ibidem voluit gl. in l. de-
ſertorem auditum. 3. §. Si ad diem commeatus. ff. de re milit.* &
idem in aduocato *dicit Bald. in l. vnica. C. de ſuffrag. & Felin.*
130 *in c. 1. ad fin. de libel. oblat.* † Sed quid? ſi medicus, vel aduo-
catus à domo diſcedat hora iam tarda, an conſequi debeat
ſalarium pro integro die? *Bald. in l. liberti. 10. col. 4. C. de ope-*

ris

ris libert. tenet quòd non, *per text. in l. 1. ff. de ann. lega.* Contrarium tenuit *Bart. in l. de diuiſione. 5. in fin.* formans quæſtionem in ambaſiatore. *ff. ſolut. matrim. per text. in l. 3. ff. de verbor. ſign.* & cum *Bart.* tranſeunt *Imo. Aret. & d. Iaſ. ibi, ſequitur Mart. Laud. in tract. de legat. princip. verſ. 15.* Sed *opinionem Bald.* ſequitur *Lud. Rom.* & fuit etiam *opinio Dyn.* quæ æquior videtur, & poſſem hic inſtare circa intellectum *d. l. 3. & circa intellectum d. l. 2.* ſed modum eorum, qui tra-
131 ctatus faciunt, excederem, ſi circa talia immorarer. † Sed quid ſi occurrat dies feriata in honorem Dei, an pro ea die medicus poſsit ſalarium petere? Videtur, quòd ſic, quia conceſſum eſt medico mederi etiam die Dominico, *vt habetur Ioan. 7. capite. & expreſſè per d. Iac. Aluar. in prælud. feud. col. 2.* Obſeruatio enim feſtorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominis ſalutem etiam corporalem, *ſecundùm beatum Thomam, q. 41. artic. fin.* Si ergo opus medendi licitum eſt, cur etiam licita non erit perceptio mercedis, quæ debetur propter operas? ſicut ruricolis, qui feſtis diebus inſtante neceſsitate intendunt agriculturæ, videtur debita
132 merces, *c. licet. de feriys.* In contrarium facit, † quia omnis Chriſti actio noſtra debet eſſe inſtructio. *l. & hoc Tiberius. 41. ff. de hæred. inſtit. c. ſignificaſti. de elect.* Sed Chriſtus medicus gratis curabat Sabbato, ergo idem faciant medici. Ego putarem, quòd medicus non poſsit petere ſalarium pro ea die, quia petendo tacitè aſſerit propter præmium feciſſe die feſto opus ſeruile, quod facere non licet, *vt habetur Leuit. 23.*
133 Opus ſeruile Sabbato ne feceris. † Sic doctor Iuriſta non licitè petit honorarium pro conſilio, quod fecit diebus feſtis, quia ſtudere, & conſulere propter lucrum diebus feſtis, opus eſt ſeruile, *ſecundùm Hoſtienſ. Card. do. Ant. Pan. & alios in c. 1. de feriys. & Aluar. in prælud. feudor.* Sed ſi ſponte ſibi offeratur, licitè recipit, quia multa honeſtè capiuntur, quæ inhoneſtè petuntur. *l. 1. §. proinde. ff. de var. & extraord. cognit.* Et quia, ſi quis principaliter propter bonum finem operetur diebus feſtis, non peccat, etiamſi acceſſoriè, & in conſequentiam conſequatur lucrum, *l. fin. de magiſt. ſecund. Pan.*

in d. c. 1. Sanctificent ergo doctores, & medici feſta Dei cum animi veneratione: ea autem ſanctificabimus, ſi Deo vacabimus. *c. ieiunia. de conſecrat. diſt. 4.* Deo autem vacabimus, ſi ægrotis ſanum remedium, & quærentibus iuſtum
134 conſilium ad gloriam altiſsimi dabimus. † Sed pone, quòd medicus vſus ſit felici diplomate, quia venit ad infirmum in vno die, & ſecundùm diſtantiam debebat morari per dies tres, quia diſtabat milliaribus ſexaginta, *l. 3. ff. de verb. ſignif. c. cupientes. §. quid ſi per viginti. de electio. lib. 6.* an tunc debeat habere ſalarium trium dierum, vel vnius tantùm? Videtur quòd pro vno die tantùm, quia ſalarium tempore commenſuratum fuit, ergo vltra tempus non debetur *l. Seio. 10. ff. de annu. legat. per quem textum dixit Baldus in L. Lucius. 88. §. à te peto ff. de legat. 2.* quòd ſi princeps dedit ſalarium ambaſiatori pro vno menſe, & ipſe reuerſus fuerit in tribus hebdomadibus, quòd tenebitur reſtituere quartam partem. ſequitur *Mart. Laud. in tract. de legat. principum. verſ. 15.* Contrarium, quòd debeat habere ſalarium trium dierum, tenet expreſſè *gl. in l. eos. 27. §. fin. in verbo, commeauit. ff. ad L. Cornel. de falſ. ſequitur Imol. in l. continuus. 138. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Aret. & do. Alex. in d. l. de diuiſione. in princ. Alber. de Roſ. in d. §. à te peto.* vbi diſtinguendo concordat opiniones, Aut ratione laboris fuit conſtitutum ſalarium ad numerum dierum, & tunc, quia medicus itinerando tantùm laborauit vno die, quantùm feciſſet alijs tribus diebus, etiam trium dierum ſalarium conſequi debet. Aut fuit conſtitutum certum pretium ratione expenſarum faciendarum ſingulis diebus per medicum vel ambaſiatorem, & tunc pro vno die tantùm conſequitur ſalarium conuentum, pro qua diſtinctione allegat *text. in l. antep. §. cum inter. ff. mandati.* Aut fuit conſtitutum ſalarium ad ratam menſis vnius, & tunc ſi infirmus citiùs liberatur, non habebit ſalarium, niſi ad ratam temporis, & ita procedant *not. in*
135 *d. §. à te peto.* Vlterius dubitatur, † quid ſi medicus in itinere infirmetur, an debeat habere ſalarium pro tanto tempore, quo domum reuerti poſsit? *Bart. Alb. Ang. & Com-*

MVNI-

MVNITER. *Doct. in l. ſi cui. §. tamdiu. per illum text.* determinant, quòd ſic. ad idem facit *text. in l. fin. §. pen. ff. ad L. Rhodiam de iactu.* nam ſeruire dicitur medicus etiam eo tempore, quo ſteterit infirmus. *l. cum hæres. 4. §. Stichus. ff. de*
136 *ſtatuliber. & ibi Alb.* † Quid autem, ſi equus conductus à medico ſibi deroboretur in itinere, an ſibi ad precium competat actio contra infirmum? *Fel. in c. 1. de libel. oblat.* reſpondet, quòd non, allegat *Bald. in l. nihil. ff. de rei vendic.*
137 quem non reperi iſtud dicere. Sed quid † ſi medicus recepit ſalarium pro curanda podagra alicuius, qui paulò pòſt fuit occiſus, an teneatur reſtituere ſalarium? Breuiter caſus eſt deciſus, quòd non, *in l. pen. C. de condict. ob cauſ. dat.* de quo dic, vt ibi per Doct. & per Bart. & alios. *in l. ſi vno anno. in nou. edit. eſt L. ex conducto. 15. §. item cùm quidam. ff. Locati.*
138 Inſuper † quæro, medicus cum infirmo conuenit de certa mercede ſibi præſtanda poſt liberationem, vel conuenit cum repub. curare infirmos tempore peſtis, liberatur infirmus, ſed illicò recidiuat, vel ceſſat peſtis per aliquot dies, ſed breui reuertitur, dubitatur an medicus pro eodemmet ſalario teneatur iterum curare? Videtur, quòd non, quia obligatio ſecuta liberatione fuit extincta, ergo amplius non potuit reuiuiſcere. *l. qui res ſuas. 98. §. aream promiſi. ff. de ſolut. & liberat.* In contrarium facit, quia non dicitur infirmitas diſceſſiſſe, quæ citò redijt. *l. diuortium. 3. ff. de diuort. re-*
139 *giſt. de pœnit. diſtin. 1. c. diuortium.* † Iſtam quæſtionem format *Spec. in tit. de ſalarijs. §. fin.* & determinat, quòd ſi in continenti recidiuauit, vel reuerſa eſt peſtis, iterum pro eodem ſalario teneatur curam ſuſcipere, quia non dicitur libera-
140 tus, qui in continenti recidiuat. † Et ſic vult *Spec.* quòd recidiuans in continenti, præſumatur ex cauſa & radice præcedentis infirmitatis recidiuaſſe, quod etiam voluit *Bart. in l. Marcius. 59. per illum text. ff. loc.* Et *ibi* etiam *gl.* quæ vult, quòd ſi podagra, à qua medicus promiſerat patientem liberare, breui reuertatur, competit infirmo actio ex conducto, quia medicus non extinxit anguſtias infirmitatis, ſed eas ceſſare fecit tantùm. *argum. l. qui tertiana, aut quar-*

tana febre. 53. ff. de adil. ediƈt. Et dicit *ibi Paul. de Caſtr.* quòd podagra breui reuerſa præſumitur proceſsiſſe ex primis humoribus: ſin ex interuallo, præſumitur ex nouis, & mala cuſtodia proueniſſe. Idem decidit *Io. Andr. in reg. contraƈtus. de regul. iur. Idem tenet Ioan. de Imo. & Alex. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. 14. ff. de verb. oblig.* Idem concludit *Felin. in d. c. tua nos. de homicid. & fuit de mente gl. adhuc inſtant perfidi. in verb. centies. de pœnit. diſtinƈt. 3.* Pro qua diſtinctione benè facit quod decidit *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de empt. &*
141 *vend. §. ſciendum. ver. de illo.* vbi decidit, † quòd ſi equus intra triduum moriatur, præſumitur quòd tempore venditionis vel locationis morboſus eſſet, ſecùs ſi ex interuallo longo, *ſequuntur Imol. Alex. & COMMVNITER ſcrib. in l. ſi quis cum aliter. 36. ff. de verb. oblig. de quo per Bald. in l. 2. in 2. q. C.*
142 *de reſcind. vend.* † Similiter ſi vulneratus intra modicum tempus moriatur, præſumitur mortuus ex vulnere, ſecùs ſi decedat longo interuallo pòſt, *ſecundùm gl. in vnica. C. de emend. ſeru.* quam dixit ſingularem *D. Iaſ. in l. leƈta. 40. col. 14. ff. ſi cert. pet.* Sed eſt *gl. conſocia in c. 2. per illum text. de clerico percuſſore, & ibi Tan.* dicit iſtud vltimum eſſe verum, ſi is, qui ex interuallo occubuit, viſus fuerit aliquando à vulnere conualuiſſe, ſecùs, ſi ſemper vulneratus in deterius proceſſit, & tandem mortuus eſt. De quo ſtandum eſt iudicio medicorum, *ſecundùm Bart. in l. fin. Ad L. Corn. ff. de ſica. Alex. conſil. 148. excellentiſſime domine. lib. 2. Anch. conſil. 489. in caſu præmiſſo. Cep. conſil. 22. & conſil. 92. per totum. & conſil. 31. col. 5. & plenius per Fel. in c. presbyterum. de homic. vbi poſt Sal. in d. l. 1. optimè diſtinguit.* Prædicta vera ſunt, niſi conſtaret, quòd culpa ipſius ægroti recidiuaſſet, *per text. in d. l. Martius.* vbi promiſſor non tenetur reædificare opus, quod conſtat terræ motu, & non vitio operis deſtructum fuiſſe. Idem
143 dicunt † de equo mortuo in continenti poſt emptionem, vt non teneatur venditor, ſi conſtet mortuum, quia comedit herbas venenoſas, vel quia nimia itineratione oppreſſus fuit, *ſecundùm Alex. in d. l. ſi quis cum aliter.* Et ideò ſi infirmus iam liberatus indulſerit appetitui, nimiùm comedendo vel

do vel bibendo, non teneretur medicus mederi, niſi ſibi
144 nouum conſtituatur ſalarium. Quia ex crapula † ſolent omnia morborum genera prouenire; & ex ea præſumitur liberatum recidiuaſſe. *c. ne tales accipiamus cibos. de conſecrat. diſtinct. 5. vbi Hieronymus allegat Hippocratem in aphoriſmis, & Galenum Hippocratis interpretem doctiſſimum*, qui dicit, athletas, quorum vita, & ars ſagina eſt, non poſſe diu viuere, nec ſanos eſſe, niſi gulæ impatientia remedium afferant, & quod turpiter ingeſſerunt, turpius eijciant. Et dicitur *eccleſiaſtic. 37. in fin.* propter crapulam plurimos mortem cum vita commutaſſe, abſtinentes autem elongaſſe vitam. & *ſecundùm Hieronym. ad Ruſticum*, multæ ex deliciarum epulis
145 moleſtiæ generantur. † Idem fortè dicendum eſſet, ſi infirmus poſt recuperatam ſanitatem illicò ad vomitum reuerſus eſſet, puta ad vſuras, concubinatum, vel blaſphemias. Nam præſumendum eſſet, quòd propter eius ſcelera recidiuauerit, non culpa medici. *argum. c. quæris. de conſec. diſtinct. 3. & eorum quæ dixi ſuprà in 3. ſpeciali 2. par. princ. verſ. aduerte tamen.* Sed dubitatur, quando dicatur in continenti infirmitatem redijſſe, vel ex interuallo? Breuiter, non poteſt dari certa doctrina, ergo arbitrio iudicis relinquendum. *l. 1. ff. de iur. deliber. l. ſi ita quis. 135. §. Seia cauit Lucio. ff. de verb. oblig. c. de cauſis. de offic. deleg.* vbi multa ad hoc reduxi, & ita in propoſito noſtro dixit *Pan. in c. 2. de clerico percuſſore.* Et dicit *do. Alex. in d. l. ſi ita ſtipulatus eſſem à te. in fin.* quòd iudex ſe à peritis informabit. Peſtis autem, ſi intra quadraginta dies reſurgat, præſumitur ex cauſa veteri renouata, ita vul-
146 go circumfertur, & ab † experientia edocti ſumus. Sed quia chirurgi, & medici deputati tempore peſtis ad curandos ægros, certi de ſalario deſides ſunt, & niſi noua ſalaria offerantur, infirmi deſeruntur, & hac de cauſa differtur conta-
147 gio, & plures moriuntur, qui ſanarentur, vtilius eſſe † puto conſtituere ſalarium medicis pro numero eorum, qui curantur ab eis, & dare maius ſalarium pro eo qui liberatur, quàm pro eo qui moritur, puta pro quolibet liberato aureum, pro quolibet mortuo florenum. Sic, vt intelligo, fe-

cerunt Auraiſenſes, & benè ſibi profuit, quia citò euaſerunt hanc calamitatem, & peſtiferatorum amplus numerus euaſit. Inſatiabilis enim cupido auri vrget medicos ad liberandum, quantum in eis eſt, cùm videant maius præmium ſibi præparatum pro liberatione quàm pro morte. *l. 1. C.*
148 *quib. ex cauſ. ſerui pro præmio libert. accip.* Ad omnia † enim miſeros mortales cogit *auri ſacra fames. L. ſi quemquam. 30. C. de epiſcop. & cleric.* & reſpubl. ſi ſibi videbitur, poterit ſoluta repetere ab his ſaltem, qui liberati ſunt, actione negociorum geſtorum. *L. Pomponius 9. ff. de negocijs geſtis.*

De remedijs ad curandam peſtem.
Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1. *Remedium optimum, & efficaciſſimum contra peſtem.*
2. *Aqua viua proficiens tempore peſtis.*
3. *Charitas quid ſit.*
4. *Aqua viua proficiens tempore peſtis, vbinam locorum inueniri debeat.*
5. *Aquam viuam bibere quid ſit, & quid deguſtare. n. 6.*
7. *Lachrymarum virtus quanta ſit.*
8. *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
9. *Lachrymarum plura genera. & nu. ſeq.*
10. *Lachryma vnius, an, & quando valeant ad ſalutem alterius.*
11. *Lachrymæ pœnitentiæ quæ dicantur.*
12. *Lachrymari non valenti, an ſuperſit locus ad pœnitentiam.*
13. *Lachrymæ quot ſint neceſſariæ, ad benè diluenda peccata. & n. 14.*
15. *Pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat, eſt inanis.*
16. *Peſtis, apoſtema, ſeu bozula, qua arte veniat curanda, & quomodo ſpiritualiter hæc intelligi debeant. nu. 18.*
17. *Conuerſio vnde dicatur.*
19. *Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti frequens memoria omnia quantumlibet dura, & aſpera æquo animo tolerare facit.*
20. *Oleum ſalutis, & virtutis herba ad peſtem ſanandam neceſſaria quænam ſint, & num. 148. & 149. Et apud quem medicum quæri debeant. nu. 21.*

Et

Et quomodo vniri & miſceri debeant vt incorporentur. n. 150.

22. *Sacerdos vnde ſic dicatur. Et ibi, quare confeßio ſacramentalis fuerit inuenta.*

23. *Peccator dum peccat, tres perſonas offendit.*

24. *Confeßio eſt ad animæ ſalutem neceſſaria, & eſt de iure poſitiuo.*

25. *Officia quæ ſint ſacerdotum.*

26. *Sacerdotum autboritas ex ipſorum numero vileſcit.*

27. *Confeßio eſt ſacramentum vnum de quinque neceſſarijs ad animæ ſalutem.*

28. *Papa dicitur epiſcoporum caput. Et Papa, & epiſcopi ſacramentalia, quæ ſunt honoris, ſibi retinuerunt. Sacerdotibus autem ea, quæ ſunt oneris, communia eſſe voluerunt.*

29. *Prælati eccleſiæ pauperum bona deuorant, ſic ſacerdotes pauperrimi populi peccata comedunt. & nu. 135.*

30. *Prælati plenam prælaturæ poſſeßionem fuiſſe adeptos, ſeq́ prælatos eſſe minimè credunt, niſi latum ventrem populo, inflatasq́ genas oſtentent.*

31. *Sacerdos quilibet quando poßit pœnitentem abſoluere.*

32. *Sacerdos proprius quis dicatur.*

33. *Papa eſt omnium prælatorum, & ſacerdotum diœceſanus.*

34. *Minores, & prædicatores habent ex priuilegio poteſtatem confeſſiones audiendi, & abſoluendi. Et an & quando cuilibet pœnitenti licet abſq́ proprij ſacerdotis licentia recurrere ad ipſos fratres prædicatores, & minores. nu. 35.*

36. *Confeſſorem eligendi poteſtatem habentes, an debeant id ſuo ordinario denunciare, & ab eo confirmationem obtinere. Et an poßint eligere ſacerdotem curam animarum non habentem. nu. 42.*

37. *Conſuetudo, quòd quis poßit eligere confeſſorem, an valeat.*

38. *Confeßiones audiendi & abſoluendi priuilegium habentes, an & quando habeant poteſtatem abſoluendi in caſibus ſuperiori reſeruatis. & nu. 40.*

39. *Caſus epiſcopo reſeruati qui ſint.*

41. *Pœnitentiarij Papæ, an, & quando poßint abſoluere pœnitentem in caſibus reſeruatis.*

43. *Confeſſus ſemel in anno proprio ſacerdoti, an poßit deinceps ſine eius licentia alieno ſacerdoti confiteri.*

44. *Laicus in foro pœnitentiali non poteſt ſui iudicis iuriſdictionem ſine eius licentia prorogare.*

45. Con-

45. *Confeſſus puro laico, quem credebat eſſe ſacerdotem, an in foro animæ cenſeatur eſſe confeſſus, & abſolutus. Et an habita notitia erroris teneatur confeßionem reiterare. nu. 46.*

47. *Confiteri an teneatur quis ſacerdoti, in cuius parochia deliquit, an ſacerdoti in parochia cuius habitat. & nu. 48.*

49. *Confeßiones parochianorum ſuorum audire & eos abſoluere, an & quando poßit proprius ſacerdos extra ſuam parochiam, & num. 53. Et an, & quando idem poßit facere eius vicarius. num. 50.*

51. *Vicarius epiſcopi an poßit extra ſuam diœceſin beneficia conferre.*

52. *Notarius regius an poßit extra regnum inſtrumenta conficere.*

54. *Confeſſorem cuius vita, & quorum morum eſſe oporteat.*

55. *Confiteri an quis debeat ſacerdoti, quem ſcit eſſe virum facinoroſum, & malæ vitæ. & nu. 56.*

57. *Confeſſor exiſtens in peccato mortali, niſi ipſum pœniteat, an mortaliter peccat pœnitentem abſoluendo. & nu. 58.*

Sacerdotem ſuum, quem quis ſcit eſſe in peccato mortali, ad ſacramenta miniſtranda inducens mortaliter peccat.

59. *Confitens ſocio criminis, vt citius abſoluatur, an veniat dicendus plenè abſolutus.*

60. *Miſſam audire an debeat quis à ſacerdote, quem ſcit eſſe in peccato mortali.*

61. *Confeßio ad hoc, vt verè & idoneè confeßio dici poßit, quot, & quas qualitates habere debeat. Et vt confeßio ſit ſimplex, quæ ſint neceſſaria. nu. 62. & ſeq. vſq; ad nu. 70. incluſiuè.*

62. *Confeßio debet eſſe clara & non ambigua, id eſt, ſine inuolucro, & plica verborum. & nu. ſeq.*

63. *Hypocrita quis dicatur.*

64. *Vt teſtis depoſitio ſi ſit obſcura non releuat producentem, nec probat: ita nec iuuat dubia confeßio. nu. 65.*

66. *Teſtis ambiguè deponens non probat.*

67. *Confitens non debet moroſè & cum difficultate loqui.*

68. *Teſtis moroſè, & cum difficultate reſpondens, habetur ſuſpectus de falſo.*

71. *Confeßio vt ſit humilis, quæ requirantur. nu. 72. & ſeq.*

73. *Confeßio an, & quando fieri debeat genu flexo, & capite diſcooperto.*

74. *Confeßio pura dicitur, quæ fit ſine dolo.*

75. *Confeßio fidelis dicitur, vbi pœnitens in Dei miſericordia confidit.*

76. Con-

76. Confeſſio frequens quæ dicatur.
77. Confeſſio quibus caſibus ſit reiteranda.
78. Confeſſio diſcreta quæ dicatur. Et ibi, qui teneantur confiteri. & nu. 80.
79. Confitens ſe, & non alios etiam criminis ſocios, accuſare debet.
81. Confeſſio libens quæ ſit.
82. Voluntas licèt coacta, voluntas dicitur.
83. Meriti, & demeriti par ratio non eſt.
84. Voluntas non dicitur niſi ad bonum, aliàs, hoc eſt, ſi ad malum declinet, concupiſcentia dicitur.
85. Verecundia in confeſſione ſignum eſt contritionis, & pœnitentiæ.
86. Verecundia in adoleſcente optimam ſpem pollicetur.
87. Verecundia magna delicti pœna eſt.
88. Confiteri an poſſit quis per perſonam interpoſitam, vel per ſcripturam.
89. Mutus qualiter confiteri debet.
90. Confiteri an poſſit per interpretem, is qui idiomatis eſt ignarus.
91. Confeſſio integra quomodo definiatur. & nu. 95.
92. Confitenda an, & quando ſint venialia peccata. Et ſuffragio vel medio quarum rerum deleantur peccata venialia, nu. 93.
94. Venialium peccatorum genera quot ſint.
96. Confiteri quis an debeat peccata confeſſori nota.
97. Confitens, qui in confeſſione ſubticuit vnum delictum, an, & quando teneatur denuò confeſſionem iterare.
98. Confitens palàm peccata ſua, niſi cauſa ſubſit, fatuus reputatur.
99. Confeſſor an, & quando poſſit pœnitentis confeſſionem reuelare. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 115. Et ibidem, quibus pœnis ſit plectendus confeſſionem reuelans abſq; cauſa legitima. Et quid de confeſſore laico, an poſſit impunè confeſſionem ſibi factam reuelare. & nu. 117. & 118.
100. Confeſſor nihil ſcit de confeſſione ſibi facta, vt homo. Et ideò productus in teſtem, vt confeſſionem reuelet, licet adſtringatur iuramento, nihilominus dicere poteſt ſe nihil ſcire. & nu. 101. & 102.
103. Confeſſor, quoad actum confitendi, eſt maioris dignitatis, quàm Papa, & ibi ratio.
104. Teſtimonium Sacerdotis reuelantis peccatum, quod quis in pœnitentia confeſſus eſt, fidem non facit.
105. Confeſſionem caſu audiens, vel ſcienter poſt parietem auſcultans, ſi cen-

ſi contra confitentem deponat, an valeat eius depoſitio.

106. *Sacerdos tanquam perſona publica poteſt pro abſente reſtitutionem vſurarum ſtipulari. Hoc tamen intelligendum videtur procedere, vbi ſacerdos extra pœnitentiam ſtipulatur, vel quando aliquis in pœnitentia confitetur peccatum notorium, & promittit ſacerdoti pro abſente ſtipulanti illi ſatiſfacere.*

107. *Confeſſori teſtificanti de his quæ ſibi dicta fuerunt in confeſſione ſeu pœnitentia, licèt latè loquendo non ſit fides adhibenda, fallit tamen in caſu notorio, & in caſu matrimoniali: item ſi pœnitentis, qui delictum confeſſus fuit, conſenſus accedat: nu. 108. & alijs caſibus 113. & ſeqq.*

109. *Sacerdoti aſſerenti ſe licentiam habuiſſe à confitente, peccatum quod confeſſus fuit reuelandi, an credendum ſit, ſi id poſtea à confitente negetur. & nu. 110.*

111. *Sacerdoti neganti ſe audiuiſſe relata in confeſſione, an, & quando credendum ſit.*

112. *Sacerdoti dicenti ſe audiuiſſe extra confeſſionem, quare potius credatur, quàm dicenti ſe audiuiſſe in confeſſione.*

118. *Laicus, cui ſub confeſſionis ſigillo amicus propalauit penes ſe habere nonnulla bona ad ſe ſpectantia vigore cuiuſdam apochæ manu eius cuius bona erant ſcriptæ, an debeat huiuſmodi confeſſionem & depoſitum reuelare, ſtante generali monitorio publicato ad inſtantiam venientium ab inteſtato ſuper huiuſmodi detentatione, & contra ſcientes. & nu. 119. & 121.*

119. *Veritatem tacens falſum committere dicitur. & nu. 128.*

120. *Confeßionis, & ſecreti commißi ſigillum in quo differant.*

122. *Monitoria generalia contra detinentes, & de præmißis veram notitiam habentes, de quibus intelligi cenſeantur. & nu. 123. 124. 127. & ſeq.*

125. *Tacens quod probare non poteſt, boni viri officium explet. & num. 126.*

127. *Tacens proditionem quam ſcit contra principem tractatam, quam probare non poteſt, an incidat in pœnam l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſtatis. & nu. 128.*

128. *Confeßio debet eſſe lachrymabilis ex corde.*

129. *Debet eſſe accelerata, & ibi ratio. Qui vult à peſte præſeruari, agat pœnitentiam dum ſanus eſt, ibid.*

130. *Confiteri ſæpè quàm ſit ſalutiferum, licèt de neceßitate quis non aſtringatur ſtatuto, niſi ſemel in anno confiteri.*

131. Con-

131. *Confeßio fortis quæ dicatur. Et quæ accuſans. nu. 132. Et quæ parere parata. nu. 133.*
134. *Sacerdos habet à lege arbitrium iniungendi pœnitentias.*
135. *Peccata populi comedere quid ſit.*
136. *Si Sacerdos iniquè arbitretur, vel ſine cauſa diſpenſet, an confeſſus ſit tutus quoad Deum? Et an poterit ad arbitrium reuocare pœnitentiam per errorem impoſitam, & aliam imponere. nu. 141. & ſeq.*
137. *Sacerdos in pœnitentia imponenda debet eſſe cautus, debetq́ confitentium qualitates diligenter examinare, vt quam veriſimiliter ſuſtinere poßint, pœnitentiam iniungat. & nu. ſeq.*
144. *Sacerdos an poßit cautionem exigere à pœnitente de adimplenda pœnitentia. & nu. ſeq.*
145. *Sacerdos vbi de imponenda pœnitentia agitur, non poteſt vt ſuſpectus à confitente recuſari. Et idem de inquiſitoribus, quando agitur de imponenda pœnitentia pro peccatis. nu. 146.*
151. *Ieiunij virtus quodammodo ineffabilis, & laus.*
152. *Mortem aßiduè meditari eſt ſummè philoſophari.*

SED QVIA VSV VIDEMVS, MEDICOS, ET medicorum ſcientiam huic morbo cedere, & quia in præludijs diximus, hominum ſcelera peſtilentiæ cauſam eſſe, cui cauſæ occurrere non eſt medicorum: idcircò ſtatui vnum certum, verum, probatum, & indubitatum remedium paucis edocere, & inde libellum noſtrum concludere. Recipe ergo Syrupum aquæ viuæ
1 † quem bibas, deinde recipe lachrymarum vnciam vnam, & apoſtema ſiue bozulam laua, quam dilutam gladio ſcinde, & emplaſtrum ex herba ſalutis, & oleo virtutis confectum ſuperimpone, quod non amoueas, niſi te liberum perfectè ſcias. Vt credas firmiter hoc eſſe tutum, & verum remedium rationibus, auctoritatibus, & exemplis iuſtificabo illud, ſingulas remedij partes declarando, vt ſcias in infirmi-
2 tate tibi ipſe conſulere. † DIXI SYRVPVM AQVAE VIVAE, id eſt, charitatis, quæ eſt illa aqua, de qua *dominus ait in Euangelio Iohannis 4*. Si quis biberit aquam, quam ego dabo, non ſitiet in æternum. *c. charitas eſt aqua. de pœnit.*

3 *diſtinct. 2.* Eſt autem † charitas recta voluntas ab omnibus terrenis penitùs aliena. Hæc eſt mors criminum, vita virtutum; virtus pugnantium; palma victorum: anima ſanctarum mentium: cauſa meritorum bonorum, ſine qua nullus ſanatur, nullus viuere poteſt, neq; Deo placere, fructuoſa in pœnitentibus: læta in proficientibus: glorioſa in perſeuerantibus: operoſa in omnibus omninò fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis, viuet, *ſecundùm Proſperum in lib. de vita contemplatiua, tranſumptiuè in c. charitas eſt (vt mihi*
4 *videtur) recta. de pœnitentia. diſtinct. 2.* † Si apud tuum aromarium hanc aquam non inuenias, ad fontem timoris accedas, ibi eam reperies. Metus enim æternæ mortis charitatem introducit, ſicut ſeta filum. *c. ſicut ſeta. ead. diſtinct. de pœnit. Dixi, quem bibas*, quia non ſatis eſſet deguſtare. Bibit
5 † enim hanc aquam, qui in charitate radicem figit. deguſtat,
6 † qui aliquatenus ea communicat, ſed tamen delinquendo ab ea recedit. *c. citius. §. Aliud eſt enim bibere, atq; aliud deguſtare. ead. diſtinct. Dixi lachrymis lauandam bozulam*, quia liberantur à morte, qui fletibus ſe mundant à peccato. *c.*
7 *baptiſantur, de pœn. diſtinct. 3.* & non † ſolùm lachrymæ liberant à morbo contracto, ſed etiam à futuro præſeruant. Quia fleuit Achab in conſpectu meo, non inducam mala in diebus eius, *lib. 3. Reg. cap. 21.* Sed hic dubitare aliquis poſſet, an omnes lachrymæ proſint ad ſanitatem huius morbi?
8 Dieeres quòd ſic, quia † indefinitè locutus ſum, & indefinita æquipollet vniuerſali. *l. ſi pluribus. 44. ff. de leg. 2. c. quia*
9 *circa. de priuil.* Sed aliter ego ſentio. Declaro † ergo meipſum, non loqui de lachrymis crocodili, non de lachrymis improbæ mulieris, quæ inſidias plorando inſtituit, vt inquit Cato, non de lachrymis ingemiſcentis propter indignationem, vel timorem ſupplicij corporalis, de quibus *in l. obſeruandum. 19. ff. de offic. præſid.* non de lachrymis deplorantis amiſſam pecuniam, *iuxta illud Satyrici, Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris.* loquor de lachrymis Petri, non de lachrymis Iudæ: internæ vnius fuerunt pœnitentiæ lachrymæ. *c. Petrus. de pœnit. diſtinct. 1.* alterius animi violenti & indi-

10 indignationis internæ. *c. Iudas. de pœn. diſtinct. 3.* † Sed an
lachrymæ vnius valeant ad ſalutem alterius? Videtur quòd
non, quia inquit Pſal. Lachrymis meis ſtratum meum riga-
bo. Pondera *verbum, meis.* Meum enim non eſt, quod eſt al-
terius. *l. ſi ita. 7. ff. de aur. & argent. legat. not. in c. quo iure. 8.
diſtinct. & in l. 1. ff. quod cum eo, qui.* & iſtud euidentius compro-
batur, quia inutiles ſunt lachrymæ, quæ ex corde dolentis
non procedunt, cùm non ſint lachrymæ pœnitentiæ, quæ
11 † nihil aliud eſt, quàm quædam dolentis vindicta puniens
in ſe quod dolet commiſiſſe. *c. pœnitentia eſt. de pœnit. di-
ſtinct. 3.* In contrarium facit quia lachrymis Moyſis, & eius
precibus placata fuit ira Dei, qui populum Iſraëliticum pe-
ſtilentia & gladio delere ſtatuerat. *c. diſciplina. 45. diſtinct.*
Et orationibus, ac lachrymis Aaron, qui flendo pro populo
ſe cum thuribulo oppoſuit incendio, irã Dei placauit. *Num.
cap. 16. 2. q. 1. c. deniq. Solutio.* Quantum ad ſempiternam ſa-
nitatem, id eſt, quantum ad gloriam Paradiſi, lachrymæ v-
nius non ſatisfaciunt pro altero. ita procedat *text. in d. c.
pœnitentia.* ſed quantum ad tranſitoriam ſanitatem, & ſic
quantum ad liberandam ciuitatem à peſtilentia, gladio, in-
cendio, fame, & ſimilibus, lachrymæ vnius ſancti viri poſ-
ſunt iram domini placare, furorem mitigare, & deniq; ab
eo miſericordiam obtinere. ita procedant *vltimo loco allega-
ta;* dixit enim dominus ſe paratum Sodomæ & Gomorræ
flagellum remittere, ſi decem viri boni reperti fuiſſent. Nam
ſicut vno peccante furor domini ſuper vniuerſum populum
quoque diffunditur, *c. ſed illud. 45. diſtinct.* Nam peccato A-
chan plebs Iſraëlitica in manus hoſtium tradita eſt. *Ioſ. 7.*
Et peccato filiorum Heli Sacerdotis populus in manibus
Philiſtinorum corruit, *1. Reg. c. 4. tranſſumptiuè in c. Eccleſia.
§. item peccato. 1. q. 4.* Sic è conuerſo orationibus, & lachry-
mis vnius ſæpè placatur ira Dei quo ad omnes, ex perſona
vnius, alius ſæpè conſequitur præmium, & honorem, quem
ex ſua perſona conſequi non poſſet, *l. Ariſto. 3. vbi gl. allegat
alia iura. ff. quæ res pign. oblig. traditur per Mod. in l. ſi emanci-
pati. 9. C. de collationib. & per Fel. in c. 1. de præſcr.* Amat enim

Dominus, quòd pro vno multi deficant, quia pro vidua multi plorabant, eius filium reſuſcitauit. *Luc. 7. & c. Fleat*
12 *pro te mater. de pœnit. diſtinct. 1.* Sed quid † ſi aliquis ſit tam duri cordis, & tam exiccati cerebri, vt non valeat lachrymulam quidem emittere, nec inueniat, qui ſibi lachrymas mutuet; an huic ſuperſit vllum remedium? Breuiter reſpondebo. Si damna temporis, ſi amici mors, cordis ſui duritiam aliquando mollificant, & lachrymarum fontem eliciunt, non videtur excuſandus, qui peccati dolorem flendo nequit oſtendere. *c. ſunt plures. de pœnit. diſtinct. 3.* Dices hanc ſententiam nimis eſſe ſeueram. Ego autem iuſtiſsimam credo, ſi rectè intelligatur. nam ſi ex duritie cordis, & voluntatis non poſsit lachrymas effundere, ideò non poteſt, quia non vult. ſi ergo vitam non vult, iuſtum eſt, quòd mortem habeat, & in peccato ſuo moriatur. Sed ſi ex defectu naturæ flere nequeat, ſatis eſt, quòd lachrymis mentis per venas, & per cutim ad bozulam tranſmittat lachrymas, quia cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicit, qui magis cordis gemitum, quàm oculorum riuulos reſpicit. *c. quem pœnitet. de pœn. diſtinct. 1.* DIXI VNCIAM,
13 quia octo † ſaltem lachrymas arbitror neceſſarias, ad benè perfecteque diluendum morbum. octo enim drachmæ vnciam conſtituunt, *vt not. per gl. in l. 2. C. de metallarijs & metallic. lib. 11.* quibus octo drachmis æquipollent octo pœnitentiæ lachrymæ. Nam ad diluendum ſeptem peccata mortalia, ſeptem ſaltem lachrymæ ſunt neceſſariæ. Minor enim numerus non ſufficeret, nec peccatorum numero proportionabilis eſſet. Quid enim prodeſſet peccatum luxuriæ plangere, & adhuc auaritiæ æſtu anhelare? Oportet enim omnium pœnitere. Quod oſtendit Chriſtus, qui ſeptem dæmonia eiecit à muto & ſurdo. *Matth. 12. & Marc. 5.* Parum enim fuiſſet ſex expellere, & vnum dimittere, *c. ſunt plu-*
14 *res. de pœn. diſtinct. 3.* Octaua autem † lachryma, quæ futurorum ſcelerum dolorem, & abſtinentiam deſignat, niſi coniungatur, ſeptem lachrymæ parum iuuabunt, neque à peſte liberabunt, neque vllam offerent ſanitatem. Oportet enim

enim perpetrata delicta plangere, & plangenda non per-
petrare. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit,
quaſi lauat crudum laterem, quem, quantò magis abluit,
tantò magis lutum facit. *c. ille pœnitentiam. de pœn. diſtinct. 3.*
Et Iſidorus de ſummo bono his verbis noſtram ſententiam com-
probat. Irriſor eſt non pœnitens, qui adhuc agit cuius pœ-
nitet, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare
ſuperbus. Canis reuerſus ad ſuum vomitum eſt pœnitens
ad peccatum. Multi enim lachrymas indeſinenter fun-
dunt, & peccare non deſinunt. quoſdam accipere lachry-
mas ad pœnitentiam cerno, & effectum pœnitentiæ non
habere, quia inconſtantia mentis, non peccati recordatio-
ne lachrymas fundunt, nunc verò reuiuiſcente vſu, ea quæ
fleuerunt, iterando committunt. de peccatoribus dicit:
Lauamini, mundi eſtote. Lauatur, & mundus eſt, qui &
præterita plangit, & flenda iterum non admittit. Lauatur,
& non eſt mundus, neque ſanatur, qui plangit quæ geſsit,
nec deſerit, & poſt lachrymas ea quæ fleuerat, repetit. *Et*
15 *ſecundùm Auguſtin. in lib. ſoliloquiorum*: Inanis † eſt pœniten-
tia, quam ſequens culpa coinquinat, vulnus iteratum tar-
dius ſanatur, & nihil proſunt lamenta, ſi replicentur peccata.
Et ſecundùm Gregor. Qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit,
pœnæ grauiori ſe ſubijcit, quia ipſam, quam flendo impe-
trare potuit, veniam contemnit. *c. Irriſor. c. Inanis. c. qui admiſſa*
plangit. De pœnit. diſtinct. 3. DIXI BOZVLAM GLADIO
16 SCINDENDAM, † quia non ſatis eſt morbum lauare
exterius, niſi vniuerſa ſanies, & putredo, quæ intus eſt, in-
cutiatur, propterea *clamat Propheta*: Scindite corda veſtra
non veſtimenta veſtra, oſtendens contritionem cordis, quæ
in eiuſdem ſciſsione intelligitur, & interiori dolore peccata
remitti. Cordis enim laceratio, vera eſt conuerſio, vera
17 pœnitentia. † Nam conuerſio nihil aliud eſt, quàm cordis
18 vndique verſio. Tribus † autem ſciſſuris eſt bozula lace-
randa, quia dolor peccati *ſecundùm Bernhardum*, debet eſſe
triplex, acer, acrior, & acerrimus. Acer, quia Deum o-
mnium creatorem offendimus: acrior, quia patrem no-
ſtrum

ſtrum cœleſtem, qui nos multipliciter paſcit, impugnauimus: acerrimus, quia iterum peccando crucifiximus Rectorem noſtrum, qui nos proprio redemit ſanguine, è peccatorum vinculis liberauit, & qui à crudelitate dæmonum, & ab acerbitate gehennæ potenter eripuit. Et ſi bozula tribus dilaniata vulneribus omnem putredinem non euomuerit, iterum punge, etiamſi oportuerit ſpinis, lanceis & alijs, quibus ipſe Chriſtus pro te punctus fuit in cruce. Cor enim totum contritum, conciſum debet habere peccator præ nimia anguſtia, dolore, ira, indignatione, aduerſus peccata. Nec tibi tot puncturæ, tot vulnera, tot gemitus, tot ſuſpiria moleſta videbuntur, ſi Chriſtum in cruce tot verberibus percuſſum, tot plagis confoſſum, tot vulnerib. laceratum, tot iniurijs affectum, tua & non ſua culpa pendentem aliquantiſper contemplaberis. Nam *ſecundùm*
19 *Gregorium* † nihil eſt tam durum & aſperum, quod æquo animo non toleretur, ſi paſsio domini ad memoriam reuocetur. Gladio itaque, id eſt, propria voluntate ſcindamus, corda noſtra laceremus, & in fruſta partiamur, ſi à peſtifera labe, ſi à crudeli mortis furore, ſi ab horrida fame liberari & præſeruari exoptamus, ſi cor noſtrum omnem ſordem exuerit, & vndique à malo ad Deum conuerſum fuerit, Deus ipſe ad miſericordiam conuerſus, nobis peccatorum noſtrorum præſtabit indulgentiam, quorum primò præparabat vindictam. Ad hanc ſciſſuram & contritionem nos *per Prophetam* inuitat dominus dicens, Conuertimini ad me in toto corde veſtro, & ego conuertar ad vos libenter. *Inquit Ambroſius lib. de Paradiſo*, Dominus ignoſcit, promptè indulget, & magis miſericordiam amat quàm ſacrificium. *Dixi emplaſtrum ſuperimponendum*, ſed quia æger infirmitatis dolore vexatus, ſibi ipſi non poteſt opportunè me-
20 deri, & quia ſæpè ægrotans † oleum virtutis, & herbam ſalutis, vel ex ignorantia, vel ægritudinis impedimento non
21 dignoſcit. *c. nullus expectet. de pœn. diſtinct. 7.* Quærendus † eſt ergo medicus, qui emplaſtrum conficiat, & oleum virtutis,
22 & herbam ſalutis edoceat. Is autem † erit ſacerdos, qui ideò

ſacer-

ſacerdos dicitur, quia ſacras virtutes docet. *l. 1. verb. ſacerdotes. ff. de iuſt. & iure.* Saluator enim nobis pollicitus eſt medicinam aduerſus peſtem, medicorum ſucrum, id eſt, ſacerdotum miniſterio. *c. fin. de pœn. diſtinct. 1.* & propterea dixit leproſis, Ite oſtendite vos ſacerdotibus, *Luc. 17.* Non enim ſufficit ſola contritio, niſi ſubſequatur oris confeſsio, *c. fin. & c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnitent. & remiſſion.* Quod
23 etiam † ratione probatur. nam peccator peccando, tres perſonas offendit, Deum, Eccleſiam, & proximum. niſi ergo omnibus tribus ſatisfecerit, venia dignus non erit. *l. licitatio. in nou. edit. locatio. 9. §. quod licitè. ff. de Publican.* Satisfit autem Deo per contritionem, Eccleſiæ per confeſsionem, proximo per reſtitutionem. *c. perfecta pœnitentia. de pœn. diſtinct. 3.* Item qui vult ingredi vitam, debet ſeruare mandata. Ab Eccleſia autem mandatur, vt ſemel ſtatim in anno quiſq; confiteatur. *d. c. omnis vtriuſq;.* ergò qui non confitetur, mortaliter peccat, quia Eccleſiæ præceptum contemnit. *c. 2. de maior. & obed.* Et hac de cauſa *gl. in ſumma de pœnit. diſtinct. 1. & Hoſtienſ. in ſumm. de pœnit. & remiſ. §. quibus. ver. illud autem.* tenuerunt, ſola cordis contritione Deo ſatisfieri, qui verè contritis per gratiam peccata dimittit. *Dixit enim Cananaæ, & Magdalena, fides tua te ſaluam fecit, vade & amplius noli peccare.* Nec iſtis, & alijs pluribus, quibus peccata dimiſit, dixit, Oſtendite vos ſacerdotibus. Sed quia contritus contemnens præcepta Eccleſiæ non confitendo, cùm poſsit, mortaliter peccat, contritio præcedens ad ſalutem non prodeſt. Nam qui mandata Eccleſiæ con-
24 temnit, veram contritionem non habere conuincitur. † Eſt ergo neceſſaria confeſsio, quia eſt in præcepto. Et ſic iſti volunt, quòd confeſsio ſit de iure poſitiuo. quod expreſſè confirmant *gl. & Aret. in ſumm. de pœnit. diſtinct. 5. & Pan. in d. c. omnis.* vbi tenent, quòd Græci, qui ſolo Deo confitentur in ſecreto, non peccant, quia conſtitutio *c. omnis vtriuſq; ſexus.* non fuit ab Eccleſia orientali recepta, ſicut nec lex ſacerdotibus prohibens matrimonium. Hæc tamen opinio à pluribus Theologis damnatur, tenentibus confeſ-

ſionem eſſe de iure diuino, de quo *per S. Thomam in 4. ſentent. diſtinct. 17. art. 1. & art. 2. circa medium. & diſtinct. 21. q. 3. art. 1. & diſtinct. 22. q. 2. art. 3. ad fin.* quod non diſcutio, quia ſiue præceptum Dei, ſiue eius vicarij, omninò nos occidentales ligat. Vera ergo eſt noſtra propoſitio, peſtiferatum oportere implorare auxilium medici, id eſt, ſacerdotis, qui emplaſtrum conficiat, & morbo ſuperimponat. Quod certè non poterit ſuperimponere, niſi morbus ſibi fiat manifeſtus. Nam qui operam medicantis expectat, oportet, quòd
25 vulnus detegat, *vt ait S. Seuer.* ſed quia ſacerdotum alij † ſacra docent, alij ſacra miniſtrant, *d. l. 1. verb. Sacerdotes.* Et
26 † quia ſacerdotum numerus in tantum creuit, vt ſacerdotum authoritas vileſcat in turba. *c. 1. de priuil. c. legitimus. 39. diſtinct.* vt ſciant ignari, ad quem debeant ſacerdotem recurrere, opportunum erit, Si ego, cui, licèt immerito, data fuit authoritas ſacra docendi, paucis admoneam ægrotantes peſtilentiali morbo laborantes, quem, & qualem medicum ſibi debeant eligere, qualiter illi vulnera ſint detegenda. Deinde *inſtruam imperitos ſacerdotes, quos libentius deponerem, ſi poteſtas daretur*, qualiter debeant huiuſmodi emplaſtrum conficere, qualiter debeant iſtud morbo ſuperimponere.
27 Circa primum, † quia de confeſsione tractamus, quæ eſt ſacramentum Eccleſiæ, & eſt vnum de quinque neceſſarijs, *ſecundùm gl. & ſcribentes in c. veniens. de tranſact.* recurrendum eſt ad ſacerdotem, qui habeat authoritatem miniſtrandi huiuſmodi ſacramenta, poteſtatem dimittendi peccata. Hanc autem facultatem tradidit Chriſtus omnibus Apoſtolis, dum dixit: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, eis erunt remiſſa, *Ioan. 20.* Et ſic data fuit omnibus epiſcopis repræſentantibus Apoſtolos. *c. videntes.*
28 *12. q. 1.* † Sed Papa caput epiſcoporum, & ipſi epiſcopi ſacramentalia, quæ ſunt honoris, ſibi retinuerunt, quæ verò ſunt oneris, ſacerdotibus communia eſſe voluerunt, & vtinam communicaſſent, non abdicaſſent. Nam qui communicat, partem retinet. *l. fin. §. Lucius. ff. de leg. 2.* Sed hodiè Pontifices temporalibus adeò inhærent, vt de ſpiritualibus ſibi

29 ſibi nulla cura ſuperſit. † Religioſi ergo mendicantes,pau-
perrimi ſacerdotes ſoli ſunt, qui confeſsiones audiunt, &
30 ſoli ſunt,qui peccata populi comedunt. Prælati † autem bo-
,, na pauperum deuorant, & niſi latum ventrem, inflatasque
,, genas oſtentent, ſe prælatos eſſe, & plenam prælaturæ pro-
,, feſsionem adeptos fuiſſe non credunt. Sit concluſio, quòd
ſacerdotes habent poteſtatem confeſsiones audiendi, &
peccata dimittendi. Circa quam concluſionem de pluribus
31 contingit dubitari. Et primò, an † quilibet ſacerdos poſsit
pœnitentem abſoluere? Breuiter, licèt quilibet ſacerdos in
ſua ordinatione, & inſtitutione recipiat hanc poteſtatem:
tamen hæc poteſtas ligata remanet authoritate legis, vt
eam ad actum non poſsit deducere, niſi à lege, vel à Papa,
aut ab his, ad quos ſpectat, data fuerit licentia. Quæro er-
go, quibus à lege detur hæc facultas? Datur proprio ſacer-
32 doti, *d. c. omnis vtriuſq; ſexus.* Sed † quis dicitur propriè ſa-
cerdos? Reſpondeo,presbyter parochialis, item epiſcopus,
cui tota diœceſis parochia eſt. *c. licet. & ibi not. Pan. de ferijs*
c. regenda. 10. q. 1. Item archipresbyter Eccleſiæ cathedra-
lis, qui in hoc eſt vicarius epiſcopi. *c. ad hæc. de off. archiepiſc.*
Item eadem ratione vicarius generalis ipſius epiſcopi.
Item legatus in tota prouincia, & Papa in vniuerſo. Omni-
33 um enim † diœceſanus eſt Papa. *c. authoritate. de priuileg. lib. 6.*
Item pœnitentiarij Papæ, *Clem. ne Romani. §. eo autem proui-*
ſo. de elect. & de iſtis eſt gl. magiſtralis in c. 2. de pœnit. & remiſs.
34 *lib. 6.* Data etiam eſt † ex priuilegio hæc poteſtas fratribus
minoribus, & prædicatoribus. *Clem. dudum. de ſepult.* Sed
35 hic † dubitare quis poſſet, an ad minores, & prædicatores
poſsit quilibet recurrere abſque licentia proprij ſacerdotis?
Iſtam dubitationem mouet *Felin. in c. 1. col. 6. de reſcript.* &
reſpondet, ſe vidiſſe conſilium *do. Andr. Bentij aduocati con-*
ſiſtorialis, concludentis, neceſſariam eſſe licentiam proprij ſa-
cerdotis. Nec obſtat *text. in d. clem. dudum. in verb. labore.*
quia illud priuilegium, quòd poſsint liberè confeſsiones
audire, intelligitur reſpectu ipſorum, qui aliàs non potuiſ-
ſent virtute ſui priuilegij confeſsiones audire, niſi obtenta

licentia à ſacerdote parochiali, *ſecundùm gl. in Clem. 1. de priuil. mon.* propter verbum, *liberè*, poterunt, ſed ipſi parochiani non ſunt in aliquo priuilegiati, ergo tenentur licentiam
36 petere. Ex hoc † dicit ſe conſuluiſſe, quòd habentes priuilegium liberè eligendi confeſſorem, tenentur, poſtquam elegerint, denunciare ordinario loci, & ab eo confirmationem obtinere. Non obſtat verbum *liberè*, quia intelligitur reſpectu electionis, non reſpectu confirmationis, quod diligenter notabis, quia plures ſunt, qui contrarium obſeruant. Quantum tamen ad priuilegium conceſſum minoribus, & prædicatoribus, hodiè declaratum fuit, quòd ipſi parochiani nō teneantur petere licentiam à proprio ſacerdote, *vt in conſtitutione Eugenij quarti, quæ incipit, Gregis nobis credit, confirmata per Nicolaum V. in conſtitutione quæ incipit, Prouiſionis noſtræ.*
37 Poſſet etiam in dubium reuocari, an † valeat conſuetudo, quòd quilibet poſsit eligere ſibi confeſſorem abſque licentia proprij ſacerdotis. Et dicendum eſt, quòd non, vt eſt
38 caſus *in c. 2. de pœnit. & remiſſ. lib. 6.* Inſuper dubitatur † an habentes priuilegium confitendi & abſoluendi, poſsint confitentem abſoluere generaliter à quibuſcunque peccatis? Ratio dubitandi patet de ſe. deciditur tamen, quòd non poſſent abſoluere in caſibus epiſcopo & Papæ reſeruatis. *d. c. 2. & d. cle. dudum. §. per huiuſmodi.* Ratio decidendi fuit, quia in generali conceſsione non veniunt ea, quæ concedens in ſpecie veriſimiliter non eſſet conceſſurus, *c. in generali. de reg. iur.* Generalis enim diſpoſitio nunquam includit principi reſeruata. *c. quod tranſlationem. de off. leg.* niſi in caſu tradito *per Fel. in c. quæ in Eccleſiarum. col. 10. & ſeq.*
39 *de conſtit.* Sed † fortè quæris ſcire, qui ſunt caſus epiſcopo reſeruati. Ego non poſſum dare certam doctrinam, quia dependet ab eorum voluntate, & ex eorum ſtatutis. Aliqui tamen reperiuntur expreſsi iure, quos refert *Hoſtienſ. in ſumm. de pœnit. & remiſſ. §. cui confitendum. ver. Nec in hoc. & his verſibus denotantur:*

Qui facit inceſtum, deflorans, aut homicida,

Sacri-

Sacrilegus, nec non percuſſor, & ſodomita,
Tranſgreſſor voti, periurus, ſortilegusq́;
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppreſſor, blaſphemus, hæreticus, omnis adulter,
Ipſum pontificem ſuper his detentus adibit.

Caſus autem Papales referuntur *per Spec. tit. de legato. §. nunc*
40 *oſtendendum.* In articulo tamen † mortis poſſunt fratres minores, & cæteri habentes authoritatem confitendi, quemcunque abſoluere etiam in caſibus reſeruatis, *vt in extrauag.*
41 *inter cunctas ſolicitudines. de priuileg.* Sed hîc quæro an † pœnitentiarij Papæ poſsint etiam in caſibus reſeruatis abſoluere pœnitentem. Pro reſolutione ſciendum eſt, quòd pœnitentiariorum quidam ſunt maiores, & iſti poſſunt abſoluere in caſibus reſeruatis etiam Papæ, quidam ſunt minores, & iſti poſſunt abſoluere ſolùm in caſibus reſeruatis epiſcopo, *ſecundùm Card. in clem. ne Romani. §. eo autem ipſo. de elect.* & iſti licèt poſsint abſoluere à cenſuris latis per modum ſtatuti, non tamen poſſunt abſoluere à cenſuris latis in vim
42 ſententiæ, *ſecundùm Card. in d. §. eo autem.* Sed pone, † parochianus habet priuilegium eligendi confeſſorem, an poſſit eligere vnum fratrem minorem, an verò teneatur eligere alium ſacerdotem, habentem curam animarum? *Gl. in clem. 1. in verb. ſpeciali. de priuil.* reſpondet, parochianum debere elegere ſacerdotem habentem curam animarum. Sed contrarium tenet *Hoſtienſ. tit. de pœnit. & remiſſ. §. cui confitendum. ver. tu tamen. & Pan. in d. clem. 1. Arch. in c. 1. 16. q. 1. & Iaſ. in l. ſi per errorem. 15. col. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* Quid ſi
43 quis † fuerit confeſſus ſemel in anno proprio ſacerdoti, an deinceps poſsit ſine licentia confiteri alieno ſacerdoti? *Pan. in c. quod autem. de pœnit. & remiſſ.* reſpondet, quòd non, quia
44 in foro † pœnitentiali laicus non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis non ſui, ſine licentia ſuperioris, *d. c. quòd autem.* ſicut nec clericus in foro iudiciali. *c. ſignificaſti. de for.*
45 *compet.* Sed pone, † quòd aliquis confiteatur ignoranter ei, qui communi æſtimatione reputatur ſacerdos, & tamen

non erat, an valebunt confeſsio & abſolutio? *Gl. Innoc. & COMMVNITER Canoniſt. in c. dudùm. 2. de elect.* tenent, quòd ſi habebatur pro ſacerdote, & tolerabatur in quaſi poſſeſſione ſacerdotij à ſuperiore, tunc valeant abſolutio & confeſsio, ne anima decepta remaneat. *c. nonne. 8. q. 4. ſequitur d. Iaſ. in l. Barbarius. 3. col. 13. de offic. prætor. & dicit Pan.* quòd propter fidem ſacramenti errantes ſaluantur. Sed quid ſi
46 † ante obitum defectus poteſtatis perueniat ad notitiam confeſsi, an debebit confeſsionem iterare? *Io. Andr.* tenet, quòd ſic, *ſed Pan.* diſtinguit. aut confeſſus fuit ei, qui nullam vnquam habuit poteſtatem, & procedit *opinio Io. Andr.* aut confeſſus ei, qui quandoque habuit poteſtatem, ſed ex cauſa priuatus erat, & tunc ſi tolerabatur in exercitio, non eſt neceſſaria reiteratio. Tutior tamen eſt *opinio Io. Andr.* indiſtinctè, quam ſequitur *Ang. de Claua in ſua ſumm. in ver. confeſſus.* & ibi ponit decem caſus, quibus reiteranda eſt con-
47 feſsio, quos tu ipſe videre poteris. Quæro † inſuper, an ratione delicti delinquens ſortiatur forum pœnitentiale in parochia delicti, ſicut ſortitur forum iudiciale. *c. fin. de for. compet.* Iſtam dubitationem reſoluit *gl. in c. placuit. 16. q. 1.* dicens, quòd non, *ſequitur Pan. in c. quod autem. de pœnit. & remiſſ. & in c. 1. de rapinis.* aſsignans rationem diuerſitatis inter forum iudiciale, & pœnitentiale. Nam in foro iudiciali pœna imponitur cauſa ſatisfaciendi reipub. quam ſcandalizauit propter delictum, ideò ſequitur forum illius reipub. in qua deliquit. Sed in foro pœnitentiali imponitur pœnitentia cauſa ſatisfaciendi Deo, quem offendit, & quia habet ſacerdotem proprium loco Dei, ab illo non ab alio debet iudicari. Item intereſt proprij ſacerdotis cognoſcere vulnus ſuorum parochianorum. Eos enim melius redarguere poteſt, quia ipſorum notitiam habet, Quod facit contra eos, qui quærunt religioſos, vt euitent verecundiam, quam habent in confitendo proprio ſacerdoti. Malè enim faciunt, quia verecundia eſt maxima pars pœnitentiæ. *c. quem pœnitet. de pœn. diſtinct. 1.* licèt iſtæ rationes ſint perſuaſiuæ. Alia mihi videtur ratio poſſe aſsignari, quia ſi ratione delicti

quis

quis ſortiretur forum pœnitentiale, ſequeretur maximum abſurdum. Nam ſi quis commiſiſſet decem peccata in diuerſis parochijs, teneretur cuilibet ſacerdoti illius parochiæ confiteri, & ſic eſſet neceſſe, vel confeſsionem diuidere, quæ ſui natura indiuiſibilis eſt, vt infrà dicetur, aut decies integraliter omnia peccata confiteri, quod etiam inconue-
48 niens videtur. Quia, vt dicit *Ang. de Clau.* † lex obligans reiterare confeſsionem integram,& perfectam,non obligat
49 in foro animæ. Quæro etiam, † an ſacerdos extra parochiam poſsit ſuorum parochianorum confeſsiones audire, & eos abſoluere? *Hoſt. in ſumm. de pœnit. & remiſſ. §. cui confitendum.* determinat, quòd ſic, quia abſoluere, & confeſsiones audire, eſt iuriſdictionis voluntariæ. ergo extra diœceſin poteſt exerceri. *l. 2. C. de offic. Proconſul. not. per gl. in c. nouit. de offic. leg.* & illud *ſequuntur* COMMVNITER *Canon.* ſed ego
50 aliquando † dubitaui, an deputatus à proprio ſacerdote in locum ſui, qui vicarius parochialis appellatur, etiam poſsit extra parochiam confeſsiones audire, & abſoluere? Videtur quòd ſic, *per ea quæ ſcripſit Rota in tit. de offic. vicarij, deciſ.*
51 *fin. in antiquioribus.* Vbi vult, † quòd vicarius epiſcopi poſsit conferre beneficia extra diœceſin. *ſequitur Gem. in c. fin. de offic. vic. lib. 6.* Sed in contrarium facit, quod voluit *Alb. Bart. Bald. &* COMMVNITER *legiſtæ in d. l. 2. per illum text.* vbi concludunt, quòd habens iuriſdictionem voluntariam ab inferiore à principe, non poteſt eam exercere extra diœceſin, & territorium concedentis. Et in ſpecie *Bald. ibi infert contra Rotam,* quòd vicarius epiſcopi non poteſt inſtituere præſentatum à patrono extra diœceſin ſequitur *do. Phil. Franc. in d. c. fin. & Bart. in d. c. nouit. Iaſ. in l. ſed ſi hac lege. 10. §. 1. ff. De in ius voc. do. Mar. Soc. in c. fin. 6. art. char. 10. de*
52 *for. comp.* Et facit, † quia notarius creatus à rege non poteſt extra regnum conficere inſtrumenta, licèt iſtud ſit voluntariæ iuriſdictionis, *ſecundùm Bart. in d. l. 2. & in l. cunctos populos. in 7. q. C. de ſumm. trin. & Rot. deciſ. 291. ſub rubr. de fid. inſtrum. in nouis.* Ego in vicario Rectoris teneo, quòd poſsit audire confeſsiones, & abſoluere ſuos parochianos extra

paro-

parochiam, quia ipſe non habet hanc poteſtatem à rectore, ſed virtute ordinum ſibi collatorum, à rectore autem fuit ſibi materia exhibita tantùm, vnde ſicut ipſe rector in illam materiam, id eſt, in ſubditos poterat exercere iuriſdictionem voluntariam extra parochiam, ita poterit eius vi-
53 carius. nam talis vicarius † authoritate propria abſoluit, non authoritate ſibi delegata, *ſecundùm Angel. de Clau. in ſua ſumm. verſ. confeſſio. §. 3. verſ. Sed nunquid.* Et ideò habens priuilegium eligendi confeſſorem, poterit confiteri extra parochiam, cui velit. Quos debeat infirmus animarum medicos perquirere, expoſitum eſt. nunc quales eos eſſe opor-
54 teat, diſcurramus. Confeſſorem † vita integerrimum, ſcientia peritum, diſcretum, & modeſtum eſſe oportere, ſtatuit *Clemens in concilio Viennenſi, vt legitur in d. clem. dudum.* & exemplo eorum, quæ de medico corporum *ſuprà dixi*, iuſtificatur Clementis ſententia. Ideò aliter non inſtabo. De v-
55 no ſolùm quæro, † an quis debeat confiteri ſacerdoti ſuo, quem ſcit eſſe virum ſceleratum, & malæ vitæ? Reſpondetur, quòd non, ſed tunc ad religioſos recurrendum eſt, habentes priuilegium liberè confitendi. Sed quid ſi vir ille malus ſacerdos nolit licentiam impartiri? Reſpondetur, ſufficit tunc petere, *ſecundùm Pan. in d. c. omnis vtriuſq; ſexus.* pro quo facit doctrina *Bart. in l. ſi cum dotem. 22. §. eo autem tem-*
56 *pore. ff. Solut. matrim.* Sed quid, † ſi parochianus ſcienter confiteatur ſuo ſacerdoti indiſciplinato, & malorum morum, an confeſsio, & abſolutio proſint confitenti? Ratio dubitandi eſt, quia cùm poſsit bonum confeſſorem adire, con-
57 uincitur de negligentia in eligendo confeſſorem. Et † quia confeſſor exiſtens in peccato mortali, niſi ipſum pœniteat, mortaliter peccat abſoluendo confeſſum, *ſecundùm Bonauent. in 4. ſent. 19.* & probatur *in c. fin. de temporib. ordinatio.* Iudicans, qui iudicandus eſt, ſeipſum condemnat. *§. item in Euangelio. 3. q. 7. & de pœn. diſtinct. 4. c. 1.* ergo ceſſante neceſſitate peccat mortaliter, qui inducit ſuum ſacerdotem, exiſtentem in peccato, ad ſacramenta miniſtranda. Breuiter
58 dicerem, † aut confeſſus ſciebat pro veritate ſacerdotem eſſe in

ſe in peccato,& poterat alteri confiteri, & tunc credo, quòd non ſit tutus in foro conſcientiæ rationibus præallegatis, & quia non poteſt aliorum ægritudines ſanare, qui ſeipſum curare neſcit, *vt ad Ciceron. ſcribit Seruius Sulpitius.* Non enim aliorum delicta valet diluere, quem propria deuaſtant. *c. 1. in fin. 49. diſtinct.* ideò Iudas, quia iuit ad Phariſæos, & reliquit Apoſtolos, nihil auxilij inuenit, ſed deſperationis augmentum. Et ab iſta ſententia non videtur diſſentire *Pan.*
59 *in d. c. omnis vtriuſq; ſexus fidelis.* dum † dicit, quòd confitens ſacerdoti ſocio criminis, vt citius abſoluatur, non eſt tutus. Benedictio enim maligni ſacerdotis in maledictionem conuertitur, & oratio in peccatum. *c. ſi qui ſunt. 81. diſtinct.* Si autem ignorabat, vel poterat cogitare, quòd ſacerdos eſſet attritus, & delicti pœnitens, tunc ad ſalutem proderit confeſsio. faciunt, quæ traduntur *per Pan. in c. veſtra. de cohabi-*
60 *tat. clericorum & mulier.* vbi quærit, an † ſit audienda miſſa à ſacerdote exiſtente in peccato? & diſtinguit: aut delictum eſt notorium, aut occultum, *vt ibi per eum.* Demonſtrauimus ſuccinctè quis, & qualis debeat eſſe medicus facturus emplaſtrum. Videamus modò, qualiter ab infirmo ſunt vulnera detegenda. Illud exigeret longum tractatum. Ne videar falcem mittere in alienam meſſem, paucis abſol-
61 uam. Dicunt DD. † veram confeſsionem ſedecim qualitatibus egere, quæ his verſibus panduntur:

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Omnes tamen prædictæ qualitates non ſunt de eſſentia, ſed quædam ſunt de congruitate. Idcircò, vt ſcias quæ ſint de eſſentia, & quæ non, eas omnes breuitate, qua fieri poterit,
62 explanabo. † Dixi *ſimplex*, id eſt, ſine verborum inuolucro, ſeu ſine plica, *clem. ſæpè. & ibi gl. in ver. ſimpliciter. de verb. ſignif.* Debet enim pœnitens ita clarè confiteri, vt omnia &
63 ſingula confeſſarius plenè intelligat. Hypocrita † enim eſſe

 conuin-

conuincitur, qui verborum tergiuerſatione ſua peccata leuigare contendit. *c. quis aliquando. de pœn. diſtinct. 1. in fin. in verſic. ſpecies etenim ſuperbiæ eſt, ſe velle videri iuſtum, &c.* Dixi etiam *ſimplex*, quia debet pœnitens loqui per ver-
64 ba clara, expedita, non per verba obſcura. Sicut † depoſitio teſtis obſcura non releuat producentem. *c. cum clamor validus. de teſtibus & not. per Bart. in l. ea quæ. 43. ff. de contrah. empt.* ſic obſcura confeſsio non releuat confitentem. Dixi *ſimplex*, quia non debet pœnitens ambiguè, & amphibologicè loqui, aliàs confeſsio ſimplex non eſt, *c. 1. cum gl.*
65 *in ver. ſimpliciter. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* Sicut † ambigua teſtificatio non probat: ita dubia confeſsio non iuuat. *c. in præſentia. De probat. l. non. hoc. 4. C. vnde legitimi.* Dixi
66 *ſimplex*, † quia non debet, qui confitetur, loqui per verba exquiſita, & ſubtili elegantia fabricata, vt confeſſor non intelligat, vt verecundiam delicti verbis fucatis effugiat, & ſi aliter faciat, non erit confeſsio ſimplex. *c. dilecti. cum gl. in verb. ſimpliciter, id eſt, ſine pernicioſa ſubtilitate, de iud.* Dixi *ſim-*
67 *plex*, † quia non debet confitens moroſè, & cum difficultate loqui, nec expectare, vt confeſſor ex gutture ſua peccata artificioſè extrahat, quòd ſi ſecùs faciat., non erit confeſsio ſimplex. *§. ſed quia. cum gl. in ver. ſimplicitas, id eſt, expers dif-*
68 *ficultatis, Inſtit. de fideicom. hæreditatibus.* Nam etiam teſtis, † qui moroſè reſpondet, & cum difficultate, ſuſpectus habetur. *c. ponderet. 50. diſtinct. traditur per Pan. in c. cum cauſam. col. 7. de teſtib. per Fel. in procem. Gregor. in princ.* Dixi *ſimplex*,
69 id eſt, ſine malitia, † *iuxta verbum Domini*, Eſtote ſimplices, ſicut columbæ. Malitioſa enim confeſsio ad interitum valet, non ad ſalutem. Quid prodeſt auaro confitenti ſe centena aureorum millia ſub vſuris mutuaſſe, ſi ex malitia, id eſt, vt diues videatur, non ex propoſito pœnitendi confiteatur? Quid, ſi homicida, vt ſtrenuus appareat, delictum confeſſori manifeſtet? Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Nam quàm ſit graue crimen eorum, qui, cùm malè fecerint, gloriantur, nullus eſt qui ignoret. *c. quàm graue. de exceſſib. prælat.* Contra quos etiam *Pſal.* clamitat,

Quid

70 Quid in malitia gloriamini? † Dixi denique *ſimplex*, quia nihil impertinens addendum eſt, vel intermiſcendum, aliàs confeſsio non foret ſimplex. *l. iubemus 34. ibi, nihil huiuſmodi adiectum ſit, ſed ſimpliciter noſtri. C. de appell. l. fin. & ibi Bart.*
71 *C. de Dotis promiſſ. c. fin. de teſtam. lib. 6.* † Requiritur ſecundò, vt ſit HVMILIS. nam peccator ſi reatum ſuum cognouerit, ſe omnium viliſsimum intelliget, & ſe monſtrum, non hominem videbit, *vt Seuerinus de conſolatione lib. 3. ſapienter probat*, pro quo facit *text. in c. ſi enim inquit. de pœnitent. diſtinct. 2.* Humiliabit ergo ſe pœnitens, qui propter peccatum effectus erat ſeruus Diaboli, *c. non omnis qui dicit. 3. q. 7.* & exemplo publicani coram confeſſario non audeat oculos eleuare. Humiliari enim nos oportet ſub potenti manu Dei, vt nos liberet in tempore tribulationis. *c. nulli. 3. q. 1.*
72 Item † genibus flexis, & capite diſcooperto peccatorem ſe fore iudicabit, & ſcelerum ſuorum veniam poſtulabit. *c. ſanè, de celebr. miſſar.* Et licèt *Claua in ſua ſumm.* & plures alij teneant, quòd genuflexio non ſit de neceſsitate, ſed de congruitate: tamen ego arbitrarer pœnitentiam eius, qui ſtando, vel deambulando, aut ſedendo parem ſe exhibet ſacerdoti non eſſe fructuoſam, neq; veram, & parùm confitenti prodeſſe, quia, qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat, *ſecund. Gregor. quem refert gl. in clem. 1. de relig. domi.* Item humilis debet eſſe confeſsio, quia non debet, qui confitetur, gloriari coram confeſſore, quòd bis in ſabbato ieiunet, quòd eleemoſynas det, quòd iuſtum cor habeat. Temerarium quippe eſt, virtutes domino polliceri. nam ſi dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Doleat ergo loquendo, ſeipſum accuſet, dicendo *cum Pſalmo, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Concludendum eſt ergo, in pœnitente humilitatem neceſſariam, quia niſi ſe peccatorem dixerit, veritas in
73 eo non erit. & † vbi non eſt veritas, ibi nulla poteſt eſſe hu-
74 militas. *22. q. 2. c. cum humilitatis.* † Tertiò requiritur, vt ſit *pura*, id eſt, *ſine dolo*, *c. pura. 3. q. 9.* Debet enim pœnitens

confiteri recta intentione, non propter vanam gloriam. Sed aduerte, quia iſtud ſatis includebatur in primo requiſito, *vt ibi oſtendi.*
75 † Quartò exigitur, vt ſit *fidelis*, id eſt, vt pœnitens confidat in Dei miſericordia, & credat per pœnitentiam ſibi peccata remitti. Nam apud Deum nullas patitur moras veniæ conuerſio. *c. multiplex. de pœn. diſtinct. 1.* & ſpecies hæreſis eſt deſperare de miſericordia Dei. *c. agnouimus. 26. q. 6.* Alij dicunt, quòd debet eſſe fidelis, id eſt, vera, quia non debet falſitatem immiſcere, & delictum, quod non fecit, confiteri. Et poteſt vtraq; expoſitio tolerari, prima tamen magis conuenit.
76 † Quartò requiritur, *vt ſit frequens*, id eſt, toties reſurgat per confeſsionem, quoties cecidit propter peccatum, id eſt, non ſolùm ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties delinquenti, ſi conuertatur ad pœnitentiam, peccata tollantur, *Matth. 18. & c. ſepties in die. de pœn. diſtinct. 3.* Nam quæ frequenti præuaricatione iterantur, ſunt frequenti ſententia damnanda. *c. 1. de pœnis.* Sed an illicò poſt commiſſum peccatum debeat confiteri, *dicam infrà in 13. requiſito.* Quidam etiam dicunt, eadem peccata frequenter eſſe confitenda, quia tantò facilius quis conſequitur gratiam remiſsionis, quantò magis pluribus ſub ſpe veniæ turpitudinem confitetur. *c. quem pœnitet. de pœn. diſtinct. 1.* Sed iſtud conſilij eſt, ad maiorem gratiam obtinendam, non autem præcepti, neq; obligationis, quia ſemel confitendo diſſoluitur delicti obligatio, & funiculus, quo ligatus tenebatur, diſrumpitur. ergo amplius obligatio extincta reuiuiſcere non poteſt. *l. qui res ſuas obligauit. 96. §. aream. ff. de ſolutionibus & liberat. c. ſi quis. de pœn. diſtinct. 7.* Et diuina clementia peccata ſemel dimiſſa iterum in vltionem venire non patitur. *c. ſi illic vbi hæc acta ſunt. 23. q. 4.* Et quòd ſufficiat peccatum ſemel confiteri, *deciditur in §. non ita. de pœn. diſtinctione 1.* Sunt tamen
77 † quidam caſus ſpeciales, in quibus iteranda eſt confeſsio, quos *refert Hoſtienſ. in ſumm. de pœnit. & remiſſ. §. an peccata ſemel confeſſa.* quos non proſequor, ſed ſublimitati Theologorum diſcutiendos relinquo. Sextò debet eſſe *nuda* à verbis palliatis, & obſcuris. Sed iſtud abundat, quia ſi ſimplex eſt,

eſt, oportet vt ab omni verborum inuolucro fucatoq; ſermone ſit nuda, *vt ſuprà abundè dictum fuit.* Alij dicunt, quòd debet eſſe nuda ab omni mendacio, & ab omni velamento, quia *ſecundùm Auguſtin.* veritas de terra, id eſt, de peccatore orta eſt,& iuſtitia de cœlo proſpexit,id eſt, à Deo data iuſtificatio pœnitenti. Nam qui ſe excuſat, à Deo accuſatur: qui autem ſe accuſat, excuſatur. Ignoſcimus,inquit Dominus, ei qui ſibi non ignoſcit: *c. veritas. de pœnit. diſtinct. 1.* Septimò oportet, vt ſit diſcreta, id eſt, cum iudicio facta, &
78 † ideò impuberes, qui diſcretionem, id eſt, animi iudicium non habent, *§. preterea. Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſt.* non tenentur confiteri, niſi ſint doli capaces, qui cùm ſciant ſe errare, vtique ſcire debent ſe emendare, *c. 1. de delict. puer.* Verſatur autem diſcretio in pœnitente tam in eligendo ſacerdotem, qui ſciat ſoluere, & ligare. *c. 1. de pœnit. diſtinct. 6.*
79 quàm in exprimendo & confitendo peccata,quia non † debet manifeſtare ſocios criminis, ſed ſeipſum tantùm accuſare. Inquit enim *Pſalmus*, Delictum meum cognitum tibi. Dixit enim *meum*, non ſocij, *c. fin. de pœnit. diſtinct. 1.* Nunquam ergo nominabit perſonam,cum qua peccauit,niſi neceſſe ſit ad oſtendendam peccati magnitudinem, vt ſi filia cum patre, vel filius cum matre peccauerit,*ſecundùm Richar.*
80 *in 4. ſent. diſtinct. 17. art. 3. q. vlt.* Item † debet confeſsio eſſe *diſcreta*, id eſt, diuiſa, & ſeparata,ita enim exponitur *in c. cupientes. §. ad hec. de elect. lib. 6. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* Debet enim confitens confeſsionem ſuam benè ordinare, & eam ſaltem diuidere in ſeptem partes, ſicut ſunt ſeptem peccata mortalia, non autem ſimul, & confuſè omnia
81 confiteri. Octauò † debet eſſe *libens*, id eſt, voluntaria, ex quo ſequitur, quòd coacta confeſsio nihil prodeſt. Licèt
82 † enim voluntas coacta, voluntas ſit: *l. ſi mulier. 21. ff. quod met. cauſ. c. maiores. in fin. de baptiſmo & eius effectu:* tamen vbi requiritur abſoluta voluntas, ibi debet interuenire commoda libertas, *c. cùm locum de Sponſal.* Omnis ergo coactio ſiue præciſa ſit, ſiue conditionalis, impedit effectum confeſsio-
83 nis ſacramentalis. Ex quo elicio † quòd non eſt par ratio

meriti, & demeriti, nam voluntas coacta violentia conditionali demeretur. *c. 1. 15. q. 1.* & tamen non meretur. Vel aliter, confeſsio debet eſſe voluntaria, id eſt, ad finem ordi-
84 natum facta, non ad finem malum, & peruerſum. † Nam voluntas non poteſt eſſe niſi ad bonum, aliàs ſi ad malum declinet, non eſt voluntas, ſed concupiſcentia, *ſecundùm Pan. poſt gl. in proœm. Gregor. in ver. rex pacificus. col. 2. in fin. princ. ſeq.* Nonò *verecunda* eſſe debet, quia qui erubeſcit pro Chriſto, dignus eſt miſericordia. Dignus enim eſt miſericordia, qui ſpirituali labore petit gratiam. *c. quem pœnitet. de*
85 *pœn. diſtinct. 1.* Verecundia † enim ſignum eſt contritionis, & pœnitentiæ. nam verecundia caſtigatam mentem oſten-
86 dit. *l. 1. C. de maiuma. lib. 11.* & in adoleſcente † optimam ſpem pollicetur, *vt ſcribit Seneca ad Lucil. lib. 1. epiſt. vlt.* Vel
87 debet eſſe verecunda, † quia verecundia delicti eſt pœna magna. Laborat enim mens patiendo. *d. c. quem pœnitet.* Hac ratione prohibitum eſt confiteri per interpoſitam perſonam: nam ſi per vos peccaſtis, per vos etiam erubeſcatis.
88 † Hac etiam ratione prohibitum eſt confiteri per ſcripturam. *d. c. quem pœnitet.* quod procedit, etiamſi peccator coram ſacerdote velit ſcripturam legere, *ſecundùm Arct. & Feli. in c. de teſtib. col. pen. de teſt.* reprobantes *gl. in c. qualis. 30.*
89 *q. 5. quæ contrarium tenuit.* † Mutus tamen per ſcripturam, vel nutu poteſt confiteri, *ſecundùm Innoc. in d. c. omnis.* An
90 autem † ignorans idioma poſsit confiteri per interpretem? Videretur quòd ſic. *arg. l. 1. §. fin. ff. De verb. oblig.* Contrarium tenent Theologi *in 4. ſent.* maximè *Scotus q. vlt.* quia
91 poteſt confiteri per ſigna, ſicut mutus. † Decimò oportet vt ſit *integra*, & omnia, & ſingula peccata confiteatur. Non enim Deus nouit opus imperfectum. *c. ſi plures. de pœn. diſt. 1.*
92 † Sed quæritur, an etiam venialia ſint confitenda? *gl. in c. vnum orarium. in ver. quia facile. 25. diſt.* videtur velle quòd non,
93 tum quia † nullus pro venialibus damnari poteſt, tùm quia per orationem Dominicam, per aſperſionem aquæ benedictæ, per modicum ieiunium vel per eleemoſynam dimittuntur. *de conſecrat. diſtinct. 3. c. aqua: & de pœnitent. diſtinct. 4. c.*
de quo-

de quotidianis. vel per extremam vnctionem, *c. vnico. de ſacr. vnction.* vel per euchariſtiam deuotè ſuſceptam. *c. 2. & c. cum omne. de conſecr. diſtinct. 2.* vel per deuotam peccatoris tonſionem. *c. tres ſunt. de pœn. diſtinct. 1.* vel per benedictionem prælati. *c. maledicam. & c. dictum. 1. q. 1. & notat. in ſalutatione ſexti. Sed Hoſtienſis in ſumm. de pœnit. & remiſſ. §. de quibus.* diſtinguit inter venialia. nam venialium tria ſunt genera, *ſecundùm gl. in d. c. vnum orarium. §. aliàs ea demùm. in ver. ligna*
94 quædam enim ſunt maiora, † vt quæ iam in conſuetudinem abierunt, & hæc ſunt confitenda, quia nullum eſt adeò veniale, quod ex conſuetudine non efficiatur mortale. *d. c. vnum orarium. §. criminis appellatio.* Quædam ſunt minora, & iſta ſufficit confiteri in genere. *d. c. de quotidianis.* Quædam ſunt minima, quæ in ſola cogitatione conſiſtunt, & ad deliberatum conſenſum non perueniunt, & iſta delentur & mundantur modis quibus ſuprà. Prædicta vera ſunt, niſi ex ſtatutis ſuæ profeſsionis eſſet aſtrictus peccator confiteri venialia, vel niſi dubitet, an peccatum ſit veniale, vel mortale, *vt concludunt Theologi,* maximè *Claua in ſua ſumma. §. con-*
95 *feſſio ſacramentalis. verſ. 27.* † *Integra* etiam eſſe debet, reſpectu qualitatum criminis. Tenetur enim circumſtantias peccati exprimere. *c. Deus qui. & c. omnis. §. ſacerdos. De pœnit. & remiſſ.* Circumſtantias dico, ſiue concomitantes, ſiue allicientes. *c. 1. de pœn. diſt. 5.* Laudabile tamen tacere circumſtantias, quæ ſpeciem delicti non mutant, & audientem alliciunt ad turpitudinem, licèt delictum aggrauent. Item fatuum eſt confiteri circumſtantias, quæ ad grauitatem delicti nihil faciunt, *ſecundùm B. Thomam & cæteros in 4.*
96 *ſent.* † An autem delicta nota confeſſori ſint etiam confitenda? Videtur quòd non, quia rei demonſtratæ fruſtrà ſit demonſtratio. *l. 1. in fin. ff. de dot. præleg.* In contrarium eſt veritas, quia delicta non ſunt nota confeſſori, vt Deo & iudici, niſi in foro pœnitentiali quis ea confiteatur, ergo ſunt confeſſori in pœnitentia confitenda. *c. 1. de offic. ordin. & ibi Pan.*
97 *l. illicitas. 6. §. veritas. vbi Bart. ff. de offic. præſid.* † An autem is qui ſuppreſsit vnum peccatum, teneatur iterum omnia

confi-

confiteri? Diſcordes in hoc ſunt *Doctores*, ſed omiſſa relatione opinionum, *illa eſt* COMMVNIS, quòd ſi confiteatur alteri ſacerdoti, teneatur iterum omnia confiteri, ſecùs ſi eidem, *ſecundùm Archidi. in c. fin. in fin. de pœn. diſtinct. 3. Pan. in d. c. omnis. in primo notab. & in c. ex parte. eod. tit.* Caueat tamen pœnitens, ne diuidat confeſsionem ex malitia, vt quidam faciunt, qui conſiderantes magnam peccatorum ſuorum congeriem, erubeſcunt omnia ſimul confiteri, & ideò partem vno tempore, partem alio tempore eidem confitentur. Nam talis confeſsio non prodeſt, quia non eſt
98 pura, & ſimplex, vt eſſe debet. †Vndecimò debet eſſe *ſecreta*, ſi occulta ſint peccata. *de pœnit. diſtinct. 1. c. non tibi dico, vt te in publicum prodas.* nam ſi peccatum occultum eſt, ſufficit illud in noticiam ſacerdotis referre, *c. quem pœnitet. & c. ſeq. ea. cauſa. & q.* aliàs fatuus reputatur, qui errorem
99 ſuum publicè confitetur. *c. ex literis. de diuort.* †Exigitur etiam, vt ſit *ſecreta* ex parte ſacerdotis, qui non debet confeſsionem reuelare. Nam in foro confeſsionis mori debet peccatum, ſignificatio enim ſacramenti confeſsionis eſt ſignificatio occultæ extinctionis peccati, vnde qui reuelat, facit irritum ſacramentum, *ſecundùm Theologos.* Ideò dicit *text. in d. c. omnis.* Caueat omninò ſacerdos, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo prodat peccatorem, quod ſi præſumſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponatur, ſed ad agendam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudatur. ad idem *text. in c. ſi ſacerdos. de pœn. diſt. 6.* vbi alia pœna de iure antiquo imponebatur, videlicet vltra
100 depoſitionem cogebatur perpetuò peregrinari. † Et in tantum ſecreta debet eſſe confeſsio, vt ſi ſacerdos producatur in teſtem, poſsit ſecurè dicere ſe nihil ſçire, quia non
101 ſcit, vt homo, *c. 2. & ibi not. Pan. de offic. ordin.* † Nec cogi poteſt ab epiſcopo teſtificari ſuper his quæ audiuit in confeſ-
102 ſione. *c. dilectus. de exceſſ. prał.* † Et ſi per epiſcopum excommunicetur, non timeat cenſuras, quia non ligant, cùm non ſciat vt homo, nec tenetur obedire Papæ præcipienti, vt ei manifeſtet delictum confeſſatum in pœnitentia, *ſecundùm*

Pan.

,, *Pan. in d.c.dilectus.* † quia in hoc ſacerdos eſt vicarius Chriſti
103 ſpecialis, ergo maior eſt Papa vicario generali, quò ad illam ſpeciem. *c. ſtuduiſti. de offic. leg.* etiamſi Papa diceret, illud recipere in confeſsionem, quia nemo debet delictum
104 alterius in pœnitentia confiteri, *vt ſuprà dixi.* † Sed quid ſi ſacerdos receptus in teſtem reuelauerit peccatum ſibi ab altero in pœnitentia confeſſum, an eius teſtimonium fidem faciat? Reſpondeas quòd non, quia alter illi non fuit confeſſus, vt homini, ſed vt Deo, *ſecundùm Pan. & Paul. de Caſtr. in l. archigerontes. 6. C. de epiſc. aud. quem ſequitur Fel. c. 1. col. 1. de*
105 *except.* Sed † quid ſi aliquis exiſtens poſt parietem, vel caſu pertranſiens, audiuerit confitentem in pœnitentia ſacerdoti, an ipſius teſtimonium probet aliquid contra confeſſum? *Tindarus in ſuo dialogo de teſtib. chart. 10.* determinat, quòd non. *ſequitur Felin. in d. c. 1.* Iſtud dictum vrgenti ratione non fundatur, quia audiens caſu, non audiuit, vt Deus. Et licèt audiuerit confitentem in foro pœnitentiæ coram Deo, hoc ſolum non videtur tollere fidem dicto teſtis aliàs integri. Sed honeſtum videtur, vt tali teſti non credatur, ne detur occaſio malis ſacerdotibus ſupponendi teſtes poſt parietem, qui audiant, & poſtea reuelent. Ex præmiſsis redditur dubitabile dictum *Bart. in l. 1. §. huius. ff. de iuſt. &*
106 *iur. vbi Bart.* dicit, quòd † ſacerdos, quia eſt perſona publica, poteſt ſtipulari pro abſente reſtitutionem vſurarum. Quæ ſtipulatio prodeſt abſenti, cui vſuræ extortæ fuerant. nam iſtud videtur falſum, cùm non credatur ſacerdoti, de confeſſatis in pœnitentia, & hac ratione motus *d. Iaſ.* ibi dixit, *dictum Bart.* non eſſe verum. Sed tu dicas, quòd *iſtud dictum Bart.* eſt veriſsimum. In primis poteſt procedere, quando ſacerdos ſtipulatur extra pœnitentiam, vel poteſt intelligi, quando aliquis in pœnitentia confitetur delictum notorium, & promittit ſacerdoti ſtipulanti pro abſentibus, illis ſatisfacere. *ita probat text. alleg. per Bart. c. quanquam. de vſur. lib. 6.* qui loquitur in vſurario manifeſto. *& ſecundùm legem allegatam* debet intelligi dictum Doct. *ſecundùm Bart. in l. in ambiguo. 3. ff. de reb. dub.* vel intelligendo *dictum*

107 *Bart.* generaliter reſpondeas, vt ſtatim ſubijciam. † Sit ergò concluſio, quòd nõ creditur ſacerdoti teſtificanti de his quæ ſibi dicta fuerunt in pœnitentia. Fallit in caſu notorio *per ea quæ ſtatim dixi.* Fallit ſecundò in cauſa matrimoniali, *ſecundùm gl. ſingularem in c. tua nos. in verb. conſtiterit. de Sponſal.* quam ad hoc *dixit ſingul. Lud. Rom. in l. ſi non ſpeciali priuilegio. 9. C. de teſtam. ſequitur D. Iaſ. in d. §. huius ſtudij. & in l. patre furioſo. 8. col. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* vbi dixit, quòd nullus Canoniſtarum vnquam ponderauit *dict. gloſ.* Sed certè nullus Canoniſta vnquam eam ponderauit, quia *illa gloſſa* non dixit hoc, neque ſenſit. Nam *illa gl.* loquitur in foro pœnitentiali, in quo cuilibet eſt credendum. *c. ſignificaſti. de homic.* Sed quantum ad forum fori nihil, vnde videtur quòd illa gl. velit contrarium. Et iſtud voluit *Papa in d. c. tua nos.* qui reſpondet cuidam epiſcopo in foro fori, *qualiter tibi conſtiterit non videmus*, quaſi dicat de animo, & propoſito in mente retento, non videmus, qualiter tibi conſtare poſsit, quaſi dicat, nullo modo poteſt tibi conſtare, quod falſum eſſet, ſi per confeſsionem factam in pœnitentia conſtare ſibi vt iudici
108 potuiſſet. † Tertiò fallit, ſi accedat conſenſus eius, qui fuit in pœnitentia confeſſus, nam de ipſius licentia poteſt ſacerdos reuelare confeſsionem. *c. ſignificaſti. de adult. vbi Pan. & alij not. & iſta eſt* COMMVNIS *opinio, ſecundùm Fel. in c. teſtimonium. col. 11. de teſtib.* Quicquid dixerit *Claua in ſua ſumma*, qui contrarium tenet, & malè. Debet tamen aduertere ſacerdos, ne ſocium criminis manifeſtet, *vt dicitur in d. c. ſignificaſti. in ver. nomen adulteri celans*, & in iſtis terminis procedit *dictum Bart. in d. §. huius ſtudij.* nam pœnitens videtur dare licentiam ſacerdoti ſtipulanti pro abſentibus, eiſdem
109 ſtipulationem reuelandi. † Sed hic inſurgit dubitatio, an credendum ſit dicto ſacerdotis atteſtantis ſe habuiſſe licentiam reuelandi, ſi illa negaretur? Iſtam dubitationem reſoluit *Lap. alleg. 94.* dicens, ſtandum eſſe dicto ſacerdotis, quantum ad euitandam pœnam. *d. c. omnis vtriuſq; ſexus.* ſe-
110 quitur *Felin. in c. 1. col. 1. de except.* † dicens credendum eſſe dicto ſacerdotis aſſerentis abſoluiſſe excommunicatum

ante

ante mortem, quantum ad euitandum pœnam. *clem. 1. de ſepult.* Benè facit, quod decidunt *Hoſt. & Pan. in d. c. omnis.* vbi
111 concludunt, † ſtandũ eſſe dicto ſacerdotis negantis ſe audiuiſſe reuelata in confeſsione, quantum ad euitandam pœnã illius Canonis. Ego arbitror, quòd *iſta deciſio* Lapi debeat ſanè intelligi, videlicet quandò tertius negat ſacerdotẽ habuiſſe licentiam, ſecùs ſi confeſſus negaret, aliàs pœna *d. c. omnis.* eſſet ludibrioſa, quia eſſet in facultate ſacerdotis illam euitare dicendo, ſemper ſe habuiſſe licentiam, quod dicendum non eſt, *ſecundùm Pan. & Felin. in ſimili, in c. inter cæteras*
112 *de reſcript.* Item aduerte, in quantum *ſuprà dixi*, quòd magis creditur ſacerdoti dicenti ſe audiuiſſe extra confeſsionem, quàm dicenti audiſſe in confeſsione, quia verum eſt, niſi ex coniecturis poſſet iuſtificari contrarium, *ſecundùm Dom. Card. in d. c. omnis.* inferentem, quòd ſi ille eſſet proprius ſacerdos, & peccatum eſſet alijs occultum, probaretque dicens ſe dixiſſe in confeſsione ſe fuiſſe illi confeſſum, tunc *ſecundùm eum* poſſet ſacerdos ſubijci torturæ, *iuxta formam c. ſi in*
113 *contemplatione. de reg. iur.* † Quartò fallit, ſi ſacerdos egeat prudentiori conſilio, tunc pro conſilio obtinendo, perſona non nominata, poterit peccatũ reuelare *d. c. omnis. & c. officij.*
114 *eod. tit.* † Quintò ſacerdos in genere poterit peccatum reprehendere exemplo Chriſti, qui reprehendit Iudam dicendo, Vnus veſtrûm me traditurus eſt. *c. ſi ſacerdos. de offic. ord.* Caueat tamen confeſſor, ne taliter loquatur, quod de perſona
115 peccatoris poſsit apparere, *d. c. omnis.* Sed quid ſi † aliquis confiteatur velle interficere Titium, dicendo ſe non poſſe reſiſtere voluntati, an iſtud ſacerdos poſsit reuelare? Quidam, *vt refert Archidi. in c. ſacerdos. de pœn. diſt. 6.* tenent, quòd non. Sed contrarium tenent *Inn. & Panor. in d. c. omnis.* quia hoc peccatum non dicitur detectum in præſentia, cùm peccator non habeat contritionem. Item quia committendum eſt, non commiſſum, vnde ad impediendum debet poſſe reuelare. Imò *Claua in ſua ſumma* vult, quòd ſacerdos teneatur reuelare ſub pœna peccati mortalis, vt obuietur ſcandalo, & malo futuro. *Sed Card. in d. c. omnis.* credit li-

cere, & debere reuelare, dum tamen non prodat peccatorem. Et ſi videt, fieri non poſſe, quin reuelando peccatum committendum, non etiam reuelet peccatorem, dicit Cardinalis, ſacerdotem debere omninò tacere. Quæ *opinio* placet, quando confitens ſe habere animum interficiendi Titium rogaſſet ſacerdotem, vt oraret Deum pro eo ad finem, vt ea voluntas auferatur ab eo, tunc quia aliquod ſignum contritionis oſtendit, non crederem licere ſacerdoti nominare peccatorem, aliàs ſtarem *opinioni Innoc. & ſequacium.* Sed quid ſi quis confiteatur laico, quod licet aliquando, pu-
116 ta in caſu neceſsitatis, an laico † licebit reuelare confeſſata? *Canoniſtæ* reſpondent COMMVNITER, quòd non, quia etiam ipſe ſcit, vt Deus, non vt homo. Ex quo ſequitur, quòd etiam ipſe cogi non poſſet ſuper his teſtificari, *per ea quæ ſu-*
117 *prà dixi.* † Sed quid ſi reuelauerit, qua pœna veniat puniendus dubitatur, quia pœna *d. c. omnis.* per omnia non conuenit laico, *ideò Inno. & Card. reſpondent*, quòd eſt mulctandus pœna arbitraria, *argumento c. de cauſis. de off. deleg.* Inſu-
118 per quæro de quæſtione, quam vidi in facto. † Mæuius peregrè profecturus depoſuit certam pecuniarum ſummam penes Titium, cui fecit apocham, per quam conſtabat, quòd ſi idem Mæuius peregrè moreretur, illam pecuniam donabat eidem Titio. Mortuo Mæuio in peregrinatione Titius oſtendit dictam apocham Sempronio amico ſuo, petens ab eo quòd ſub ſigillo confeſsionis omnia ſecreta teneret; promiſit Sempronius, quia dicit ſe pro certo ſcire, quòd illa eſt apocha ſcripta, & ſubſcripta manu dicti Mæuij, quæſitum fuit, an ſtante monitorio generali, publicato ad inſtantiam venientium ab inteſtato ad hæreditatem dicti Mæuij, teneatur Sempronius reuelare dictum depoſitum? Videtur prima conſideratione dicendum, quòd ſic, quia ſcit Titium habere penes ſe dictas pecunias, ergo parere debet monitorio iuridicè propoſito. *c. is qui fure. de furt. c. dilectus. & vtrobiq. Pan. de exceſſib. prælat.* aliàs non propalando duo delicta committit. Primum inobedientiæ, quia non paret ſuo ſuperiori. *c. 2. de maior. & obed.* ſecundum falſitatis, quia tacens

cens

119 cens † veritatem falſum committit, ſicut ſi falſum diceret. *c. 1. de crim. falſi. l. qui teſtamentum. 2. ff. Ad L. Cornel. de falſis* Nec obſtat, ſi dicatur, quòd Sempronius habuit ſub ſigillo confeſsionis, quia licet ſibi dictum ſit in ſecreto, & ſub ſigillo confeſsionis, non tamen ſibi fuit reuelatum vt Deo, ſed vt amico affini, quo caſu dicunt *Inn. Pan. Card. & alij in d. c.*
120 *omnis.* quòd † talis amicus poteſt cogi teſtificari, quia aliud eſt ſigillum confeſsionis, aliud ſigillum ſecreti. Et idem tenet *Pan. in d. c. ſi ſacerdos. & in d. c. dilectus.* & ita per plura firmat *Fel. poſt Pan. in c. intimauit, de teſtib.* & ita etiam conſuluit *Card. conſ. 38. Quidam habens vnum filium.* In contra-
121 rium † quòd non teneatur reuelare, facit, quia ſciens alium iuſto & debito iure rem detinere, non tenetur reuelare, *ſecundùm Clau. in ſua ſumm. §. furtum ver. 41.* & licèt ipſe non
122 dicat, ſatis probatur † quia edictum contra detinentes debet intelligi de detinentibus iniuſtè, aliàs eſſet notoriè iniquum, & iniuſtum, & contineret manifeſtum iuris errorem, quo caſu non ligat. *c. per tuas. de ſent. excom. c. venerabilibus. §. pen. eod. tit. lib. 6. c. cum contingat. vbi Pan. in pen. not. de off. deleg. c. ab excommunicato. de reſcr.* Sed in caſu præſuppoſito Titius licitè detinet hanc ſummam ſibi cauſa mortis donatam, ergo &c. Et dato, quòd huiuſmodi ſcriptura fortè non probet in foro fori, tamen in foro poli & in
123 foro conſcientiæ, de quo quæritur, † omnis qui habet voluntatem defuncti pro ſe, licèt non ſolennem, poteſt ſibi relicta retinere, *ſecundùm Innoc. & Canon. in c. quia pleriq. de immun. Eccleſ. quem ſequuntur Bald. Alex. & Mod. in l. nemo po-*
124 *teſt. 55. ff. de leg. 1.* Secundò pro hac parte facit, † quia edictum in genere, contra ſcientes, in genere intelligitur de his qui probare poſſunt, quod ipſi ſciunt & denunciare iubentur. *c. placuit. 6. q. 2. c. ſi peccauerit. 2. q. 1. c. plerunq. 2. q. 6. gl. in c. ſi ſacerdos. de pœn. diſtinct. 6.* & ita in ſpecie concludit *Card. Alex. poſt gl. in c. nerui. 13. diſtinct.* allegans idem tenere *S. Thomam* & idem *Clau. in ſua ſumm. §. denunciatio.*
125 *ver. fin.* nam † *boni viri tacent, quod probare non poſſunt. d. c. plerunq.* Benè facit, quod dicit *Fel. in d. c. de cætero. §. fin. de re iud.*

126 *re iud.* † vbi concludit, quòd conſtitutiones epiſcopi, vel Papæ mandantes quibuſcunq; ſcientibus aliquem tenere, & poſsidere beneficium cum ſimonia, vt debeant propalare ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, non ligat
127 ſcientes, qui non poſſunt fidem facere. Et ſciens † proditionem tractatam contra Principem, quam probare non poteſt, ſi taceat, non incidit in pœnam. *l. quiſquis. 5. C. ad l. Iul. maieſt. ſecund. Angel. in tract. maleſic.* & iſtam partem *in caſu præmiſſo latiùs conſulendo comprobaui.* Ad contraria reſpondebam, ad primum, quòd ſit parendum præcepto ſuperioris, patet ſolutio, quia præceptum non intelligitur emanaſſe contra detinentes iuſto titulo, nec contra ſcientes deten-
128 tionem, quam probare non poſſunt. Non obſtat, † quòd ſit falſarius, qui tacet verum, quia concedo in eo qui iurauit dicere veritatem, in alijs non, *ſecundùm gl. in c. ne quis arbitretur, 22. q. 2.* per quam ita dixit *d. Iaſ. in l. 1. in fin. ff. ſi ex noxali cauſa agatur, quemad. caueatur.* Non obſtat *deciſio Innoc. & ſequacium in d. c. omnis.* quia concedo, quòd requiſitus, vt ferat teſtimonium, tenetur dicere, quæ ſibi dicta ſunt ſub ſigillo ſecreti, ſed tamen non tenetur denunciare. Aliud enim eſt denunciare, aliud teſtificari. Duodecimò requiritur, *quòd ſit lachrymabilis ex corde confeſſio, vt dixi ſuprà*, nam vera pœnitentia eſt dolor cordis, & animæ amaritudo. *c. ecce. de pœn. diſt. 1.* Rugiebam, inquit Pſalmus, à gemitu cor-
129 dis mei, *de pœn. diſtinct. 4. c. ille rex.* Decimo tertiò † *Accelerata* eſſe debet, quia neſcimus qua hora dominus noſter aduenturus ſit, &

Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina vitæ
Tempora dij ſuperi?

Acceleret ergo peccator, nec expectet, quando peccare non poteſt. Arbitrij quærat libertatem, vt delere poſsit commiſſa, non neceſsitatem. Quem enim morbus vrget & pœna tenet, ad veram vix venit ſatisfactionem, *ſecundùm Auguſt. in lib. de pœnit. tranſumtiuè in c. nullus. de pœn. diſtinct. 6.* Si tamen in vltima neceſsitate conſtitutus ad Deum conuertatur

tatur per contritionem, & confeſsionem, Deus conuertetur ad eum, quia quacunq; hora ingemuerit peccator, amplius, inquit Dominus, iniquitatum eius non reminiſcar, ſed *vt dicit Auguſtin.* vix eſt, vt ad veram perueniat pœnitentiam. Meritò *Auguſtinus dicere ſolitus erat*, non dico tibi damnabitur, ſed nec dico ſaluabitur. Vis ergo à dubitatione reſolui, vis à peſte præſeruari, age pœnitentiam dum ſanus es, ſi hoc agis, dico, quòd ſecurus es, quia pœnitentiam egiſti, quando peccare potuiſti: ſi autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, te peccata dimiſerunt, non

130 tu illa. *c. ſi quis. de pœn. diſtinct. 6.* † Et propterea ſtatutum fuit, vt quilibet teneatur ſemel in anno confiteri. *d. c. omnis.* Monachi autem tenentur confiteri ſingulis menſibus ſemel ſaltem. *clem. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu regul.* Ex quo apparet, peccatorem non teneri illicò poſt commiſſum reatum illi confiteri. Sunt tamen quidam caſus, in quibus data opportunitate tenetur ſtatim confiteri, quos *refert Clau. in ſua ſumma. §. confeſſio ſacramentalis. ver. 30.* Decimo quartò *fortis* eſſe debet aduerſus verecundiam, quæ peccatori taci-

131 turnitatem imperat. *l. fin. ff. de furt.* † Hæc enim verecundia, *ſecundùm Philan. 4. ſententiarum*, non conuenit viris. De-

132 cimo quintò † *accuſans & non excuſans*, vt dixi in 6. requiſito. Accuſans ſcilicet ſe ipſum non alios, vt faciunt loquaces fæminæ, quæ vicinarum errores, vnà cum ſuis enunciant, &

133 malè, *vt in ſeptimo requiſito* deduxi. † Vltimò debet eſſe parata parere. nam pœnitens debet ſe exhibere paratum ea facere, iubente ſacerdote, pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro euitanda corporis morte, & ea faceret immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus.

134 *c. conſideret. de pœn. diſt. 5.* Datum † enim eſt à lege ſacerdoti arbitrium iniungendi pœnitentias, *c. menſuram. de pœnit. diſtinct. 1. c. tempora pœnitudinis. 26. q. 7.* & ei conceſſa fuit poteſtas diſpenſandi contra Canones pœnitentiales, *ſecundùm Pan. in c. at ſi clerici. §. de adult. col. 2. de iud.* Qui debet arbitrium ſuum regulare ſecundùm arbitrium boni viri & ex cauſa diſpenſare. Et *dixit Pan. in c. Deus qui. de pœn. & remiſſ.*

quòd

135 † quòd ſacerdotes dicuntur comedere peccata populi, quia eorum orationes, & bona opera valent ad remittendam pœnitentiam peccatorum. *c. ipſi ſacerdotes. 2. q. 1.* Sed quid
136 † ſi ſacerdos iniquè arbitretur, vel ſine cauſa diſpenſet, an confeſſus erit tutus quoad Deum? *gl. in c. menſuram. de pœn. diſt. 1.* quam ſequitur *Pan. in d. c. Deus qui.* diſtinguit: aut confeſſus credebat confeſſorem eſſe peritum, & erat paratus ſuſcipere iuſtam pœnitentiam, & tunc excuſatur. Aut ſciebat eum eſſe ignorantem, & tunc peccata dimiſſa erunt, ſed perficiet in purgatorio condignam pœnitentiam. Idem tenuit *gl. in extrauag. antiquorum. in ver. confeſſus.* quæ tenet, confeſſum fore abſolutum, quò ad pœnam æternam, propter fidem Sacramenti, licèt teneatur in hoc ſeculo vel purgatorio facere debitam pœnitentiam. Aduertet ergo ſacerdos, qualiter arbitretur. Melius enim eſt redargui de miſericordia, quàm de ſæuitia. nam ſi graue pœnitentiæ pondus impoſuerit, aut pœnitens reijciet pœnam, aut ſuſcipiens, dum ſufferre non poteſt, ſcandalizabitur, & magis
137 ad peccatum pronus erit. *c. alligant. 26. q. 7.* † Nec auferant ſacerdotes in pœnitentia iniungenda, vt iuſti appa-
138 reant. Sed talem † imponant, qualem præſumant pecca-
